T. MACCII PLAUTI

COMOEDIAE.

RECENSUIT ET ENARRAVIT

IOANNES LUDOVICUS USSING.

VOLUMEN QUINTUM

PERSAM, RUDENTEM, STICHUM,
TRINUMMUM, TRUCULENTUM
CONTINENS.

HAVNIÆ MDCCCLXXXVI.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ.

TYPIS EXCUDERUNT JOERGENSEN ET SOCII.

P E R S A.

ARGUMENTUM.

Profecto domino suos amores Toxilus
Emit atque curat leno ut emittat manu;
Raptamque ut emeret de praedone uirginem
Subornata suadet sui parasiti filia,
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A) ubi apparuit.

2 Emittatque *B* 3 Ramptamque *C* ui 5 intrichatum *B* dorpalum

PERSONAE FABULAE.

Toxilus seruos
Sagaristio seruos
Saturio parasitus
Sophoclidisca ancilla
Lemniselena meretrix
Paegnium puer
Uirgo
Dordalus leno.

TOXILUS SAGARISTIO, SERUI DUO.

Toxilus

Qui amans egens ingressus es*t* princeps amoris in uias,
Superauit aerumnis suis aerumnas *omnis* Herculi.
Nam cum leone et cum excetra, cum ceruo, cum apro Aetolico,
Cum auibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mauelim
Quam cum amore; ita † fio miser quaerundo argento mutuo;
Nec quidquam nisi „Non est“ sciunt mihi respondere, quos rogo.

Sagaristio

Qui ero suo seruire uolt bene seruos seruitutem,
Ne illum edepol multa in pectore suo conlocare oportet,
Quae ero placere censeat praesenti atque absenti suo.
Ego neque lubenter seruio neque satis sum ero ex sententia;
Sed quasi lippo oculo me erus meus manum abstinere haud quit tamen,
Quin mi inperet, quin me suis negotiis praefulciat.

---

1 aegens *A* es in amoris uias 2 omnis *om.* 3 et *om. A* exscetera cum *B*, exscedra curi *C* aetolito *B*, etholico *C* 4 antheo *C* delluctari *B* 6 nonem *B* 8 edepol illum *BC* 10 serui *A* 11 hau *A*, aut *BC* qui *A*, quid *C* 12 Quid *BC* quin ne *A*

Toxilus

Quis illic est, qui contra me adstat?

Sagaristio

Quis hic est, qui me contra adstat?

Toxilus

Similis est Sagaristionis.

Sagaristio

Toxilus hic quidem meus amicust.

Toxilus

Is est profecto.

Sagaristio

Eum esse opinor.

Toxilus

Congrediar.

Sagaristio

Contra adgredibor.

Toxilus

O Sagaristio, di ament te.

Sagaristio

O Toxile, dabunt di, quae exoptes.
Ut uales?

Toxilus

Ut queo.

Sagaristio

Quid agitur?

Toxilus

Uiuitur.

Sagaristio

Satin ergo ex sententia?

Toxilus

Si eueniunt, quae exopto, satis.

---

13 *et* 14 *inverso ordine A* 14 Sagaristioni *A* toxillis *B* amicus est 15 adgredior *BC* 16 o *ante* Toxile *om. A* 17 *tribus versibus A*

Sagaristio

Nimis stulte amicis utere.

Toxilus

Quid iam?

Sagaristio

Inperare oportet.

Toxilus

Mihi quidem tu iam eras mortuus, quia non te uisitabam.

Sagaristio

Negotium edepol.

Toxilus

Ferreum fortasse?

Sagaristio

Plusculum annum

Fui praeferratus apud molas tribunus uapularis.

Toxilus

Uetus iam istaec militia est tua.

Sagaristio

Satin tu usque ualuisti?

Toxilius

Haud probe.

Sagaristio

Ergo edepol palles.

Toxilus

Saucius factus sum in Veneris proelio;

Sagitta Cupido cor meum transfixit.

Sagaristio

Iam serui hic amant?

---

19 quid iam quia iam *BC* 20 uisitaui *BC* 21 Negoti *A* 23 militiast *A* hau *A* 24 sautius *C* sum factus *A* ueniris *B*

Toxilus

Quid ego faciam? deisne aduorser quasi Titani? cum eis belligerem,
Quibus sat esse non queam?

Sagaristio

Vide modo, ulmeae catapultae tuum ne transfigant latus.

Toxilus

Basilice agito Eleutheria.

Sagaristio

Quid iam?

Toxilus

Quia erus peregri est.

Sagarsstio

Ain tu? peregri est?

Toxilus

Si tu tibi bene esse
Pote pati, ueni; uiues mecum; basilico accipiere uictu.

Sagaristio

Uah, iam scapulae pruriunt, quia te istaec audiui loqui.

Toxilus

Sed hoc me unum excruciat.

Sagaristio

Quid nam id est?

Toxilus

Haec dies summa hodie est, mea amica sitne libera,
An sempiternam seruitutem seruiat.

Sagaristio

Quid nunc uis ergo?

---

26 ergo *BC* disne aduorse *BC* quasita ani *C* cum dis *BC* 27 esc *B* 28 ut meae cataputae *BC* transfagandatus *B* 30 peregre *utroque loco* Sicut et tibi *B*, Sit ut tibi *C* 31 meum *B* accipere *C* 32 Uaiham *B* 33 meum amexcrucia *B*, me unum excrutia *C* 34 Haec de summa

Toxilus

*Facere ami*cum tibi me potis es sempiternum.

Sagaristio

Quemadmodum?

Toxilus

Ut mihi des nummos sescentos, quos pro capite illius pendam,
Quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo.
Age fi benignus, subueni.

Sagaristio

Qua confidentia rogare me argentum tantum audes,
Impudens? Quin, si egomet totus ueneam, uix recipi potis est,
Quod tu me rogas; nam tu aquam a pumice nunc postulas,
Qui ipsus sitiat.

Toxilus

Sicine hoc te mihi facere?

Sagaristio

Quid faciam?

Toxilus

Rogas?
Alicunde exora mutuum.

Sagaristio

Tu fac idem, quod rogas me.

Toxilus

Quaesiui; nusquam repperi.

Sagaristio

Quaeram equidem, si quis credat.

Toxilus

Nempe habeo in mundo.

---

36 .... cum 37 mihi dens *B*, des mihi *C* 39 Age sed benignus *C* 40 confitentia tua me argentum *B*, tui a me argentum *C* 41 ueniam 42 manam *B* pimice *B* 43 sitiare *BC* 45 reppere *B* 46 abeo

Sagaristio

Si id domi esset mihi, *iam* pollicerer.
Hoc meum est ut faciam sedulo.

Toxilus

Quidquid erit, recipe te ad me.
Quaere tamen.

Sagaristio

Ago ego id sedulo, si quid erit.

Toxilus

Iam ut scias, obsecro
Resecro*que* te, operam da hanc mihi fidelem.

Sagaristio

Ah, odio me enicas.

Toxilus

Amoris uitio, non meo. nunc tibi morologus fio.

Sagaristio

At pol ego abs te concessero.

Toxilus

Iamne abis? bene ambulato.
Sed recipe quam primum potes; caue fuas mihi in quaestione;
Usque ero domi, dum excoxero lenoni malam *rem magnam*.

SATURIO

Ueterem atque antiquom quaestum maio*rum meum*
Seruo atque optineo et magna cum cura colo.
Nam numquam quisquam meorum maiorum fuit,
Quin parasitando pauerint uentres suos.

---

46 ampollicerer 47 meunst *B* recipite ad *C* *Post* 47 *v.* 45 *repetit B* 48 tamen ego item sedulo obsecro *om.* 49 Obsecro te # resecro # operam moenicas *B* 50 morolocus 52 recipite quam 52 malum *C* rem maguam *om.* 54 mali *B*, malo *C* 55 cum magna *C* 56 maorum *B* 57 uertris *B*

Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos
Quasi mures semper edere alienum cibum,
Neque edacitate eos quisquam poterat uincere;
Iis cognomentum erat duris capitonibus.
Unde hunc ego quaestum optineo et maiorum locum;
Neque quadruplari me uolo; neque enim decet
Sine meo periclo ire aliena ereptum bona,
Neque illi, qui faciunt, mihi placent. Planen loquor?
Nam publicae rei causa quicumque id facit
Magis quam sui quaesti, animus induci potest,
Eum esse ciuem et fidelem et bonum.
Sed legirupam qui damnet, det in publicum
Dimidium; atque etiam in ea lege adscribitor:
Ubi quadruplator quempiam iniexi*t* manum,
Tantidem ille illum rursus iniciat manum,
Ut aequa parti prodeant ad trisuiros.
Si id fiat, ne isti faxim *n*usquam appareant,
Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.
Sed sumne ego stultus, qui rem curo publicam,
Ubi sint magistratus, quos curare oporteat?
Nunc huc intro ibo; uisam hesternas reliquias,
Quierintne recte necne; num fuerit febris;
Opertaen fuerint, ne quis opreptauerit.
Sed aperiuntur aedes; remorandust gradus.

TOXILUS SATURIO

Toxilus

Omnem rem inueni, ut sua sibi pecunia
Hodie illam faciat leno libertam suam.

61 Neque iis *B*, neque hiis *C* 62 ego hunc 64 periculo 65 plane *C* 66 quicum *C* 69 Sed si lege rumpam *B*, sed lege rumpam *C* quidam ne *B* 70 adscribier *B*, adscribere *C* 71 inlexi 72 ille illi initiat 73 Et *C* 74 usquam 76 summe *C* 79 Quieuenerintne infuerit 80 Oportene 81 remorandus est

Sed eccum parasitum, quoius mihi auxilio est opus.
Simulabo, quasi non uideam; ita alliciam uirum.
Curate istic uos atque adproperate ocius,
Ne mihi morae sit quidquam, ubi ego intro aduenero.
Commisce mulsum; struthea colutea appara,
Bene ut in scutris concalea*nt*, et calamum *i*nice.
Iam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.

Saturio

Me dicit, euge.

Toxilus

Lautum credo e balineis
Iam hic adfuturum.

Saturio

Ut in ordine omnem rem tenet.

Toxilus

Collyrae facite ut madeant et colyphia,
Ne mihi incocta detis.

Saturio

Rem loquitu*r* meram;
Nihil*i* sunt crudae, nisi quas madidas gluttias.
Tum stet cremore crasso ius collyricum;
Nihil*i* est macrum illud epicrocum perlucidum.
Quasi iuream esse ius decet collyricum.
Nolo in uesicam quod eat, in uentrem uolo.

Toxilus

Prope me hic nescio quis loquitur.

---

94 quo mihi ius *C* 85 allictam *B*, allietam *C* uerum 86 oculus *B*, oculos *C* 87 ubiggo *B* 88 struthea coluthe quam 89 stutris concaleat nice 90 congero *C* 90 eugae *B* ebalieneis *B*, abalienen *C* 92 hic *om. C* in *om C* 93 Collirae *B*, Collire *C* coliphia *C* 94 loquitumeram 95 Nihil 96 Tum nisi cremore cresso *B* sotius colliricum 97 Nihil est magrum epigrocum 98 iure amesse ius *A*, iure amasse uis *C* colliricum

Saturio

O mi Iuppiter
Terrestris, te coepulo compellat tuus.

Toxilus

O Saturio, opportune aduenisti mihi.

Saturio

Mendacium edepol dicis, idque haud te decet;
Nam Essurio uenio, non aduenio Saturio.

Toxilus

At edes; nam iam intus uentris fumant focula.
Calefieri iussi reliquias.

Saturio

Pernam quidem
Iusses adponi frigidam postridie.

Toxilus

Ita fieri iussi.

Saturio

Ecquid halecis?

Toxilus

Uah, rogas?

Saturio

Sapis multum ad genium.

Toxilus

Sed ecquid *id* meministi, here
Qua de re ego tecum mentionem feceram?

Saturio

Memini: ut muraena et conger ne calefierent;
Nam nimio melius oppectuntur frigida.
Sed quid cessamus proelium committere?
Dum mane est, omnes esse mortales decet.

Toxilus

Nimis paene mane est.

---

101 coepulonus compellatiuus *C* 102 oportune *C* 103 atque 104 esurio *C* 105 edis ueneris 107 Ius est 108 halegis 109 hæcquid meministi ere *C* 111 nec

Saturio

Mane quod tu occeperis
Negotium agere, id totum procedit diem.

Toxilus

Quaeso animum aduorte; hoc enim iam here narraui tibi
Tecumque oraui, ut nummos sescentos mihi
Dares utendos mutuos.

Saturio

Memini et scio,
Et te me orare et mihi non esse quod darem.
Nihili parasitus est, quoi argentum domi est.
Lubido extemplo coepere est conuiuium,
Tuburcinari de suo, si quod domi est.
Cynicum esse *e*gentum oportet parasitum probe;
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
Marsuppium habeat; inibi paulum praesidi,
Qui familiarem suam uitam oblectet modo.

Toxilus

Iam nolo argentum; filiam utendam tuam
Mihi da.

Saturio

Numquam edepol quoiquam etiam u*t*endam dedi.

Toxilus

Non ad istuc, quod tu insimulas.

Saturio

Quid eam u*i*s?

Toxilus

Scies.
Quia forma lepida et liberali est.

---

117 enim *om.* *B* heri narra ut *B*, narrauit *C* 118 sescento *B* 119 Dare *B* 120 meoorare *B* darum *B* 121 Nihil *B* domideste *B*, domi idē *C* 122 coperest *C* 123 Turbucinari *B*, turbicinari *C* 124 cinicū *C* gentem parasitcis *B* 126 Marsipium habiat *B* praesidii 129 uenda adedi 130 instimula *B*, instimulas *C* eamus

Saturio

Res ita est.

Toxilus

Hic leno neque te nouit neque gnatam tuam?

Saturio

Me ut quisquam norit nisi ille, qui praebet cibum?

Toxilus

Ita est. Hoc tu mihi reperire argentum potes.

Saturio

Cupio hercle.

Toxilus

Tum tu me sine illam uendere.

Saturio

Tun illam uendas?

Toxilus

Immo alium adlegauero,
Qui uendat, qui esse se peregrinum praedicet,
Sicut istic leno non sex mensis Megaribus
Huc est quom conmigrauit.

Saturio

Pereunt reliquiae;
Posterius istuc tamen potest.

Toxilus

Scin, quam potest?
Numquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sis,
Quam te hoc facturum, quod rogo, adfirmas mihi;
Atque nisi gnatam tecum huc iam quantum potest
Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.
Quid nunc? quid est? quin dicis, quid facturus sis?

---

135 uedere *B* 137 uedat *B* pergrinum *B* 138 nondum sex menses 141 sedis 143 quantua *B*, quam Tua *C*

Saturio

Quaeso hercle, me quoque etiam uendas, si lubet,
Dum saturum uendas.

Toxilus

Hoc si facturu's, face.

Saturio

Faciam equidem, quae uis.

Toxilus

Bene facis. Propera, abi domum;
Praemonstra docte, praecipe astu filiae,
Quid fabuletur, ubi se natam praedicet,
Qui sibi parentes fuerint, unde surrupta sit;
Sed longe ab Athenis esse se gnatam autumet;
Et ut adfleat, quom ea memoret.

Saturio

Etiam tu taces?
Ter tanto peior ipsa est, quam illam tu esse uis.

Toxilus

Lepide hercle dicis. Sed scin, quid facias? Cape
Tunicam atque zonam, et chlamydem adferto et causeam,
Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic uendat.

Saturio

Eu probe.

Toxilus

Quasi sit peregrinus.

Saturio

Laudo.

---

146 ut iam *C*, *lacunam B* uendes elubet *B*, uendas elubet *C* 147 uedas *B* 148 Faciem *C* donum *B* 149 filio *C* 155 qui capae *B* 156 clamidem *C* camsem *B*, causē *C*

Toxilus

Et tu gnatam tuam
Ornatam adduce lepide in peregrinum modum.

Saturio

Πόϑεν ornamenta?

Toxilus

Abs chorago sumito.
Dare debet; praebenda aediles locauerunt.

Saturio

Iam faxo hic aderunt. Sed ego nihil horunc scio.

Toxilus

Nihil hercle uero; nam ubi ego argentum accepero,
Continuo tu illam a lenon*e* adserito manu.

Saturio

Sibi habeat, si non extemplo ab eo abduxero.

Toxilus

Abi et istuc cura. Interibi ego puerum uolo
Mittere ad amicam meam, ut habeat animum bonum,
Me esse effecturum *hoc* hodie. Nimis longum loquor.

SOPHOCLIDISCA.

Satis fuit indoctae, inmemori, insipienti dicere totiens;
Nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor habitam esse abs te.

---

158 tuam gnatam tamen 159 peregriuus *B* 160 *Πο*Θuornamonta *B*, *Π*oe ornamenta *C* horago *B* 162 horunc nihil *C* 163 accipero *C* 164 alenon 165 haat *B* 166 curam metibi 167 matere *C* amcam mam *B* 168 hoc *om.* loquor sophoclidisca *B* 169 indotae infienti *B*

Quamquam ego uinum bibo, at mandata non consueui simul bibere una.
Me quidem iam satis tibi spectatam censebam esse et meos mores;
Nam equidem te iam sector quintum hunc annum, quo in tempore, credo,
Ouis si in ludum iret, potuisset iam fieri ut probe litteras sciret,
Quom interim tu meum ingenium fans atque infans non dum etiam edidicisti.
Potin ut taceas? potin ne moneas?
Memini et scio et calleo et commemini.
Amas pol, misera; id tuus scatet animus.
Ego, istuc placidum tibi ut sit, faciam.
[Miser est, qui amat. Certo is quidem nihili est,
Qui nihil amat; quid ei homini opus uita est?]
Ire decet me, ut erae obsequens fiam; libera mea opera ocius ut sit.
Conueniam hunc Toxilum; eius auris, quae mandata sunt, onerabo.

TOXILUS PAEGNIUM SOPHOCLIDISCA.

Toxilus

Satin haec tibi sunt plana et certa? satin haec meministi et tenes?

Paegnium

Melius, quam tu, qui docuisti.

---

171 ad *BC* consui *B* 171 sq. unam equidem *BC* 172 bi *BC* censueram *BC* 173 iam te *A* quom *B*, cum *AC* interim *A*, interiam *BC* 174 Cuis *B*, cuius *C*, Qui. *A* 175 interim eum *C* ingenium fans non edi dicisti atque infans *BC* 176—181 *tribus versibus B* 177 callea *B* 179 istuc pelagus tibi *A* 180 amat. So. certo *B* nihil est *BC* 182 ere *BC* filiam *C* mea *om. A* 183 aureis *A* *Titulum om. BC* 184 planae *B*, plane *C* 185 tu *om. BC*

Toxilus

Ain uero, uerbereum caput?

Paegnium

Aio enimuero.

Toxilus

Quid ergo dixi?

Paegnium

Ego recte apud illam dixero.

Toxilus

Non edepol scis.

Paegnium

Da hercle pignus, ni omnia memini et scio;
Et quidem, si scis tute, quot hodie habeas digitos in manu.

Toxilus

Egon dem pignus tecum?

Paegnium

Audacter, si lubido est perdere.

Toxilus

Bona pax sit potius.

Paegnium

Tum tu igitur sine me ire.

Toxilus

Et iubeo et sino.
Sed ita uolo te currere, ut domi sis, quom ego te esse illi censeam.

Paeginus

Faciam.

Toxilus

Quo ergo is nunc?

Paegnium

Domum, uti domi sim, quom illi censeas.

---

188 Equidem *BC* quod habeas hodie *BC* 189 Eoondem *B*, eodem *C* lubidos 190 iubebo *C* 191 curare *BC* illic *B*

Toxilus

Scelus tu pueri es, atque ob istanc rem ego aliqui te peculiabo.

Paegnium

Scio, fide hercle erili ut soleat inpudicitia opprobrari,
Nec subigi queantur unquam, ut pro ea fide habeant iudicem.

Toxilus

Abi modo.

Paegnium

Ego laudabis faxo.

Toxilus

Sed has tabellas, Paegnium,
Ipsi Lemniselenae fac des et, quae iussi, nuntiato.

Sophoclidisca

Cesso ire ego, quo missa sum?

Paegnium

Eo ego.

Toxilus

I sane; ego domum ibo; face rem hanc cum cura geras.
Uola curriculo.

Paegnium

Istuc marinus passer per circum solet.
Illic hinc abiit intro huc. Sed quis haec est, quae me aduorsum incedit?

Sophoclidisca

Paegnium hic quidem est.

Paegnium

Sophoclidisca haec est, peculiaris eius,
Quo ego sum missus.

---

193 istam *C* aliquid *BC* 194 fidei *BC* 195 Hec *B* 196 ergo 197 lemniselini *B*, lemnisse leni *C* 199 curas 200 marrinus *B* 201 habiit hinc *B*, abiit hinc *C* 202 peculiaris est

Sophoclidisca

Nullus esse hodie hoc puero peior perhibetur. Compellabo.

Paegnium

Commorandum est mihi apud hanc; obiecit *moram.*

Sophoclidisca

Paegnium, deliciae pueri, salue. Quid agis? ut uales?

Paegnium

Sophoclidisca, di me amabunt.

Sophoclidisca

Quid me?

Paegnium

Utrum hercle *eis lubet.*

Sed si, ut digna es, faciant, odio hercle habeant et faciant male.

Sophoclidisca

Mitte male loqui.

Paegnium

Quom, ut digna es, dico, bene, non male, loquor.

Sophoclidisca

Quid agis?

Paegnia

Feminam scelestam te, adstans contra, contuor.

Sophoclidisca

Certe equidem puerum peiorem quam te noui neminem.

Paegnium

Quid male facio aut quoi male dico?

Sophoclidisca

Quoi pol cumque occasio est.

---

204 commorandust hana *B* obieci 206 me # utrum? P. hercle *B* eis lubet *om.* 207 dignas malae *B* 208 dignas 209 astan *B* 210 quante *B* 211 mali facio *C*

Paegnium

Nemo homo umquam ita arbitratust.

Sophoclidisca

At pol multi esse ita sciunt.

Paegnium

Heia.

Sophoclidisca

Beia.

Paegnium

Tuo ex ingenio mores alienos probas.

Sophoclidisca

Fateor ego profecto me esse, ut decet lenonis familiae.

Paegnium

Satis iam dictum habeo.

Sophiclidisca

Sed quid tu? confitere, ut te autumo?

Paegnium

Fatear, si ita sim.

Sophoclidisca

Iam abi; uicisti.

Paegnium

Abi nunc iam.

Sophoclidisca

Ergo hoc mi expedi,

Quo agis?

Paegnium

Quo tu?

Sophoclidisca

Dic tu. Prior rogaui.

Paegnium

At post*erior* scies.

---

212 arbitratus est 214 ergo 216 Faciar *B* 217 ais *C* post

Sophiclidisca

Eo ego hinc haud longe.

Paegnium

Et quidem ego haud longe.

Sophoclidisca

Quo ergo *tu is*, scelus?

Paegnium

Nisi sciero prius ex te, tu ex me numquam hoc, quod rogitas scies.

Sophoclidisca

Numquam ecastor hodie scibis prius quam ex te audiuero.

Paegnium

Itane est?

Sophoclidisca

Ita ne.

Paegnium

Mala es.

Sophoclidisca

Scelestu's.

Paegnium

Decet me.

Sophoclidisca

Me quidem haud *de*decet.

Paegnium

Quid ais? certum*ne* est celare, quo iter facias, pessuma?

Sophoclidisca

Offirmasti*n* occultare, quo te inmittas, pessume?

---

218 aud *B* tu is *om. cum spatio* 219 scis 221 Itane est? itane est? maleas *B* scelestus c decet *B* decet 222 certum est facies *B* 223 Offirmasti pessuma *B*

Paegnium

Par pari respondes dicto. Abi iam, quando ita certa rest. Nihili facio scire. Ualeas.

Sophoclidisca

. Adsta.

Paegnium

At propero.

Sophoclidisca

Et pol ego item.

Paegnium

Ecquid habes?

Sophoclidisca

Ecquid tu?

Paegnium

Nihil equidem.

Sophoclidisca

Cedo manum ergo.

Paegnium

Estne haec manus?

Sophoclidisca

Ubi illa altera est furtifica laeua?

Paegnium

Domi eccam; huc nullam adtuli.

Sophoclidisca

Habes nescio quid.

Paegnium

Ne me adtrecta, subigitatrix.

Sophoclidisca

Sin te amo?

---

224 Parpiri *B* dicito *C* abiam *B* res est 225 Nihilo uleas *B* apropera *B* ite *B*, ire *C* 226 et quid tu 227 Uibi *B* atuli *B* 228 Habescio *B* sibigitatrix *B*, subigatrix *C*

Paegnium

Male operam locas.

Sophoclidisca

Qui?

Paegnium

Quia enim nihil amas, quom ingratum amas.

Sophoclidisca

Temperi hanc uigilare oportet formulam atque aetatulam,
Ne, ubi uorsicapillus fias, foede semper seruias.
Tu quidem haud etiam octoginta es pondo.

Paegnium

At confidentia
Illa militia militatur multo magis quam pondere.
Atque ego hanc operam perdo.

Sophoclidisca

Quid iam?

Paegnium

Quia peritae praedico,
Sed ego cesso.

Sophoclidisca

Mane.

Paegnium

Molesta es.

Sophoclidisca

Ergo *ero* quoque, nisi scio,
Quo agas te.

Paegnium

Ad uos.

---

229 ingratu   231 ibi *B*   capillus uesipellis *B*, ^{ca}pillus uersibellis *C*   232 es octoginta   234 hanc nunc   perit ē *C*   235 molestes *B*   ero *om.*

Sophoclidisca

Et pol ego ad uos.

Paegnium

Quid eo?

Sophoclidisca

Quid id ad te adtinet?

Paegnium

Enim non ibis nunc, uicissim nisi scio.

Sophoclidisca

Odiosus's.

Paegnium

Lubet.

Numquam hercle istuc exterebrabis, tu ut sis peior quam ego siem.

Sophoclidisca

Malitia certare tecum miseria est.

Paegnium

Mers tu mala es.

Quid est, quod metuas?

Sophoclidisca

Idem istuc, quod tu.

Paegnium

Dic ergo.

Sophoclidisca

At tu dic prius.

Paegnium

Edictum est magnopere mihi, ne quoiquam homini crederem,
Omnes muti ut eloquerentur prius hoc quam ego.

236 ate attenet *B* 237 nisicio *B* odiosus es 238 prior 239 Milicia *B* 240 di *B* ergo ne hoc cuiquam homini edicerem omnes multi ut loquerentur prius 241 Editum *B* 242 miti *B* loquerentur

Sophoclidisca

At tu hoc face:
Fide data credamus.

Paegnium

Noui; omnes sunt lenae leuifidae,
Neque tippulae leuius pondust quam fides lenonia.

Sophoclidisca

Dic amabo.

Paegnium

Dic amabo.

Sophoclidisca

Nolo ames.

Paegnium

Facile impetras.

Sophoclidisca

Tecum habeto.

Paegnium

Et tu hoc taceto.

Sophoclidicsa

Tacitum erit.

Paegnium

Celabitur.

Sophoclidisca

Toxilo has fero tabellas, tuo ero.

Paegnium

Abi; eccillum domi.
At ego hanc ad Lemniselenam, tuam eram, obsignatam abietem.

Sophoclidisca

Quid istic scriptum?

---

243 leuifide 244 stipulae *C*, stipule *B* pondus est 246 abeo *B* taceo *B* 247 tabella est uoero *B* abiecillum 248 lemniselenem

Paegnium

Iuxta tecum, si tu nescis, nescio,
Nisi fortasse blanda uerba.

Sophoclidisca

Abeo.

Paegnium

Et ego abiero.

Sophoclidisca

Ambula.

SAGARISTIO.

Ioui opulento, incluto, Ope gnato, supremo, ualido, uiripotenti,
Opes, spes, bonas copias commodanti,
Disque ago gratias lubens uitulorque merito,
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt argenti mutui, ut *ei* egenti opem adferam.
Quod ego non magis somniabam neque opinabar neque censebam,
Eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de coelo.
Nam erus meus me Eretriam misit, domitos boues ut sibi mercarer;
Dedit argentum; nam ibi mercatum dixit die esse septimi;
Stultus, qui hoc mihi daret argentum, cuius ingenium nouerat;
Nam hoc argentum alibi abutar; boues quos emerem, non erant.

---

250 fortasset *B* at Ambula sagaristio 251 supraemo *B*, suppremo *C* uiro potenti *C* 253 Disque ago gratias *om.* 255 argeti *B* minuti *C* utlegenti 257 *proximo postponitur* 258 Num eretsiam *B*, ...iam *C* uti 259 mertatum *B* esse dies *B*, esse die *C* septimei

Hoc amico meo prosperabo et genio meo multa bona faciam.
Diu quod bene erit, die uno absoluam. Tux tax tergo erit meo; non curo.
Nunc amico homini boues domitos mea ex crumina largiar;
Nam id demum lepidum est, triparcos, uetulos, auidos, aridos
Bene admordere, qui salinum seruo obsignant cum sale.
Uirtust, ubi occasio admonet, dispicere. Quid faciet mihi?
Uerberibus caedi iusserit, compedes inpingi; uapulem.
Ne sibi me credat supplicem fore. Uae illi! mihi iam nihil noui
Offerri pote, quin sim peritus. Sed Toxili puerum eccum.

PAEGNIUM. SAGARISTIO.

Paegnium

Pensum meum, quod datum est, confeci; nunc domum propero.

Sagaristio

Mane, [etsi properas],
Paegnium, ausculta.

Paegnium

Emere oportet, quem tibi oboedire uelis.

Sagaristio

Adsta.

Paegnium

Exhibeas molestiam *mi*, ut opinor, si quid debeam,
Qui nunc sic tamen es molestus.

---

262 Nunc et amico meo *BC*, Nunc amico *A* properabo *B* 263 tuxcax *BC* 264 hominibus domitis 265 tripacos *B* homines uetulos 266 quis alienum *BC* 267 Uirtus est dispecere *B* 268 Ueboribus *B* iussirit *B* inpono *B*, imponi *C* uapulet 269 suplicem rore *B* mihil iam mihi *A* 270 Offeri *B* potest puerum paegnium eccum *AB*, puerum pregnum eccum *C* 271 datum si *B* nunc pro domum *BC* 272 Paepnium *B*, Pepnium *C* astas *A* 273 mi *om.* 274 tam *BC*

Sagaristio

Scelerate, etiam respicis?

Paegnium

Scio ego, quid sim aetatis; eo istuc maledictum inpune auferes.

Sagaristio

Ubi Toxilus est, tuus erus?

Paegnium

Ubi illi lubet, neque te consulit.

Sagaristio

Etiam dicis, ubi sit, uenefice?

Paegnium

Nescio, inquam, ulmitriba tu.

Sagaristio

Maledicis maiori.

Paegnium

Prior promeritus perpetiare.
Seruam operam, linguam liberam erus iussit med habere.

Sagaristio

Dicisne mi, ubi sit Toxilus?

Paegnium

Dico, ut perpetuo pereas.

Sagaristio

Caedere hodie tu restibus.

Paegnium

Tua quidem, cucule, causa,
Non hercle, si os perciderim tibi, metuam, morticine.

---

277 edicis *BC* mulmitribatu *C* 279 linguam operam erus *A* iussit meo *A*, iussit me *B*, me iussit *C* 281 Cedere *AC* cuculæ *C* 282 hercle si hos *A*, herclisios *B*

Sagaristio

Uideo ego te; iam incubitatus es.

Paegnium

Ita sum; quid id ad te adtingit?
At non sum ita, ut tu gratiis.

Sagaristio

Confidens.

Paegnium

Sum hercle uero;
Nam ego me confido liberum fore, tu te numquam speras.

Sagaristio

Potin ut molestus ne sies.

Paegnium

Quod dicis, facere non quis.

Sagaristio

Abi in malam rem.

Paegnium

At tu domum; nam ibi tibi parata praesto est.

Sagaristio

Uadatur hic me.

Paegnium

Utinam uades desint, in carcere ut sis.

Sagaristio

Quid hoc? quid est? Etiam, scelus, male loquere?

Paegnium

Tandem id liceat,
Quom seruos sis, seruom tibi maledicere.

---

283 sum *pro* es *A* ante attinet *A*, attinet ad te *BC* 284 sum *om. A* uitū *B*, uita *C* gratis *BC* 285 ut enumquam *C* 286 sis *A* 287 praestost 288 desinii in *A* 289 udiceat *B*, ut liceat *C*

Sagaristio

Itane? Specta,
Quid dedero.

Paegnium

Nihil; nam nihil habes.

Sagaristio

Di deaeque me omnes perdant —

Paegnium

Amicus sum; eueniant uolo tibi quae optas.

Sagaristio

Atque id fiat,
Nisi te hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.

Paegnium

Tun me defigas? te cruci ipsum adfigent propediem alii.

Sagaristio

Qui te di deaeque — Scis, quid hinc porro dicturus fuerim,
Ni linguae moderari queam. Potin abeas?

Paegnium

Abigis facile;
Nam umbra mea iam intus uapulat.

Sagaristio

Ut istunc di deaeque perdant!
Tamquam proserpens bestia est bilinguis et scelestus.
Hercle istum abisse gaudeo. Fores aperite. Eccere autem,
Quem conuenire maxume cupiebam, egreditur intus.

---

291 Qui *C* dii *BC* te *BC* 292 *proximo postponunt BC* eueniat *A* 293 te *om. C* deforam *A* 294 Tunc *BC* propediem adfient *B*, propedienti affigent *C* 295 Quin *BC* 296 Nil ingruae *B*, Nil linguae *C* habeas 297 iam *om. BC* intu apulat *B* istum *A* 298 bestiae *BC* est *om. BC* celestus *B* 299 illum *BC* abiisse *AC* foris *AC* aperit 300 cum uenire

TOXILUS. SOPHOCLIDISCA. SAGARISTIO.

Toxilus

Paratum iam esse dic*i*to, unde argentum sit futurum.
Jubeto habere animum bonum; dic me illam amare multum.
Ubi se adl*e*uat, ibi me adl*e*uat. Quae dixi ut nuntiares,
Satin ea tenes?

Sophoclidisca

Magis calleo, quam aprugnum callum callet.

Toxilus

Propera, abi domum.

Sagaristio

Nunc huic ego graphice facetus fiam;
Subnixis alis me inferam atque amicibor gloriose.

Toxilus

Sed quis hic ansatus ambulat?

Sagaristio

Magnifice conscreabor.

Toxilus

Sagaristio hic quidem est. Quid agitur, Sagaristio? ut ualetur?
Ecquid, quod mandaui tibi, estne speculae in te?

Sagaristio

Adito.
Uidebitur; factum uolo. Uenito; promoueto.

Toxilus

Quid hoc hic in collo tibi tumet?

SACARISCIO SOPHOCLIDISCA *B* 301 dicto 303 adluat ibi me adluat 304 cilet *C* 305 abidum *B* ego huic 307—8 *inverso ordine A* 307 magnifico *B* constabor 308 Sagariscio *B* quidem sed sagariscio *B* 309 in te speculae 310 promoneto

Sagaristio

Uomica est; pressare parce;
Nam ubi qui mala tangit manu, dolores cooriuntur.

Toxilus

Quando istaec innata est tibi?

Sagaristio

Hodie.

Toxilus

Secari iubeas.

Sagaristio

Metuo, ne inmaturam secem, ne exhibeat plus negoti.

Toxilus

Inspicere morbum tuum lubet.

Sagaristio

Ahah! abi atque caue sis
A cornu.

Toxilus

Quid iam?

Sagaristio

Quia boues bini hic sunt in crumina.

Toxilus

Emitte, sodes, ne enices fame; sine ire pastum.

Sagaristio

Enim metuo, ut possim reicere in bubile, ne uagentur.

Toxilus

Ego reiciam; habe animum bonum.

---

311 uomicast 312 tetigit *BC* cooriuuntur *B* 313 odiae *B* 314 negotii *BC* 315 merbum *C* Ahahabi *A*, ahbi *B*, abi *C* 316 boui *B* crimina *B* 317 fames inire *C* 318 in bubilem reicere uagientur *C*, uiagentur *B* 319 reitiam *C*

Sagaristio

Credetur; commodabo.
Seque*re* hac sis; argentum hic inest, quod mecum dudum orasti.

Toxilus

Quid tu ais?

Sagaristio

Dominus me bouis mercatum Eretriam misit;
Nunc mihi Eretria erit haec tua domus.

Toxilus

Nimis tu facete loquere.
Atque omne ego argentum tibi hoc actutum incolume redigam;
Nam iam omnis sycophantias instruxi et comparaui,
Quo pacto ab lenone auferam hoc argentum,

Sagaristio

Tanto melior.

Toxilus

Et mulier ut sit libera, atque ipse ultro det argentum.
Sed sequere me; ad eam rem usus est tua mihi opera.

Sagaristio

Utere, ut uis.

SATURIO UIRGO.

Saturio

Quae res bene uortat mihi et tibi et uentri meo,
Perennitatique adeo huic perpetuo cibo,

319 creditur 320 seque me dudum rogasti *BC* 321 uobis *BC* ere tria *C* 323 ego omne huc actutum *A*, hoc tutum *BC* 324 sychophantias *B*, sicophantias *C* 327 uissaturacio *B* SATYRIO *A*, titulum *om.* *BC* 329 perennitateique *A*, perennitatisque *B*, perhennitatisque *C* cibo *C*, orbo *B*

Ut mihi supersit, suppetat, superstitet.
Sequere hac, mea gnata, me cum dis uolentibus.
Quoi rei opera detur, scis, tenes, intellegis;
Communicaui tecum consilia omnia.
Ea causa ad hoc exemplum te exornaui ego:
Uenibis tu hodie, uirgo.

Uirgo

Amabo, mi pater.
Quamquam lubenter escis alienis studes,
Tuin uentris causa filiam uendas tuam?

Saturio

Mirum quin regis Philippi causa aut Attali
Te potius uendam quam mea, quae sis mea.

Uirgo

Utrum pro ancilla me habes an pro filia?

Saturio

Utrum hercle magis in uentris rem uidebitur.
Meum, opinor, imperium in te, non in me tibi est.

Uirgo

Tua istaec potestas est, pater; uerum tamen,
Quamquam res nostrae sunt, pater, pauperculae,
Modice et modeste meliust uitam uiuere;
Nam ad paupertatem si admigrant infamiae,
Grauior paupertas fit, fides sublestior.

Saturio

Enimuero odiosa es.

Uirgo

Non sum neque me esse arbitror,

---

330 puppetat *B* 331 deis *A* 333 consilio meo *C* 335 Uenibus *B* 336 libenter 337 Tui *A* uendis *BC* 340 Utrum tu *BC* 342 imperiumst est *om. A* 343 ista et *B* 346 imfamiae *B*, infamae *C* 318 me *om. A*

Quom parua natu recte praecipio patri.
Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt.

Saturio

Ferant, eantque in maxumam malam crucem.
Non ego inimicitias omnis pluris aestumo
Quam mensa inanis nunc si adponatur mihi.

Uirgo

Pater, hominum immortalis est infamia;
Etiam tum uiuit, quom esse credas mortuam.

Saturio

Quid? metuis, ne te uendam?

Uirgo

Non metuo, pater;
Uerum insimulari nolo.

Saturio

At nequidquam neuis.
Meo modo istuc potius fiet quam tuo
Fiat. Quae haec res sunt?

Uirgo

Cogita hoc uerbum, pater.
Erus si minatus est malum seruo suo,
Tametsi id futurum non est, ubi captum est flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria.
Ego nunc, quod non futurum est, formido tamen.

Saturio

Uirgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
Quae praeter sapiet, quam placet parentibus.

Uirgo

Uirgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
Quae reticet, si quid fieri peruorse uidet.

---

349 natura ee te *C* 350 nata si 351 in *om. A* 352 existimo 354 imfamia *B* 355 tutu *C* 359 quae. eaeres *A*. quae heres *BC* 361 Tamen etsi 366 erat

Saturio

Malo cauere meliust te.

Uirgo

At si non licet
Cauere, quid agam? nam ego tibi cautum uolo.

Saturio

Malusne ego sum?

Uirgo

Non es, neque me dignum est dicere;
Uerum ei rei operam do, ne alii dicant, quibus licet.

Saturio

Dicat, quod quisque uolt; ego de hac sententia
Non demouebor.

Uirgo

At, meo si liceat modo,
Sapienter potius facias, quam stulte.

Saturio

Lubet.

Uirgo

Lubere tibi per me licere intellego;
Uerum lubere haud liceat, si liceat mihi.

Saturio

Futura es dicto oboediens an non patri?

Uirgo

Futura.

Saturio

Scis iam, tibi quae praecepi?

Uirgo

Omnia.

---

368 melius est *A* liceat *A* 370 dignust *A*, dignus st *BC* 371 Uirum donec *C* 375 per me tibi *BC* 376 hau *AB* si lubeat mihi 378 nam precipi *B*

Saturio

Et id, ut surrupta fueris?

Uirgo

Docte calleo.

Saturio

Et qui parentes fuerint?

Uirgo

Habeo in memoria.

Necessitate me, mala ut fiam, facis;
Uerum uideto, me ubi uoles nuptum dare,
Ne haec fama faciat repudiosas nuptias.

Saturio

Tace, stulta; non tu nunc hominum mores uides?
Quo*i*uismodi hic cum fama facile nubitur.
Dum dos sit, nullum uitium uitio uortitur.

Uirgo

Ergo istuc facito ut ueniat in mentem tibi,
Me esse indotatam.

Saturio

Caue sis tu istuc dixeris.

Pol deum uirtute dicam et maiorum meum,
Ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi.
Librorum eccillum habeo plenum soracum.
Si hoc adcurassis lepide, quoi rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sescenti logi,
Atque Attici omnes; nullum Siculum acceperis.
Cum hac dote poteris uel mendico nubere.

Uirgo

Quin tu me ducis, si quo ducturu's, pater?
Uel tu me uende uel face quid*quid* tibi lubet.

---

379 Et ut u . *A* 381 necesitate *A* 384 stultam *B* 385 Cuiusmodi *A*, quo uis modi *BC* mala fama *BC* 386 dosit *A* 389 dico *A* 391 ecce illum *C* plenum illum soracum *A* 393 log.i *A*, longi *BC* 395 poteras *C* 397 quid

Saturio

Bonum aequomque oras. Sequere hac.

Uirgo

Dicto sum audiens.

DORDALUS

Quidnam esse acturum dicam hunc uicinum meum,
Qui mihi iuratust sese hodie argentum dare?
Quod si non dederit atque hic dies praeterierit,
Ego argentum, ille ius iurandum amiserit,
Sed ibi concrepuit foris. Quisnam egreditur foras?

TOXILUS DORDALUS

Toxilus

Curate isti intus; iam ego domum me recipiam.

Dordalus

Toxile, quid agitur?

Toxilus

Eho, lutum lenonium,
Commixtum caeno stercilinum publicum,
Inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes popli,
Pecuniai accipiter, auide atque inuide,
Procax, rapax, trahax; trecentis uersibus
Tuas inpuritias transloqui nemo potest;

---

398 audi eas *BC* dordalus *add. B* 399 hunc dicam *BC* 400 iuratus est 403 fores 404 istic *B*, istuc *C* 405 Obtoxile *B*, o toxile *C* oh *A*, eo *BC* 407 periure *A* inlabes *C* populi *BC* 408 Pecuniae 410 tra loqui *BC*

Accipin' argentum? accipe sis argentum, inpudens;
Tene sis argentum. Etiam tu argentum tenes?
Possum te facere ut argentum accipias, lutum?
Non mihi censebas *tu* tantum argenti fore,
Qui nisi iurato mihi nihil ausu's credere?

Dordalus

Sine respirare me, tibi ut respondeam.
Uir summe populi, stabulum seruitutium,
Scortorum liberator, subiculum flagri,
Compedium tritor, pistrinorum ciuitas,
Perenniserue, lurco, edax, furax, fugax,
Cedo sis mihi argentum, da mihi argentum, inpudens.
Possum a te exigere argentum? argentum, inquam, cedo.
Quin tu mihi argentum reddis? nihilne te pudet?
Leno te argentum poscit, solida seruitus,
Pro liberanda amica, ut omnes audiant.

Toxilus

Tace, obsecro, hercle. Ne tua uox ualide ualet.

Dordalus

Referundae ego habeo linguam natam gratiae.
Eodem mihi pretio sal praehibetur, quo tibi;
Nisi me haec defendet, numquam delinget salem.

Toxilus

Iam omitto iratus esse. Id tibi suscensui,
Quia te negabas credere argentum mihi.

Dordalus

Mirum quin tibi ego crederem, ut idem mihi
Faceres, quod passim faciunt argentarii!

---

414 *om. BC* censebam tantum *A* 416 Sene 417 serui tritium 418 subuculum *A* 419 Compendium *C* pristinorum *B* ciuilas *A* 420 lurchedax fugax furax *C* 421 Coedo 422 coedo *B* 423 nihil ni 429 delinquet *C* 433 partim

Ubi quid credideris, citius extemplo a foro
Fugiunt, quam ex porta ludis quom emissust lepus.

Toxilus

Cape hoc sis.

Dordalus

Quin das?

Toxilus

Nummi sescenti hic erunt
Probi, numerati; fac sit mulier libera
Atque huc continuo adduce.

Dordalus

Iam faxo hic erit.
Non hercle, quoi nunc hoc dem spectandum, scio.

Toxilus

Fortasse metuis in manum concredere?

Dordalus

Mirum?

Toxilus

Quin citius iam a foro argentarii
Abeunt, quam in cursu rotula circumuortitur.
Abi istac *tu* auorsis angiportis ad forum;
Eadem istaec facito mulier ad me transeat
Per hortum.

Dordalus

Iam hic faxo aderit.

Toxilus

At ne propalam.

Dordalus

Sapienter sane.

---

436 Sape *C* 437 Brobi *B*, *om.* *C* 438 adluce *B* 440—41 Fortasse metuis a foro argentarii *C* 442 circumuortetur *B* 443 Abii stracta uorsis *B*, abiis tacta uorsis *C* 444 Adest ista hæc *B* 445 ortum *B*

Toxilus

Supplicatum cras eat.

Dordalus

Ita hercle uero.

Toxilus

Dum stas, reditum oportuit.
Si quam rem accures sobrie aut frugaliter.
Solet illa recte sub manus succedere.
Atque edepol ferme, ut quisque rem accurat suam,
Sic ei procedunt postprincipia denique.
Si malus aut nequam est, male res uortunt, quas agit;
Sin autem frugi est, eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facete et callide;
Igitur prouenturam bene confido mihi.
Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,
Ut ipsus sese, qua se expediat, nesciat.
Sagaristio, heus, exi atque educ*e* uirginem
Et istas tabellas, quas consignaui tibi,
Quas tu attulisti mihi ab ero meo usque e Persia.

TOXILUS SAGARISTIO

Sagaristio

Num quid moror?

Toxilus

Euge, euge, exornatu's basilice.
Tiara ornatum *ut* lepida condecorat schema!
Tum hanc hospitam autem crepidula ut graphice decet!
Sed satin estis meditati?

---

449 sum manus 450 firme 451 procedit post principio 453 frugis te ueniunt *B* 455 prouentura *C* 456 hodiae *B* 458 Sagariscio *B* educ *C* SAGARISCIO *B* 461 basillice 462 ornatum lepide condecorat tuum

Sagaristio

Tragici et comici
Numquam aeque sunt meditati.

Toxilus

Lepide hercle adiuuas.
[Age illuc abscede procul e conspectu. Tace;
Ubi cum lenone me uidebis conloqui,
Id erit adeundi tempus; nunc agite ite uos.]

DORDALUS TOXILUS

Dordalus

Quoi homini di propitii sunt, aliquid obiiciunt lucri.
Nam ego hodie compendi feci binos panes in dies;
Ita, ancilla mea quae fuit hodie, sua nunc est; argento uicit;
Iam hodie alienum cenabit, nihil gustabit de meo.
Sumne probus, sum lepidus ciuis, qui Atticam hodie ciuitatem
Maxumam maiorem feci atque auxi ciui femina?
Sed ut ego hodie fui benignus! ut ego multis credidi,
Nec satis a quiquam homine accepi; ita prorsum credebam omnibus;
Nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis mihi in iure abiurassit.
Bonus uolo iam ex hoc die esse. — quod neque fiet, neque fuit.

Toxilus

Hunc hominem ego hodie in transennam doctis deducam dolis,

466 aspice deprocul iu conspectum ⌗ tace 468 Id aderit *C* nun *C* age rite 469 de *B* 470 fecibi nonspanes *B*, feci non panes *C* 475 ut et ego *C* 476 quoquam *C* accipi *B* prosum *C* 479 ego hominem *C* trassennam *B*, trasennam *AC* ducam *BC*

Itaque huic insidiae paratae sunt probe. Adgrediar uirum. Quid agis?

Dordalus

Credo.

Toxilus

Unde agis te, Dordale?

Dordalus

Credo tibi.

Toxilus

Di dent, quae uelis. Eho an iam manu emisisti mulierem?

Dordalus

Credo edepol, credo, inquam, tibi.

Toxilus

Iam liberta auctu's?

Dordalus

Enicas.
Quin tibi me dico credere.

Toxilus

Dic bona fide: iam libera est?

Dordalus

I ad forum; e praetore exquire, si quidem credere mihi non uis.
Libera, inquam, est; ecquid audis?

Toxilus

At tibi di bene faciant omnes!
Numquam enim posthac tibi nec tuorum quoiquam quod nolis uolam.

Dordalus

Abi, ne iura; satis credo.

Toxilus

Ubi nunc tua liberta est?

---

483 epol *C* liber *C* auctus es *BC* 485 I i ad *BC* ad praetorem *BC* mihi credere *A* 487 quiqu . . quid *A*, quod *BC* 489 libertast *A*, libertas *BC*

Dordulus

Apud te.

Toxilus

Ain, apud me est?

Dordalus

Aio, inquam. Apud te est, inquam.

Toxilus

Ita me di ament, ut ob istanc rem tibi multa bona instant a me.
Nam est res quaedam, quam occultabam tibi dicere — nunc eam narrabo —
Unde tu pergrande lucrum facias. Faciam ut mei memineris, dum uitam
Uiuas.

Dordalus

Bene dictis tuis bene facta aures meae auxilium exposcunt.

Toxilus

Tuum promeritum est merito ut faciam; et ut me scias esse ita facturum.
Tabellas tene has; pellege.

Dordalus

Hae quid ad me?

Toxilus

Immo ad te adtinent, et tua refert.
Nam ex Persia ad me adlatæ sunt istaec mihi *ab ero.*

Dordalus

Quando?

Toxilus

Haud dudum.

---

490 dei *A* istam *BC* 492 uita *C* 493 Uiuas *antecedenti versu* benedicis *B* actis *A* expostulant *BC* 494 messias *B* 495 pellige *BC* alienent *A* 496 e *BC* sunt istaec adlatae mihi . . . . . . *A*, ad me allatae modo sunt istae a meo domino *BC* dubium *C*

Dordalus

Quid istae narrant?

Toxilus

Percontare ex ipsis; ipsae tibi narrabunt.

Dordalus

Cedo sane mihi.

Toxilus

At clare recitato.

Dordalus

Tace dum pellego.

Toxilus

Haud uerbum faciam.

Dordalus

„Salutem dicit Toxilo Timarchides
Et familiae omni. Si ualetis, gaudeo;
Ego ualeo recte et rem gero et facio lucrum,
Neque istoc redire his octo possum mensibus.
Itaque hic est, quod me detinet, negotium.
Chrysopolim Persae cepere urbem in Arabia
Plenam bonarum rerum atque antiquom oppidum;
Ea comportatur praeda, ut fiat auctio
Publicitus; ea res me domo expertem facit.
Operam atque hospitium ego isti praehiberi uolo.
Qui tibi tabellas adfert. Cura, quae is uolet;
Nam is mihi honores suae domi habuit maxumos.“
Quid id ad me aut ad meam rem refert, Persae quid rerum gerant.
Aut quid erus tuus?

497 percunctare *BC* ipse *B* 498 cædo *C* pellico *BC* ..t hau *A* 500 suialetis *B* 502 isto reddere *BC* osto *B* 504 Chrysopolin *A*, Cleusipolim *BC* perse coepere *C* 506 comparatur *BC* prae *B* 507 Pollicitus *C* 509 offert *A*

Toxilus

Tace, stultiloque; nescis, quid te instet boni.
Neque quam tibi Fortuna faculam lucrifera adlucere uolt.

Dordalus

Quae istaec lucrifera est Fortuna?

Toxilus

Istas, quae norunt, roga;
Ego tantundem scio, quantum tu, nisi quod perlegi prior.
Sed, ut occepisti, ex tabellis nosce rem.

Dordalus

Bene me mones.

Toxilus

Fac silentium, nunc ad illud uenies, quod refert tua.

Dordalus

„Iste, qui tabellas adfert, adduxit simul
Forma expetenda liberalem mulierem
Furtiuam, abductam ex Arabia penitissuma;
Eam te uolo curare ut istic ueneat;
Ac suo periclo is emat, qui eam mercabitur;
Mancupio neque promittes neque quisquam dabit.
Probum et numeratum argentum ut accipias, face.
Haec cura, et hospes cura ut curetur. Vale."

Toxilus

Quid igitur? postquam recitasti, quod erat cerae creditum,
Iam mihi credis?

Dordalus

Ubi nunc ille est hospes, qui hasce huc attulit?

---

512 te *om* *C* 513 nequiquam *BC* foculam *B* lucriferam *A*, lucificam *BC* allicere *C* 514 ista et *B* fortuna lucrifica est *BC* 517 uentes *C* 520 aduectam *B*, adductam *C* 521 accurare *BC* 522 periculo *A* 523 promittet *BC* 524 accipiat · 526 caere 527 asce *B* huc *om* *BC*

Toxilus

Iam hic, credo, aderit; arcessiuit illam a naui.

Dordalus

Nihil mihi opust
Litibus neque tricis. Quam ob rem argentum numerem foras?
Nisi mancupio accipio, quid eo mihi opus est mercimonio?

Toxilus

Tacen an non taces? Numquam ego te tam esse matulam credidi.
Quid metuis?

Dordalus

Metuo hercle uero; sensi ego iam compluriens,
Neque mihi haud imperito eueniet, tali ut in luto haeream.

Toxilus

Nihil pericli mihi uidetur.

Dordalus

Scio istuc; sed metuo mihi.

Toxilus

Mea quidem *hercle* istuc nihil refert; tua ego facio gratia,
Ut tibi recte conciliandi primo facerem copiam.

Dordalus

Gratiam habeo; sed te de aliis, quam alios de te suauiust
Fieri doctos.

Toxilus

Ne quis uero ex Arabia penitissuma
Persequatur. Etiam tu illam destinas?

Dordalus

Uideam modo
Mercimonium.

---

528 illa mandauit *C* opus est 529 trichis *BC* numerum 530 est *om. BC* 533 ludo *BC* 534 pericli uidetur *BC* 535 hercle *om.* ego refero gratia *BC* 537 alis *B* 538 barbaria *BC*

Toxilus

Aequa dicis. Sed optume, eccum, ipse aduenit
Hospes ille, qui has tabellas attulit.

Dordalus

Hicine est?

Toxilus

Hic est.

Dordalus

Haecine illa est furtiua uirgo?

Toxilus

Iuxta tecum aeque scio,
Nisi quia specie quidem edepol liberali est, quisquis es*t*.

Dordalus

Sat edepol concinna es*t* facie.

Toxilus

Ut contemptim carnufex!
Taciti contemplemur formam.

Dordalus

Laudo consilium tuum.

SAGARISTIO UIRGO TOXILUS DORDALUS

Sagaristio

Satin Athenae tibi *sunt* uisae fortunatae atque opiparae?

Uirgo

Urbis speciem uidi, hominum mores perspexi parum.

Toxilus

Num quid principio cessauit uerbum docte dicere?

---

540 adunt *B*, addunt *C* 541 hiccine *BC* 542 Hecine *BC* scio eque *B* 543 qui aspexi equidem *C* liberalist B, liberalisst *C* es 544 concinnas facie 546 sunt *om.* 547 speclem prospexi 547 Numquid in principio

Dordalus

Haud potui etiam in primo uerbo perspicere sapientiam.

Sagaristio

Quid id, quod uidisti? ut moenitum muro tibi uisum oppidum?

Uirgo

Si incolae bene sunt morati, pulcre mo*e*nitum arbitror.
Perfidia et peculatus ex urbe et auaritia si exsulant,
Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum periurium,

Toxilus

Euge.

Uirgo

Octaua indiligentia,
Nona iniuria, decumum, quod pessumum adgressu est, scelus,
Haec unde aberunt, ea ur*b*s moenita *m*uro sat erit simplici;
Ubi aderunt, centumplex murus rebus seruandis parum est.

Toxilus

Quid ais tu?

Dordalus

Quid uis?

Toxilus

Tu in illis es decem sodalibus;
Te in exsilium ire hinc oportet.

Dordalus

Quid iam?

Toxilus

Quia periurus es.

---

549 perficere *C* 550 munitum uisumst apidum *B* 551 monitum 552 Perfida *B* 555 adgressus celis *B*, adgressu scelus *C* 556—57 Haec unde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum sit *BC* 557 Ubi ea aberunt *A* murum *A*

Dordalus

Uerba quidem haud indocte fecit.

Toxilus

Ex tuo, inquam, usu est; eme hanc.

Dordalus

Edepol qui quam hanc magis contemplo, magis placet.

Toxilus

Si hanc emeris,
Di immortales, nullus leno te alter erit opulentior;
Euortes tuo arbitratu homines fundis, familiis;
Cum optumis uiris rem habebis; gratiam cupient tuam;
Uenient ad te comissatum.

Dordalus

At ego intromitti uotuero.

Toxilus

At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.
Proinde tu tibi iubeas concludi aedis foribus ferreis,
Ferreas aedis conmutes, limina indas ferrea,
Ferream seram atque anellum, ne, si ferro parseris,
Ferreas tute tibi inpingi iubeas crassas compedes.

Dordalus

I in malum cruciatum.

Toxilus

I sane. Hanc eme atque ausculta mihi.

Dordalus

Modo ut sciam, quanti indicet.

Toxilus

Uin huc uocem?

Dordalus

Ego illo accessero.

---

560 ussu te me *B*, uisust eme *C* 561 cum 564 concipient *B* 565 uotuero *om. BC* 569 anulum sis 571 I sis in *A* 572 uti accerseo *B*

Toxilus

Quid agis, hospes?

Sagaristio

Uenio ad te; adduco hanc, ut dudum dixeram.
Nam heri in portum noctu nauis uenit; uenire hanc uolo,
Si potest; si non potest, ire hinc uolo quantum potest.

Dordalus

Saluos sis, adulescens.

Sagaristio

Si quidem hanc uendidero pretio suo.

Toxilus

Atqui aut hoc emptore uendes pulcre aut alio non potes.

Sagaristio

Esne tu huic amicus?

Toxilus

Tam quam di omnes, qui caelum colunt.

Dordalus

Tum tu mihi es inimicus certus; nam generi lenonio,
Numquam ullus deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.

Sagaristio

Hoc age. Opusne est hac tibi empta?

Dordalus

Si tibi uenisse est opus, 581
Mihi quoque empta est; si tibi subiti nihil est, tantundem est mihi.

Sagaristio

Indica; fac pretium.

Dordalus

Tua mers est; tua indicatio est.

---

573 ais *C* ad te *om. BC* dudum *om. B* 574 ueniri 577 potest *A* 578 Estne huic tu *B* 581 haec 582 subiti *om. A* tantundest *B*

Toxilus

Aequom hic orat.

Sagaristio

Uin bene emere?

Dordalus

Uin tu pulcre uendere?

Toxilus

Ego scio hercle, utrumque uelle.

Dordalus

Age indica prognariter.

Sagaristio

Prius dico: hanc mancupio nemo tibi dabit. Iam scis?

Dordalus

Scio.

Indica, minumo daturus qui sis, qui duci queat.

Toxilus

Tace, tace; nimis tu quidem hercle homo stultus es pueriliter.

Dordalus

Quid ita?

Toxilus

Quia enim te ex puella prius percontari uolo,
Quae ad rem referunt.

Dordalus

Atque hercle tu me monuisti haud male.
Uide sis, ego ille doctus leno paene in foueam decidi,
Ni hic adesses. Quantum est hominem amicum adhibere, ubi quid geras.

Toxilus

Quo genere aut qua in patria nata sit aut quibus parentibus,

---

584 Aequo mihi corat *B*, aequo mihi curat *C* uine tu *B*, Uinetu *C* 585 belle *A* 588 hercle *om. A*, hercule *B* est 589 ex puella te A 590 atq. *A*, et qui *C*, et quidem *B* hercule *B* 592 adhibere hominum amicum *BC* 593 sit nata *C*

Ne temere hanc te emisse dicas me impulsore aut inlice,
Uolo te percontari.

Dordalus

Quin laudo, inquam, consilium tuum.

Toxilus

Nisi molestum est, percontari hanc paucis hic uolt.

Sagaristio

Maxume.
Suo arbitratu.

Toxilus

Quid stas? adi sis tute atque ipse itidem roga,
Ut tibi percontari liceat quae uelis, etsi mihi
Dixit dare potestatem eius; sed ego te malo tamen
Eumpse adire, ut ne contemnat te ille.

Dordalus

Satis recte mones.
Hospes, uolo ego hanc percontari.

Sagaristio

A terra ad caelum quidlubet.

Dordalus

Iube dum ea huc accedat ad me.

Sagaristio

I sane ac morem illi gere.
Percontare, exquire quiduis.

Toxilus

Age, age nunc tu in proelium
Uide ut ingrediare auspicato.

Uirgo

Liquidum est auspicium. Tace.

---

594 te *om. C* suasu atque impulsu meo *BC* 595 *om. BC* 597 a . . . is *A*, abi *B*, habi *C* 598 percuntari *A* 600 Eum ipse *BC*, Eumsi *A* 602 hoc *A* 603 inproe *B*, impera *C*

Toxilus

Curato ut praedati pulcre ad castra conuortamini. —
Concede istuc; ego illam adducam.

Dordalus

Age, ut rem esse in nostram putas.

Toxilus

Eho dum huc, *uirgo.* — *Uide sis quid agas.*

Uirgo

Taceas; curabo ut uoles.

Toxilus

Sequere me. — Adduco hanc, si quid uis ex hac percontarier.

Dordalus

Enim uolo te adesse.

Toxilus

Haud possum quin huic operam dem hospiti,
Quoi erus iussit; quid si hic non uolt me adesse una?

Sagaristio

Immo i modo.

Toxilus

Do tibi ego operam.

Dordalus

Tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adiuuas.

Toxilus

Exquire. — Heus tu, aduigila.

Uirgo

Satis est dictum. Quamquam ego serua sum,
Scio ego officium meum, ut, quae rogitet, uera, ut accepi, eloquar.

---

605 *om. BC* 606 istuc *A*, si suam *B*, sis iam *C* putras *A* 607 *om. BC*, Fac dum huc *A* 609 hu possum *A* huc *C* 610 hic si *C* 611 ego tibi *BC* 612 satis ego dictum *B*

Toxilus

Uirgo, hic homo probus est.

Uirgo

Credo.

Toxilus

Non diu apud hunc seruies.

Uirgo

Ita pol spero, si parentes facient officium suum.

Dordalus

Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur
Aut patriam tuam aut parentes.

Uirgo

Cur ego id mirer, mi homo?
Seruitus mea mihi interdixit, ne quid mirer meum malum.

Dordalus

Noli flere.

Uirgo

Ah.

Toxilus

Di istam perdant! ita cata est et callida.
Ut sapiens habet cor; quam dicit quod opust!

Dordalus

Quid nomen tibi est?

Toxilus

Nunc metuo ne peccet.

Uirgo

Lucridi nomen in patria fuit.

---

616 minari 617 ego hic mirer homo mi *A* 618 malum meum *C* 619 Noli flere. VI. Ah *om. BC* 620 Ut sapiens *om. BC* quod *A* 621 Nonte *BC* Lucridei *A*

Toxilus

Nomen atque omen quantiuis iam est preti. Quin tu hanc emis? —
Nimis pauebam ne peccaret; expediuit.

Dordalus

Si te emam,
Mihi quoque Lucridem confido fore te.

Toquilus

Tu si hanc emeris,
Numquam hercle hunc mensem uortentem, credo, seruibit tibi.

Dordalus

Ita uelim quidem hercle.

Toxilus

Opta*ta* ut eueniant, operam addito. —
Nihil adhuc peccauit etiam.

Dordalus

Ubi tu nata es?

Uirgo

Ut mihi
Mater dixit, in culina, in angulo ad laeuam manum.

Toxilus

Haec erit tibi fausta meretrix; nata est in calido loco,
Ubi rerum omnium bonarum copia est. — Scitissume
Tactust leno, qui rogarat, ubi nata esset, diceret.
Lepide lusit.

Dordalus

At ego patriam te rogo quae sit tua.

---

622 iam *om. BC* 625 hercule *B* 626 hercule *B* opta ut conueniant 629 tibi erit *B* callido *C* 630 copiosa *C* sepisse *B*, sepissime *C* 631 rogaret 632 iussit *B* tuet *B*

Uirgo

Quae mihi sit nisi haec, ubi nunc sum?

Dordalus

At ego illam quaero, quae fuit.

Uirgo

Omne ego pro nihilo esse duco, quod fuit, quando fuit,
Tamquam hominem; quando animam ecflauit, quid eum quaeras, qui fuit?

Toxilus

Ita me di bene ament, sapienter. Atque equidem miseret tamen.

Dordalus

Sed tamen, uirgo, quae patria est tua, age mihi actutum expedi.
Quid taces patriam?

Uirgo

Quando quidem hic seruio, haec patria est mea.

Toxilus

Tandem istuc rogare omitte. Non uides, nolle *e*loqui,
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducas?

Dordalus

Quid est?
Captusne est pater?

Uirgo

Non captus; sed quod habuit, perdidit.

Toxilus

Haec erit bono genere nata; nihil scit nisi uerum loqui.

---

633 illa *B* 634 ducto *BC* 135 et flauit *BC* 638 patriam *om A*, Dico equidem patriam *BC* seuio *B* has 639 Iam de istoc loqui 640 meriam *B* 641 habuit id

Dordalus

Quis fuit? dic nomen.

Uirgo

Quid illum miserum memorem, qui fuit?
Nunc et illum Miserum et me Miseram aequom est nominarier.

Dordalus

Quoiusmodi is in populo habitus est?

Uirgo

Nemo quisquam acceptior;
Serui liberique amabant.

Toxilus

Hominem miserum praedicas,
Quom *et* ipsus probe perditus est et beneuolentis perdidit.

Dordalus

Emam, opinor.

Toxilus

Etiam „opinor“? Summo genere esse arbitror;
Diuitias tu ex istac facies.

Dordalus

Ita di faxint.

Toxlius

Eme modo.

Uirgo

Iam hoc tibi dico: actutum ecastor meus pater, ubi me sciet
Ven*iu*isse huc, aderit et me abs te redimet.

Toxilus

Quid nunc?

Dordalus

Quid est?

---

643 miserum *om. C* 645 Quo lusmodi *B*, Quouismodi *C* 647 et *om.* 648 sommo genere opinor *B* 649 Diuitiast nexist ac *B* facies ac facies *C* faxint te me *C* 650 iam actutum 651 Uenisse huc aderit hic absentem redimet

Toxilus

Audin, quid ait?

Uirgo

Nam etsi res sunt fractae, amici sunt tamen.

Dordalus

Ne sis plora; libera eris actutum, si crebro cades.
Vin mea esse?

Uirgo

Dum quidem ne nimis diu tua sim, uolo.

Toxilus

Satin ut meminit libertatis? Dabit haec tibi grandis bolos.
Age, si quid agis; ego ad hunc redeo. Sequere. — Red-*d*uco hanc tibi.

Dordalus

Adulescens, uin uendere istanc?

Sagaristio

Magis lubet quam perdere.

Dordalus

Tum tu pauca in uerba confer; qui datur, tanti indica.

Sagaristio

Faciam ita, ut te uelle uideo. Eam habe tibi centum minis.

Dordalus

Nimium est.

Sagaristio

Octoginta.

Dordalus

Nimium est.

Sagaristio

Nummus abesse hinc non potest,
Quod nunc dicam.

---

654 minis *B* 656 reduco 658 quid 659 uellē *C* uideā ut emas habe trecentis minis *B*, trecentum minas *C* 660 nummos *B*

Dordalus

Quid id est ergo? eloquere actutum atque indica.

Sagaristio

Tuo periclo sexaginta haec datur argenti minis.

Dordalus

Toxile, quid ago?

Toxilus

Di deaeque te agitant irati, scelus,
Qui hanc non properes destinare.

Dordalus

Habeto.

Toxilus

Eu, praedatu's probe.
Non edepol minis trecentis cara est. Fecisti lucri.

Sagaristio

Heus tu, etiam pro uestimentis huc decem accedent minae.

Dordalus

Abscedent enim, non accedent.

Toxilus

Tace, sis; non tu illum uides
Quaerere ansam, infectum ut faciat? Abiu atque argentum petis?

Dordalus

Heus tu, serua istum.

Toxilus

Quin tu is intro?

Dordalus

Abeo atque argentum adfero.

---

663 et scelus 664 hac *C* habebo *C* probe abi argentum effer huc 666 huc *om. B* accedant *B* 668 quere *C* abisne

TOXILUS UIRGO SAGARISTIO.

Toxilus

Edepol dedisti, uirgo, operam adlaudabilem,
Probam et sapientem et sobriam.

Uirgo

Si quid bonis
Boni fit, esse idem et graue et gratum solet.

Toxilus

Audin tu, Persa, ubi argentum ab hoc acceperis,
Simulato, quasi eas prorsum in nauem.

Sagaristio

Ne doce.

Toxilus

Per angiportum rursum te ad me recipito
Illac per hortum.

Sagaristio

Quod futurum est praedicas.

Toxilus

At ne cum argento protinam permittas domum,
Moneo, te.

Sagaristio

Quod te dignum est, me dignum esse uis?

Toxilus

Tace, parce uoci; praeda progreditur foras.

---

670 laudabilem *C* bonus *C* 673 ab hoc *om.* *A* 674 prorsus *B* 676 Illa *BC* ortum *B* quo *BC* 679 parce uoce *B*, parue uoce *C*

DORDALUS SAGARISTIO TOXILUS UIRGO.

Dordalus

Probae hic argenti sunt sexaginta minae,
Duobus nummis minus.

Sagaristio

Quid ei nummi sciunt?

Dordalus

Cruminam hanc emere, aut facere ut remigret domum.

Sagaristio

Ne non sat esses leno, id metuebas, miser,
Impure auare, ne crumillam amitteres?

Toxilus

Sine, quaeso; quando leno est, nihil mirum facit.

Dordalus

Lucro faciundo ego auspicaui in hunc diem;
Nihil mihi tam parui est, quin me id pigeat perdere.
Age accipe hoc sis.

Sagaristio

Hunc in collum, nisi piget,
Inpone.

Dordalus

Uero, fiat.

Sagaristio

Num quid ceterum
Me uoltis?

Toxilus

Quid tam properas?

Sagaristio

Ita negotium est;

Titulum om. C 680 Probat *BC* 681 minus est 683 satis *A* 684 cruminam *BC* 688 accipi *B* 688—89 nunquid ceterum Hunc in collum nisi piget impone uero fiat *BC*

Mandatae quae sunt, uolo deferre epistolas;
Geminum autem fratrem seruire audiui hic meum;
Eum ego ut requiram atque ut redimam, uolo *uisere.*

Toxilus

Atque edepol tu me commonuisti haud male;
Uideor uidisse hic forma persimilem tui,
Eadem statura.

Sagaristio

Quippe qui frater siet.

Dordalus

Quid est tibi nomen?

Sagaristio

Scire te quid attin*et*?

Dordalus

Quid attinet non scire?

Sagaristio

Ausculta ergo, ut scias:
Uaniloquidorus Uirginesuendonides
Nugimeriloquides Argentumexterebronides
Tedigniloquides Nummosexpalponides
Quodsemelarripides numquameripi*sibisinides.*

Dordalus

Eu hercle nomen multimodis scriptum est tuum.

Sagaristio

Ita sunt Persarum mores; longa nomina
Contortiplicata habemus. Num quid ceterum
uoltis?

---

693 Tum *BC* uisere *om* 697 *om. BC* Quod *A* 698 ero *C* 699 uirginis uendonident *B*, uirginis uendo uident *C* 700 Nugi.-piloquides argentū extenebronides *BC* 701 numdes expalponides *BC* 702 Quod semellarripides *BC* numquam eripi *BC* 703 multis modis

Dordalus

Uale.

Sagaristio

Et uos; nam animus iam in naui est mihi.

Dordalus

Cras ires potius, hodie hic cenares.

Sagaristio

Uale.

TOXILUS DORDALUS UIRGO SATURIO

Toxilus

Postquam illic abiit, dicere hic quiduis licet.
Ne hic tibi dies inluxit lucrificabilis;
Nam non emisti hanc, uerum fecisti lucri.

Dordalus

Ille quidem iam scit, quid negoti gesserit,
Qui mihi furtiuam meo periclo uendidit;
Argentum accepit, abiit; qui ego nunc scio,
An iam adseratur haec manu? Quo illum sequar?
In Persas? Nugas.

Toxilus

Credidi gratum fore
Beneficium meum apud te.

Dordalus

Immo equidem gratiam
Tibi, Toxile, habeo; nam te sensi sedulo
Mihi dare bonam operam.

Toxilus

Tibine ego? Immo *ero meo*.

---

706 nauist *A*, nauisst *C* meus *BC* 707 ire *C* 808 *eandem scenam continuat A* habiit *C* 710 lucrum *C* 712 periculo *A* 715 impersas *C* 717 nam sensisse tedulo *C* 718 tibin *BC* Immo . . . ulo *A*, immo serui *BC*

Dordalus

Attat, oblitus sum intus dudum edicere,
Quae uolui edicta. Adserua hanc.

Toxilus

Salua est haec quidem.

Uirgo

Pater nunc cessat.

Toxilus

Quid, si admoneam?

Uirgo

Tempus est.

Toxilus

Heus, Saturio, exi. Nunc est illa occasio
Inimicum ulcisci.

Saturio

Ecce me; num quid moror?

Toxilus

Age, illuc abscede procul e conspectu. Tace;
Ubi cum lenone me uidebis conloqui,
Tum turbam facito.

Saturio

Dictum sapienti sat est.

Toxilus

Tunc, quando abiero —

Saturio

Quin taces? scio quid uelis.

---

721 ammoneam *B* 727 *om. BC*

DORDALUS *TOXILUS*

Dordalus

Transcidi loris omnis adueniens domi;
Ita mihi supellex squalet atque aedes meae.

Toxilus

Redis tu tandem?

Dordalus

Redeo.

Toxilus

Ne ego hodie tibi
Bona multa feci.

Dordalus

Fateor; habeo gratiam.

Toxilus

Num quippiam aliud me uis?

Dordalus

Ut bene sit tibi.

Toxilus

Pol istuc quidem omen iam ego usurpabo domi;
Nam iam inclinabo me cum liberta tua.

Saturio

Nisi ego illum hominem perdo, perii. Atque optume
Eccum ipsum ante aedes.

Uirgo

Salue multum, mi pater.

Saturio

Salue, mea gnata.

TOXILUS *om. A, totum titulum BC* 728 Transidi *BC* 729 suppellex *C* aedis *C* 731 Bonam uitam *BC* effeci *A* 733 omniam *B*, omne iam *C* *A* 735 *novam scenam faciunt BC* 736 mihi *A* 737 gratia *C*

Dordalus

Ei, Persa me pessum dedit.

Uirgo

Pater hic meus est.

Dordalus

Hem, quid? pater? Perii oppido.
Quid ego igitur cesso infelix lamentarier
Minas sexaginta?

Saturio

Ego pol te faciam, scelus,
Te quoque etiam ipsum ut lamenteris.

Dordalus

Occidi.

Saturio

Age ambula in ius, leno.

Dordalus

Quid me in ius uocas?

Saturio

Illi apud praetorem dicam. Ted ego in ius uoco.

Dordalus

Nonne antestaris?

Saturio

Tuan' ego causa, carnufex,
Quoiquam mortali libero auris atteram,
Qui hic commercaris ciuis homines liberos?

Dordalus

Sine dicam.

Saturio

Nolo.

Dordulus

Audi.

---

737 et *BC* 743 Illic sed 745 at terram *B*

Saturio

Surdus sum. Ambula.
Sequere hac, sceleste, feles uirginaria.
Sequere hac, mea gnata, me usque ad praetorem.

Uirgo

Sequor.

TOXILUS SAGARISTIO LEMNISELENA

Toxilus

Hostibus uictis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfectis,
Bello exstincto, re bene gesta, integro exercitu et praesidiis,
Quom bene nos, Iuppiter, iuuisti, dique alii omnes caelipotentes,
Eas uobis habeo grates atque ago, quia probe sum ultus meum inimicum.
Nunc ob eam rem inter participes diuidam praedam et participabo.
Ite foras; hic uolo ante ostium et ianuam
Meos participes bene accipere.
Statuite hic lectulos; ponite hic, quae adsolent.
Hic statui uolo primum aliquid mihi,
Unde ego omnis hilaros, ludentis, laetificantis faciam ut fiant,
Quorum opera mihi facilia factu facta haec sunt, quae uolui ecfieri;
Nam improbus est homo, qui beneficium scit accipere et reddere nescit.

---

748 Sequera *C* scelesta 749 nata *C* 750 placidisa *B* 752 Uiuisti *C* omnis *B* 753 grates habeo *B* 755 hostium
u i
758 aliqm *B*, aquila mihi *C* 760 haec mihi facilia factu facta 761 sit sumere et *C*

Lemnisena

Toxile mi, cur ego sine te sum? Cur tu autem sine me es?

Toxilus

Agedum ergo,
Accede ad me atque amplectere sis.

Lemniselena

Ego uero.

Toxilus

Oh, nihil hoc magis dulce est.
Sed amabo, oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus?

Lemniselena

Omnia, quae tu uis, ea cupio.

Toxilus

Mutua fiunt a me. Age, age ergo
Tu, Sagaristio, accumbe in summo.

Sagaristio

Ego nihil moror. Cedo parem, quem pepigi.

Toxilus

Temperi.

Sagaristio

Mihi istuc temperi sero est.

Toxilus

Hoc age, accumbe. Hunc diem suauem
Meum natalem agitemus amoenum. Date aquam manibus; apponite mensam.
Do hanc tibi florentem florenti; tu hic eris dictatrix nobis.

Lemniselena

Age, puere, a summo septenis cyathis committe hos ludos.

---

762 autem tu *C* agidum *B* 763 mea ad me *B* amplecteris *B* hoc *om.* *B* 764 occulus *C* quin in 765 age age age 766 moror *om.* *C* cædo *C* pepegi *C* 767 hoc *om.* *C* 768 amoenum nū *B* 769 florente florenti *B* dixtatrix *B* 770 ciathis

Toxilus

Moue manus; propera, Paegnium; tarde cyathos mihi das; cedo sane.
Bene mihi! bene uobis! bene meae amicae! Optatus dies datus hic mihi
Hodie est ab dis, quia te licet liberam me amplecti.

Lemniselena

Tua factum opera.

Toxilus

Bene omnibus nobis!

Lemniselena

Hoc mea manus tuae poculum donat, ut amantem decet.

Toxilus

Cedo.

Lemniselena

Accipe.

Toxilus

Bene ei, qui inuidet mihi, et ei, qui hoc *gaudio* gaudet!

DORDALUS TOXILUS SAGARISTIO LEMNISELENA PAEGNIUM.

Dordalus

Qui sunt quique erunt quique fuerunt quique futuri sunt posthac,
Solus ego omnibus antideo facile, miserrumus hominum ut uiuam.
Perii, interii. Pessumus hic mihi dies hodie inluxit corruptor;
Ita me Toxilus perfabricauit itaque meam rem diuexauit.

---

771 moneamus propera *C* Paenignium *B* cia Zas *B*, ciatas *C* 772 me amicae *B*, me amicc *C* hic mihi dies datus 774 h̄meac *B*, heæ meæ *C* donant *C* amantem amanti 775 h̄gaudet *B*, hoc gaud *C* 777 homonum *B*

Uehiclum argenti miser eieci neque *illud*, quam ob rem eieci, habeo.
Qui illum Persam atque omnes Persas atque etiam omnis personas
Male di omnes perdant! ita miser*o* Toxilus haec mihi conciuit.
Quia ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas molitust.
Quem pol ego ut non in cruciatum atque in compedes cogam, si uiuam,
Si quidem huc umquam erus redierit eius, quod spero — Sed quid ego adspicio?
Hoc uide; quae haec fabula est? Hic quidem pol potant. Adgrediar. O bone uir,
Salueto, et tu, bona liberta.

Lemniselena

Dordalus hic quid*em* est. Quin iube adire.

Toxilus

Adi, si lubet. — Agite, adplaudamus. Dordale, homo lepidissume, salue.
Locus hic tuus est; hic accumbe. — Fer aquam. Praeben tu, puere?

Dordalus

Ne sis me uno digito adtigeris, ne te ad terram, scelus, adfligam.

Paegnium

At tibi ego hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.

Dordalus

Quid ais, crux, stimulorum tritor? quomodo me hodie uorsauisti?

---

780 Uehiculum eieci amisi *C*, ciciamisi *B* illud *om.* cieci *B* 782 miser consciuit 784 compedis 786 famulast *B* pol hic quidem 787 quid est 789 ferte aquam pedibus 791 ego tibi *C* ciatho *B*, citatho *C* 792 stumulorum *B*

Ut me in tricas coniecisti? quomodo de Persa manus mihi adita est?

Toxilus

Iurgium hinc auferas,
Si sapias.

Dordalus

At bona liberta, haec sciuisti et me celauisti?

Lemniselena

Stultitia est, quoi bene esse licet, eum praeuorti litibus.
Posterius istaec te magis par agere est.

Dordalus

Cor mihi uritur.

Toxilus

Da illi cantharum; exstingue ignem, si cor uritur, caput ne ardescat.

Dordalus

Ludos me facitis, intellego.

Toxilus

Uin cinaedum nouom tibi dari? Paegnium,
Elude, ut soles, quando liber locust hic.
Hui! babae, basilice te intulisti et facete.

Paegnium

Decet me facetum esse, et hunc inridere
Lenonem lubido est, quando dignus est.

Toxilus

Perge, ut coeperas.

Paegnium

Hoc, leno, tibi.

Dordalus

Peri*i*, perculit me prope.

793 trichas *B*, thrichas *C* additast 795 sciuisti ea me 797 istahæc uritur cor mihi 800 Uincine dum 801 Quin elude 805 ceperas 806 Peri

Paegnium

Em, serua rusum.

Dordalus

Delude, ut lubet, erus dum hinc abest.

Paegnium

Uiden, ut tuis dictis pareo?
Sed quin tu meis contra item dictis seruis
Atque hoc, quod tibi suadeo, facis?

Dordalus

Quid est id?

Paegnium

Restim tu tibi cape crassam, ac te suspende.

Dordalus

Caue sis me attigas, ne tibi hoc scipione
Malum magnum dem.

Paegnium

Utere *tu eo*; te condono.

Toxilus

Iam iam, Paegnium, da pausam.

Dordalus

Ego pol uos eradicabo.

Paegnium

At te ille, qui supra nos habitat,
Qui tibi male uolt maleque faciet. Non hi dicunt, uerum ego.

Toxilus

Age circumfer mulsum; bibere da usque plenis cantharis.
Iam diu factum est post quam bibimus; nimis diu sicci sumus.

Dordalus

Di faciant, ut id bibatis, quod uos numquam transeat.

---

806 hem *C* tu sum *B*, rursum *C* 807 Delube 809 ised 810 tibi *om. B* 811 suspende te 81 attingas *B* 813 dein *B* tu eo *om.* 814 penignium *B* 817 bibeiet usque *C* 818 nimi diu *B*, nimis *C*

Paegnium

Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum, olim quem Hegea Faciebat. Uide uero, si tibi satis placet.

Sagaristio

Me quoque uolo 521
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.

Dordalus

Malum ego uobis dabo, ni abitis.

Sagaristio

Etiam mut*t*is, impudens?
Iam ego tibi, si me irritassis, Persam adducam denuo.

Dordalus

Taceo hercle. Atque tu Persa es, qui me usque admutilasti ad cutem.

Toxilus

Tace, stulte; hic eius geminust frater.

Dordalus

Hicine est?

Toxilus

Ac geminissumus.

Dordalus

Di deaeque et te et geminum fratrem excrucient!

Sagaristio

Qui te perdidit;
Nam ego nihil merui.

Dordalus

At enim, quod ille meruit, tibi id obsit uolo.

823 nisi mutis 825 Iam taceo custem *B*, curtem *C*
826 geminus est hiccine est

Sagaristio

Agite, hunc sultis ludificemus.

Toxilus

Nisi si dignust, non opust.

Lemniselena

At me haud par est.

Toxilus

Eo, credo, quia inconciliauit, quom te emo.

Lemniselena

At tamen —

Toxilus

Noli „tamen". Caue ergo sis malo et sequere me.
Te mihi dicto audientem esse addecet; nam hercle absque me
Foret et meo praesidio, hic faceret te prostibulum propediem.
Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono qui aduorsatust,
Nec satis liber sibi uidetur nec satis frugi nec sat honestus,
Ni ei offecit, ni ei male dixit, ni grato ingratus repertust.

Lemniselena

Pol benefacta tua me hortantur, tuo ut imperio paream.

Toxilus

Ego sum tibi patronus plane, qui huic pro te argentum dedi.
*Pergrap*hice hunc uolo ludificari.

Lemniselena

Meo ego in loco sedulo curabo.

Dordalus

Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt quod faciant.

Sagaristio

Heu*s* uos.

---

829 sultis hunc ludificemus nisi si dignust ⧺ 830 quia non in concilia ut 831 Attamen non tamen ⧺ 833 prostibilem *B*, prostipilem *C* cropediem 834 aduersatus est 835 nec satis honestus *B* 835 Ni id efficit ingratos *B* repertus est 839 . . . hice *B*, hic ē *C* ludificrari *C* 840 quid heu

Toxilus

Quid ais?

Sagaristio

Hicine est Dordalus leno, qui hic liberas uirgines mercatur?
Hicine est, qui fuit quondam fortis?

Dordalus

Quae haec res est? Ei colapho me icit.
Malum uobis dabo.

Toxilus

At tibi nos dedimus, dabimusque etiam.

Dordalus

Ei, nates percellit.

Paegnium

Licet; iam diu saepe sunt expunctae.

Dordalus

Loquere tu etiam, frustum pueri?

Lemniselena

Mi, patrone, *i* intro, amabo,
Ad cenam.

Dordalus

Meam ignauiam tu nunc inrides.

Lemniselena

Quiane te uoco, bene ut tibi sit?

Dordalus

Nolo mihi bene esse.

Lemniselena

Ne sit.

Toxilus

Quid igitur? sescenti nummi quid agunt? quas turbas danunt?

---

341 hic sine dordalus est 842 Hiccinest colaphum icit 843 natis *B* peruellit 844 dius sepe 845 mi *om.* Patronem intro 846 mea ignauia tu nunc me irrides 847 Quia nec *C* 848 acunt

Dordalus

Male disperii; sciunt referre probe inimico gratiam.

Toxilus

Satis sumpsimus iam supplici?

Dordalus

Fateor; manus uobis do.

Toxilus

Et post dabis sub furcis; abi in crucem.

Dordalus

An me hic parum exercitum
Hisce habent?

Toxilus

Te conuenisse Toxilum me*moria habe.*

Ω

Spectatores, bene ualete. Leno periit; plaudite.

---

850 suppliiiam *B*, supplicii iam *C* 851 abi intro in Execitum *B*, Fecitum *C* · 852 conuenisse te me 853 plaudite pantio

RUDENS.

ARGUMENTUM.

Reti piscator de mari extraxit uidulum,
Ubi erant erilis filiae crepundiae,
Dominum ad lenonem quae subrepta uenerat.
Ea in clientelam suipte imprudens patris
Naufragio eiecta deuenit; cognoscitur
Suoque amico Plesidippo iungitur.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A) ubi apparuit.

1 . ete *C* 2 crefunda *B* 4 Eam clientelam *C* suspte *B*, suscepte *C* 5 cogniscitur *B* 6 pleusidippo

PERSONAE FABULAE.

Arcturus prologus
Sceparnio seruos
Plesidippus adulescens
Daemones senex
Palaestra mulier
Ampelisca mulier
Ptolemocratia sacerdos
Piscatores
Trachalio seruos
Labrax leno
Charmides senex
Lorarii
Gripus piscator.

PROLOGUS.

Arcturus

Qui gentes omnis mariaque et terras mouet,
Eius sum ciuis ciuitate caelitum.
Ita sum ut uidetis splendens stella candida,
Signum quod semper tempore exoritur suo
Hic atque in caelo; nomen Arcturo est mihi.
Noctu sum in caelo clarus atque inter deos,
Inter mortalis ambulo interdius.
Et alia signa de caelo ad terram accidunt.
Qui est imperator diuom atque hominum Iuppiter,
Is nos per gentes alium alia disparat,
Qui facta hominum, mores, pietatem et fidem
Noscamus, ut quemque adiuuet opulentia.
Qui falsas litis falsis testimoniis
Petunt quique in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem.
Cotidie ille scit, quis hic quaerat malum.
Qui hic litem apisci postulant periurio
Mali, res falsas qui inpetrant apud iudicem,

---

1 omnes *C* 2 cuius *C* 3 Ita ut uidetis sum *C* plendens *B* 7 mortale *C* 10 gentis *C* 17 pelorio *B*, peiorio *C*

Iterum ille eam rem iudicatam iudicat;
Maiore multa multat quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Atque hoc scelesti in animum inducunt suum,
Iouem se placare posse donis, hostiis.
Et operam et sumptum perdunt. Id eo fit, quia
Nihil ei acceptum est a periuris supplici.
Facilius si qui pius est a dis supplicans
Quam qui scelestust inueniet ueniam sibi.
Idcirco moneo uos ego hoc, qui estis boni
Quique aetatem agitis cum pietate et cum fide,
Retinete porro, post factum ut laetemini.
Nunc, huc qua causa ueni, argumentum eloquar.
    Primum dum huic esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas uoluit. Illic habitat Daemones
In agro atque uilla proxuma propter mare,
Senex qui huc Athenis exsul uenit, haud malus.
Neque is adeo propter malitiam patria caret,
Sed dum alios seruat, se inpediuit interim;
Rem bene paratam comitate perdidit.
Huic filia olim uirgo periit paruola;
Eam de praedone uir mercatur pessumus;
Is eam huc Cyrenas leno aduexit uirginem.
Adulescens quidam ciuis huius Atticus
Eam uidit ire e ludo fidicinio domum.
Amare occepit; ad lenonem deuenit;
Minis triginta sibi puellam destinat
Datque arrabonem et iure iurando adligat.
Is leno, ut se aequom est, flocci non fecit fidem

22 indicunt 23 placere *B m. p.* posset omnibus ostiis *C* 24 perduunt 25 a periuriis supplicii 26 plus diis *B* 27 scelestus est 28 haec que uestis 29 Conpletate *C* et fide *B* 30 lætimini *C* 33 Circnas demonies 37 inpediunt *C* 39 filiola uirgo 41 cirenas 42 atticos

Neque quod iuratus adulescenti dixerat.
Ei erat hospes par *s*ui, Siculus senex
Scelestus Agrigentinus, urbis proditor;
Is illius laudare infit formam uirginis
Et aliarum itidem quae eius erant mulierculae.
Infit lenoni suadere, ut secum simul
Eat in Siliciam. Ibi esse homines uoluptarios
Dicit; potesse eum ibi fieri diuitem;
Ibi esse quaestum maxumum meretricibus.
Persuadet. Nauis clanculum conducitur;
Quidquid erat, noctu in nauem conportat domo
Leno; adulescenti, qui puellam ab eo emerat,
Ait sese Ueneri uelle uotum soluere
— Id hic est Veneris fanum — et eo ad prandium
Uocauit adulescentem huc. Ipse hinc ilico
Conscendit nauem, auehit meretriculas.
Adulescenti alii narrant ut res gesta sit,
Lenonem abisse. Ad portum adulescens uenit;
Illorum nauis longe in altum abscesserat.
Ego quoniam uideo uirginem asportarier,
Tetuli ei auxilium et lenoni exitium simul;
Increpui hibernum et fluctus moui maritumos.
Nam Arcturus signum sum omnium *unum* acerrumum;
Uehemens sum exoriens, quom occido uehementior.
Nunc ambo in saxo, leno atque hospes, simul
Sedent eiecti; nauis confracta est eis;
Illa autem uirgo atque altera itidem ancillula
De naui timidae desiluerunt in scapham.
Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,
Ad uillam illius, exsul ubi habitat senex,

---

49 paruisiculus 54 sicillā *B* 62 hunc *C* 63 auenit 65 abiisse *C* 68 Tetuli et auxilium 70 unum *om.* 72 amabo *B* 73 Sedente lecti *B*, Sedenti lecti *C* iis *B* 74 ancilla *C* 77 at *C*

Quoius deturbauit uentus tectum et tegulas,
Et seruos illic est eius, qui egreditur foras.
Adulescens huc iam adueniet, quem uidebitis,
Qui illam mercatust de lenone uirginem.
Ualete, ut hostes uostri diffidant sibi.

---

81 delelone *C* uestiri

SCEPARNIO

Pro di inmortalis, tempestatem quoiusmodi
Neptunus nobis nocte hac misit proxuma!
Detexit uentus uillam; quid uerbis opust?
Non uentus fuit, uerum Alcumena Euripidi;
Ita omnis de tecto deturbauit tegulas;
Inlustriores fecit fenestrasque indidit.

PLESIDIPPUS SCEPARNIO DAEMONES

Plesidippus

Et uos a uostris abduxi negotiis
Neque id processit, qua uos duxi gratia,
Neque quiui ad portum lenonem prehendere;
Sed mea desidia spem deserere nolui;
Eo uos, amici, detinui diutius.
Nunc huc ad Ueneris fanum uenio uisere,
Ubi rem diuinam se facturum dixerat.

Sceparnio

Si sapiam, hoc quod me mactat concinnem lutum.

Titulo spatium vacat 86 alcumenae urippidi *C* 88 inlustrioris inindidit *C* *Titulo spatium vacat*

Plesidippus

Prope me hic nescio qui loquitur.

Daemones

Heus, Sceparnio.

Sceparnio

Qui nominat me?

Daemones

Qui pro te argentum dedit.

Sceparnio

Quasi me tuum esse seruom dicas, Daemones.

Daemones

Luto usust multo, multam terram confode.
Uillam integundam intellego totam mihi;
Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.

Plesidippus

Pater, salueto, amboque adeo.

Daemones

Saluos sis.

Sceparnio

Sed utrum tu *m*asne an femina es, qui illum patrem
Uoces?

Plesidippus

Uir sum equidem.

Sceparnio

Quaere, uir, porro patrem.

Daemones

Filiolam ego unam habui, eam unam perdidi;
Uirile sexus numquam ullam habui.

Plesidippus

At di dabunt.

97 hinc heuscerpanio *B*, heusce parmo *C* 100 usus est
104 tuasne 106 eo *B*

Sceparnio

Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum,
Qui oratione hic occupatos occupes.

Plesidippus

Isticine uos habitatis?

Sceparnio

Quid tu id quaeritas?
An quo furatum uenias uestigas loca?

Plesidippus

Peculiosum esse decet seruom et probum,
Quem ero praesente praetereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.

Sceparnio

Et inpudicum et inpudentem hominem addecet
Molestum ultro aduenire ad alienam domum,
Quoi debeatur nihil.

Daemones

Tace, Sceparnio.
Quid opus, adulescens?

Plesidippus

Isti infortunium,
Qui praefestinet ubi erus adsit praeloqui.
Sed nisi molestum est, paucis percontarier
Uolo ego ex te.

Daemones

Dabitur opera, atque in negotio.

Sceparnio

Quin tu in paludem is exsicasque harundinem,
Qui pertegamus uillam, dum sudumst?

---

109 nos hic *B* ocupatos *C* 111 furatum mox uenias 116 atuenire *B* alienum *C* 122 exigasque *B*, exagitasque *C* Harundine *C*

Daemones

Tace.
Tu si quid opus est dice.

Plesidippus

Dic quod te rogo:
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum uideris,
Malum, periurum, palpatorem?

Daemones

Plurimos;
Nam ego propter eiusmodi uiros uiuo miser.

Plesidippus

Hic dico, in fanum Ueneris qui mulierculas
Duas secum adduxit quique adornarat sibi
Ut rem diuinam faciat, aut hodie aut heri.

Daemones

Non hercle, adulescens, iam hos dies conplusculos
Quemquam istic uidi sacruficare; neque potest
Clam me esse, si qui sacruficat. Semper petunt
Aquam hinc aut ignem aut uascula aut cultrum aut ueru
Aut aulam extarem aut aliquid; quid uerbis opust?
Ueneri paraui uasa et puteum, non mihi.
Nunc interuallum iam hos dies multos fuit.

Plesidippus

Ut uerba praehibes, me perisse praedicas.

Daemones

Mea quidem hercle causa saluos sis licet.

Sceparnio

Heus tu, qui fana uentris causa circumis,
Iubere meliust prandium ornari domi.

---

129 adornaret 132 sacruificare *B* 135 alilā *C* extare *B*
138 periisse 139 ercle 141 lubere *C* melius est

Fortasse tu huc uocatus es ad prandium,
Ille qui uocauit, nullus uenit?

Plesippus

Admodum.

Sceparnio

Nullumst periclum te hinc ire inpransum domum.
Cererem te meliust quam Uenerem sectarier;
Amori haec curat, tritico curat Ceres.

Plesidippus

Deludificauit me ille homo indignis modis.

Daemones

Pro di inmortalis, quid illuc est, Sceparnio,
Hominum secundum litus?

Sceparnio

Ut mea opinio est,
Propter uiam illi sunt uocati ad prandium.

Daemones

Qui?

Sceparnio

Quia post cenam, credo, lauerunt heri.

Daemones

Confracta nauis in mari est illis.

Sceparnio

Ita est;
At hercle nobis uilla in terra et tegulae.

Daemones

Hui,
Homunculi quanti estis! Eiecti ut natant.

---

143 Illu tui 144 nullust *C* 145 . ererem *B*, prærem *C* melius *C* spectarier 146 Amorem 148 dii *B* immortales scerparnio *B* 149 situs *B* aut mea est opinio 151 qui post *C* 153 nouis uillā *B* 154 electi ut narrant

Plesidippus

Ubi sunt i homines, obsecro?

Daemones

Hac ad dexteram;
Uiden secundum litus?

Plesidippus

Uideo. Sequimini.
Utinam is sit quem ego quaero, uir sacerrumus.
Ualete.

Sceparnio

Si non moneas, nosmet meminimus.
Sed o Palaemon sancte, Neptuni comes,
[Qui Herculis socius esse diceris]
Quod facinus uideo?

Daemones

Quid uides?

Sceparnio

Mulierculas
Uideo sedentes in scapha solas duas.
Ut adflictantur miserae! Euge, euge, perbene,
Ab saxo auortit fluctus ad litus scapham,
Neque gubernator umquam potuit *rectius.*
Non uidisse undas me maiores censeo;
Saluae sunt, si illos fluctus deuitauerint.
[Nunc nunc periclumst. Eiecit alteram;
At in uadost; iam facile enabit, eugepae!]
Uiden alteram illam ut fluctus eiecit foras?
Surrexit; horsum se capessit; salua res.
Desiluit haec autem altera in terram e scapha.

---

155 hi *B*, *om.* *C* dextram *B* 159 palemon 160 hercule *C* 162 sedentis *C* 165 rectius *om.* 166 maioris 167 deuitarint *B*, deuitauerunt *C* 169 euge pace 170 Uide ne 171 orsum *C*

Ut prae timore in genua in undas concidit.
Saluast; euasit ex aqua; iam in litore est.
Sed dextrouorsum auorsa it in malam crucem.
Em, errabit illaec hodie.

Daemones

Quid id refert tua?

Sceparnio

Si ad saxum, quo capessit, ea deorsum cadit,
Errationis fecerit conpendium.

Daemones

Si tu de illarum cenaturus uesperi es,
Illis curandum censeo, Sceparnio;
Si apud me essurus *es*, mihi dari operam uolo.

Sceparnio

Bonum aequomque oras.

Daemones

Sequere me hac ergo.

Sceparnio

Sequor.

PALAESTRA

Nimio hominum fortunae minus miser*a*e memorantur
Quam quom experiundo is datur acerbum.
Satin hoc deo conplacitum est, me hoc ornatu ornatam
In incertas regiones timidam eiectam?
Hancine ego ad rem natam miseram *me* memorabo?
Hanc ego partem capio ob pietatem praecipuam?

---

175 auersa 176 hem *C* 178 fecerat *B* 179 Sit tu *B* cenaturus ue peries 183 misere 184 Quam quom *lacuna* iis 187 Satin *lacuna* 187 sq. Hancine ego partem *C omissis mediis* 187 me *om. B* 188 Hancine *B*

Nam hoc mihi *h*aud laborist laborem hunc potiri,
Si erga parentem aut deos me inpiaui.
Sed id si parate curaui ut cauerem,
Tum hoc mihi indecore, inique, inmodeste
Datis di; nam quid habebunt sibi inpii posthac,
Si ad hunc modum est innoxiis honor apud uos?
Nam me si sciam fecisse aut parentes sceleste, minus mei miser*e*a*r*.
Sed erile scelus me sollicitat, eius me inpietas male habet.
Is nauem atque omnia perdidit in mari.
Haec bonorum eius sunt reliquiae. Etiam quae simul
Uecta mecum in scaphast, excidit; ego nunc sola sum.
Quae mihi si foret salua saltem, labor
Lenior esset hic mihi eius opera.
Nunc quam spem aut opem aut consili quid capessam?
Ita hic solis locis conpotita sum.
Hic saxa sunt, hic mare sonat, nec quisquam homo mihi obuiam uenit.
Hoc quod induta sum, summae opes oppido,
Nec cibo nec loco tecta quo sim scio.
Quae mihi est spes, qua me uiuere uelim?
Nec loci gnara sum necdu*m adhuc* hic fui.
Saltem aliquem uelim qui mihi ex his locis
Aut uiam aut semitam monstret; ita nunc
Hac an illac eam, incerta *sum* consili.
Nec prope usquam hic quidem cultum agrum conspicor.
Algor, error, pauor me*mbra mihi* omnia tenent.
Hæc parentes mei haud scitis miseri,
Me nunc miseram esse ita uti sum.

189 aut 191 it 193 sibigni (sibi igni *C*) impii 195 sceleste parentis *B* miserer 196 sollitat *B* 198 reliquæ *B* etiamque *C* 201 leniores sed *C* 202 Numquam consilii 204 *duobus versibus B* obueniam *C* 208 nec diu hic 209 uellim *B* 211 incerta consilii *B*, iucertam consilii *C* 213 me omnia 214 aut *B* 215 ita *om. C*

Libera ego prognata *si* fui maxume, nequiquam fui,
[Nunc qui minus seruio, quam si serua forem nata?]
Neque quicquam umquam illis profui, qui me sibi eduxerunt.

AMPELISCA. PALAESTRA.

Ampelisca

Quid mihi meliust, quid magis in rem est, quam corpore uitam ut secludam?
Ita male uiuo atque ita mihi multae in pectore sunt curae exanimales.
*Ita res sor*dent; uitae haud parco; perdidi spem, qua me oblectabam.
Omnia iam circumcursaui atque omnibus latebris perreptaui
Quaerere conseruam uoce, oculis, auribus, ut peruestigarem.
Nequ*e* eam usquam inuenio neque quo eam neque qua quaeram consultumst,
Neque quem rogitem responsorem in terra quemquam inuenio.
Nec magis solae terrae solae sunt quam haec *sunt* loca atque hae regiones.
Neque, si uiuit, eam uiua umquam quin inueniam desistam.

Palaestra

Qu*o*ianam uox mihi prope hic sonat?

Ampelisca

Pertimui. Quis hic loquitur prope?

Palaestra

Spes bona, obsecro, subuenta mihi.

---

216 si *om.* 217 forem serua *C* 218 his *B*, iis *C* profuit me *om. B* 219 melius est ut *om. BC* 221 *ante* dent *lacuna BC* 222 omnibus in latebris *B*, in latebris omnibus *C* 223 Querire 224 Nequeam usquam neque coeam *C* neque quo quaeram *A* 225 quemquam interea quemq *A*, quemquam interea *BC* 226 Neque *C* sunt *om.* 227 uiuam numquam 228 Quianam

Ampelisca

Mulier est; muliebris uox mihi ad auris uenit.

Palaestra

Iamne, Spes, me eximes ex hoc miseram metu?

Ampelisca

Certo uox muliebris tetigit auris meas.

Palaestra

Num Ampelisca obsecrost?

Ampelisca

Ten, Palaestra, audio?

Palaestra

Quin uoco, ut me audiat, nomine illam suo?
Ampelisca.

Ampelisca

Hem, quis est?

Palaestra

Ego Palaestr*a ipsa sum.*

Ampelisca

Dic ubi es?

Palaestra

Pol ego nunc in malis plurumis.

Ampelisca

Socia sum nec minor pars mea est quam tua.
Sed uidere expeto te.

Palaestra

Mihi es aemula.

Ampelisca

Consequamur gradu uocem. Ubi es?

---

232 *Ante* eximes *lacuna duarum litterarum* 233 auris tetigit 236 palest *B*, palam est *C* 238 Sotia 239 essaemula *B*, esse mula *C*

Palaestra

Ecce me;
Accede ad me atque adi contra.

Ampelisca

Fit sedulo.

Palaestra

Cedo manum.

Ampelisca

Accipe.

Palaestra

Dic, uiuisne? obsecro.

Ampelisca

Tu facis me quidem uiuere ut nunc uelim,
Quom mihi te licet tangere. Ut uix mibi
Credo ego hoc, te tenere. Obsecro, amplectere.
Spes mea, ut me omnium iam laborum leuas!

Palaestra

Occupas praeloqui, quae mea oratio.
Nunc abire hinc decet nos.

Ampelisca

Quo amabo ibimus?

Palaestra

Litus hoc persequamur.

Ampelisca

Sequor quo lubet.

Palaestra

Sicine hic cum uuida ueste grassabimur?

---

243 ut uiuere 244 Quam 246 leuias *C* 247 mest 250 hie *C* uiuoaueste

Ampelisca

Hoc quod est, id necessarium est perpeti.
Sed quid hoc obsecro es*t*?

Palaestra

Quid?

Ampelisca

Uiden fanum amabo hoc?

Palaestra

Ubi est?

Ampeiisca

Ad dexteram.

Palaestra

Uideo decorum dis locum uiderier.

Ampelisea

Haud longe abesse oportet homines hinc; ita hic lepidust locus.
Nunc quisquis est deus, ueneror ut nos ex hac aerumna eximat,
Miseras, inopes, aerumnosas ut aliquo auxilio adiuuet.

SACERDOS. PALAESTRA. AMPELISCA.

Sacerdos

Qui sunt, qui a patrona preces mea expetessunt?
Nam uox me precantum huc foras excitauit.
Bonam atque obsequentem deam atque haud grauatam
Patronam exsequontur benignamque multum.

Palaestra

Iubemus te saluere, mater.

---

252 obsecro es *B*, obsecra es *C* uiden amabo Fanum uidesne hoc? 255 *ante* est *lacuna* 256 inopis adiuuat *C* 258 pcantum me *C*

Sacerdos

Saluete,
Puellae. Sed unde uos,
Ire *sic* cum uuida ueste dicam, obsecro,
Tam maestiter uestitas?

Palaestra

Ilico hinc imus haud longule ex hoc loco;
Uerum longe hinc abest, unde aduectae huc sumus.

Sacerdos

Nempe equo ligneo per uias caerulas
Estis uectae?

Palaestra

Admodum.

Sacerdos

Ergo aequius uos erat
Candidatas uenire hostiatasque; ad hoc
Fanum ad istunc modum non ueniri solet.

Palaestra

Quaene eiectae e mari simus ambae, obsecro,
Unde nos hostias agere uoluisti huc?
Nunc tibi amplectimur genua egentes opum,
Quae in locis nesciis nescia spe sumus,
Ut tuo recipias tecto seruesque uos,
Miseriarumque te ambarum uti misereat,
Quibus nec locus*t* ullus nec spes parata,
Neque hoc amplius, quam quod uides, nobis qui*c*qua*m*st.

Sacerdos

Manus mihi date, exsurgite a genibus ambae;

---

263 sic *om.* 264 aestiter *C* 265 aut longula 266 abes bunde uectæ sumus *C* 267 et quod *B*, Et quo *C*, ceruleas *C* 268 At modum equius suos *B* orat *C* 271 Quæ neæ *B*, quæ nec *C* 273 tibi iam plectimur 276 Miseriarum quæ 277 locus parata est 278 quot uidens quiquast 279 datæ *C*

Misericordior nulla me est feminarum.
Sed haec pauperes res sunt inopesque, puellae.
Egomet uix uitam colo; Ueneri cibo meo seruio.

Ampelisca

Ueneris fanum, obsecro, hoc est?

Sacerdos

Fateor.
Ego huius fani sacerdos clueo.
Uerum quidquid est, comiter fiet a me,
Quo nunc copia ualebit.
Ite hac mecum.

Palaestra

Amice benigneque honorem,
Mater, nostrum habes.

Sacerdos

Oportet.

PISCATORES.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri uiuont,
Praesertim quibus nec quaestus est nec artem didicere ullam.
Necessitate, quidquid est, domi id sat est habendum.
Nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis.
Hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et cultu.
Cotidie ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum.

281 res *om.* *C* 282 ueniri seruiuo 285 comitem *C* 286 non *C* 290 didicere artem 291 it 293 Hic cenā i *B*, His cenam *C* hearundines *B* 294 *ante* ex *lacuna*

Pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus:
Echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas,
Marinam urticam, musculos, plagusias striatas;
Post id piscatum hamatilem et saxatilem adgredimur.
Cibum captamus e mari; si euentus non euenit
Neque quicquam captum est piscium, salsi lautique pure
Domum redimus clanculum, dorminus incenati.
Atque ut nunc ualide fluctuat mare, nulla nobis spes est.
Nisi quid concharum capsimus, cenati sumus profecto.
Nunc Uenerem hanc ueneremur bonam, ut nos lepide ad-
iuuerit hodie.

TRACHALIO. PISCATORES.

Trachalio

Animum aduorsaui sedulo, ne erum usquam praeterirem;
Nam quom modo exibat foras, ad portum se aibat ire;
Me huc obuiam iussit sibi uenire ad Ueneris fanum.
Sed quos perconter commode eccos uideo astare; adibo.
Saluete fures maritumi, conchitae atque hamiotae,
Famelica hominum natio. Quid agitis? ut peritis?

Piscatores

Ut piscatorem aequom est, fame sitique.

Trachalio

Ecquem adulescentem,
Dum hic astatis, strenua facie, rubicundum, fortem,
Uidistis, qui tres duceret chlamydatos cum machaeris?

---

295 palestricum 296 hostrias *B*, Ostrias *C* balano 298 hamattilem *C* acgreditur *B*, Adgreditur *C* 299 uenit 302 ut *om. B* 303 conclarum *C* incenati 405 Animo *B* pterimus *B* 306 alebat 308 ecconsi *B*, eccons *C* adito 311 famae *C* sitique speque 312 huc dum hic 313 qui tres duceret clamidatos cum macheriis uidisti seni

Piscatores

Nullum istac facie, ut praedicas, uenisse huc scimus.

Trachalio

Ecquem
Recaluom ac silonem senem, statutum, uentriosum,
Tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,
Deorum odium atque hominum, malum, mali uiti probrique plenum,
Qui duceret mulierculas duas secum satis uenustas?

Piscatores

Cum istius modi uirtutibus operisque natus qui sit,
Eum quidem ad carnuficem est aequius quam ad Uenerem conmeare.

Trachalio

At si uidistis, dicite.

Piscatores

Huc profecto nullus uenit.
Uale.

Trachalio

Ualete. Credidi. Factum est quo*d* suspicabar:
Data uerba ero sunt; leno abit scelestus exsulatum.
In nauem ascendit, mulieres auexit; ariolus sum.
Is huc erum etiam ad prandium uocauit, sceleris semen.
Nunc quid mihi meliust, quam ilico hic opperiar erum dum ueniat?
Eadem, haec sacerdos Ueneria si quid *forte* amplius scit,
Si uidero, exquisiuero; faciet me certiorem.

---

315 at silanum 317 uitii 319 siet 320 at cōeare *B* 322 quo 324 hariolus 326 Nunquid *C* melius *B* operiar *B* 327 hanc forte *om.*

AMPELISCA. TRACHALIO.

Ampelisca

Intellego; hanc, quae proxuma est uilla Ueneris fano,
Pulsare iussisti atqu*e* aquam rogare.

Trachalio

Quoi*a* ad auris
Uox mihi aduolauit?

Ampelisca

Obsecro, quis hic loquitur? quem ego uideo?

Trachalio

Estne Ampelisca haec, quae foras e fano egreditur?

Ampelisca

Estne hic
Trachalio, quem conspicor, calator Plesidippi?

Trachalio

East.

Ampelisca

Is est. Trachalio, salue.

Trachalio

Salue, Ampelisca.
Quid agis tu?

Ampelisca

Aetatem haud malam male.

Trachalio

Melius ominare.

Ampelisca

Uerum omnis sapientis decet conferre et fabulari.
Sed Plesidippus tuus erus ubi amabo est?

---

329 uillam 330 at quaquam cui 332 haec *om. C* 335 mala male *B* 337 plemdippus *B*, plenidippus *C*

Trachalio

Heia uero,

Quasi non sit intus.

Ampelisca

Neque pol est neque huc quidem ullus uenit.

Trachalio

Non uenit?

Ampelisca

Uera praedicas.

Trachalio

Non est meum, Ampelisca.

Sed quam mox coctum est prandium?

Ampelisca

Quod prandium, obsecro te?

Trachalio

Nempe rem diuinam facitis hic.

Ampelisca

Quid somnias, amabo?

Trachalio

Certe huc Labrax ad prandium uocauit Plesidippum,
Erum meum erus uoster.

Ampelisca

Pol haud miranda facta dicis;

Si deos decepit et homines, lenonum more fecit.

Trachalio

Non rem diuinam facitis hic uos neque erus?

Ampelisca

Ariolare.

337 helauero 340 quot *B* 341 hic hic *B* 342 plesidippum uocauit ad prandium

Trachalio

Quid tu agis igitur?

Ampelisca

Ex malis multis metuque summo
Capitalique ex peri*cu*lo orbas auxilique opumque huc
Recepit ad se Ueneria haec sacerdos me et Palaestram.

Trachalio

An hic Palaestrast, obsecro, eri mei amica?

Ampelisca

Certo.

Trachalio

Inest lepos in nuntio tuo magnus, mea Ampelisca.
Sed istuc periclum perlubet quod fuerit uobis scire.

Ampelisca

Confractast, mi Trachalio, hac nocte nauis nobis.

Trachalio

Quid, nauis? quae istaec fabulast?

Ampelisca

Non audiuisti, amabo,
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre uoluit
In Siciliam et quidquid domi fuit in nauem inpos*i*uit?
Ea nunc perierunt omnia.

Trachalio

O Neptune lepide, salue,
Nec te aleator ullus est sapientior. Profecto
Nimis lepide iecisti bolum; periurum perdidisti.
Sed nunc ubi est leno Labrax?

---

346 agis hic igitur *C* 347 periclo auxiliique 348 Recipit 349 palestra sit *B* ameica *B* 353 quit nauisq; *B* 355 quitquit *B* inposuit 356 Ioh *B*, ob *C* 357 nullus 358 Iecisti *B* peiurum *C*

Ampelisca

Per*i*it potando, opinor.
Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.

Trachalio

Credo hercle, anancaeo datum quod biberet. Ut ego amo te,
Mea Ampelisca; ut dulcis es, ut mulsa dicta dicis!
Sed tu et Palaestra quo modo saluae estis?

Ampelisca

Scibis faxo.
De naui timidae ambae in scapham insiluimus, quia uidemus
Ad saxa nauem ferrier. Properans exsolui restem,
Dum illi timent. Nos cum scapha tempestas dextrouorsum
Differt ab illis, itaque nos uentisque fluctibusque
Iactatae exemplis plurumis miserae perpetuam noctem.
Uix hodie ad litus pertulit nos uentus exanimatas.

Trachalio

Noui, Neptunus ita solet. Quamuis fastidiosus
Aedilis est; si quae inprobae sunt merces, iactat omnis.

Ampelisca

Uae capiti atque aetati tuae.

Trachalio

Diu, mea Ampelisca,
Sciui lenonem facere, nunc quod fecit; saepe dixi.
Capillum promittam optumum est occipiamque ariolari.

Ampelisca

Cauistis ergo tu atque erus ne abiret, quom scibatis.

Trachalio

Quid faceret?

---

359 perit 360 Neptuneus *B* cum *C* 361 herche *B* Anan eo *C* 362 multa *C* 363 Se tu *C*, scita *B* salue *C* 364 Nauis 365 exsoluisti restim *C* 368 iactate *C* 369 nos *om.* *B* 370 quauist a fastidiosus *B* 372 # tuo mea 373 facere hoc quod

Ampelisca

Si amabat, rogas quid faceret? Adseruaret
Dies noctesque; in custodia esset semper; uerum ecastor
Ut multi fecit; ita probe curauit Plesidippus.

Trachalio

Cur tu istuc dicis?

Ampelisca

Res palam est.

Trachalio

Scin tu? etiam qui it lauatum
In balineas, quom ibi sedulo sua uestimenta seruat,
Tamen subripiuntur; quippe qui quem illorum obseruat falsust;
Fur facile quem obseruat uidet; custos qui fur sit nescit.
Sed duce me ad illam, ubi est.

Ampelisca

I sane in Ueneris fanum huc intro;
Sedentem flentemque opprimes.

Trachalio

Ut iam istuc mihi molestumst.
Sed quid flet?

Ampelisca

Ego dicam tibi: hoc sese excruciat animi,
Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat ubique habebat
Qui suos parentis noscere po*te*sset; eam ueretur
Ne perierit.

Trachalio

Ubinam ea fuit cistellula?

Ampelisca

Ibidem in naui.

---

376 at seruaret *B*, Aut seruaret *C* 381 obseruet *C* falsus est 384 molestust 385 quit *B* 387 Qui uos *C* posset

Conclusit ipse in uidulum, ne copia esset eius,
Qui suos parentis nosceret.

Trachalio

O facinus inpudicum,
Quam liberam esse oporteat, seruire postulare.

Ampelisca

Nunc eum cum naui scilicet abisse pessum in altum.
Et aurum et argentum fuit lenonis omne ibidem.

Trachalio

Credo aliquem inmersisse atque eum excepisse.

Ampelisca

Id misera maestast,
Sibi eorum euenisse inopiam.

Trachalio

Iam istoc magis usus factost,
Ut eam intro consolerque eam, ne sic se excruciet animi;
Nam multa praeter spem scio multis bona euenisse.

Ampelisca

At ego etiam, qui sperauerint, spem decepisse multos.

Trachalio

Ergo animus aequos optumum est aerumnae condimentum.
Ego eo intro, nisi quid uis.

Ampelisca

Eas. Ego quod mihi imperauit
Sacerdos, id faciam atque aquam hinc de proxumo rogabo.
Nam extemplo, si uerbis suis peterem, daturos dixit.
Neque digniorem censeo uidisse anum me quemquam,
Quoi deos atque homines censeam bene facere magis decere.
Ut lepide, ut liberaliter, ut honeste atque haud grauate

389 ne opia *B* 392 eam abiisse *C* 393 omne *om. C* 394 it 395 uenisse *C* 396 Ne cam se sic 397 bonæ uenisse *B* 401 it *B* 402 sine uerbis 403 dignior ē *B* 405 honestae *C* grauatœ *B*

Timidas, egentis, uuidas, eiectas, exanimatas
Accepit ad sese, haud secus quam si ex se simus natae.
Ut eapse succincta aquam calefactat, ut lauemus.
Nunc, ne morae illi sim, petam hinc aquam, unde mihi imperauit. 409
Heus, ecqui in uillast? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?

SCEPARNIO. AMPELISCA.

Sceparnio

Quis est, qui nostris tam proterue foribus facit iniuriam?

Ampelisca

Ego sum.

Sceparnio

Hem, quid hoc boni est? Eu edepol specie lepida mulier*em*.

Ampelisca

Salue, adulescens.

Sceparnio

Et tu multum salueto, adulescentula.

Ampelisca

Ad uos uenio.

Sceparnio

Accipiam hospitio, si mox uenies. *Uesperi*
Ite*ru*m huc adfecta uiam; nunc nihil est qui te munerem. 415
Sed quid ais, mea lepida hilara?

Ampelisca

Ah, nimium familiariter
Me attrectas.

---

406 egente is 407 Accipit at *B* 408 ea spc succincta 409 mora *B* 410 Heus ecquis in 412 mulier 414 uenis *B*, uenus *cum lacuna C* 415 Item ut adfectam nam nunc nihil est qui te manem; *post quœ lacunam indicat C* 416 ahanimū 417 adtractas *C*

Sceparnio

Pro di inmortales, Ueneris effigia haec quidem est.
Ut in ocellis hilaritudo est! heia, corpus quoius modi!
Subuolturium, illud quidem 'subaquilum' uolui dicere.
Uel papillae quoius modi! tum quae indoles in sauio est!

Ampelisca

Non ego sum pollucta pago; potin ut me abstineas manum?

Sceparnio

Non licet te sic placid*ul*e bellam belle tangere?

Ampelisca

Otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo.
Nunc, quam ob rem huc sum missa, amabo uel tu mihi aias uel neges.

Sceparnio

Quid nunc uis?

Ampelisca

Sapienti ornatus quid uelim indicium facit.

Sceparnio

Meus quoque hic sapienti ornatus quid uelim indicium facit.

Ampelisca

Haec sacerdos Ueneris hinc me a uobis iussit petere aquam.

Sceparnio

At ego basilicus sum, quem nisi oras, guttam non feres.
Nostro illum puteum periclo et ferramentis fodimus.
Nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest.

Ampelisca

Cur tu aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat?

Sceparnio

Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat?

---

417 dii 420 insalost *B* 422 placide 423 delitiae *C* 424 alas 425 inditium *C* 427 Hic *C* petere aquam iussit a uobis 428 bassilicus *B*, Basiliscus *C* 429 Nos pro periculo 432 commdat *B*

Ampelisca

Immo etiam tibi, mea uoluptas, quae uoles faciam omnia.

Sceparnio

Eugepae, saluos sum; haec iam me suam uoluptatem uocat.
Dabitur tibi aqua, ne nequiquam me ames. Cedo mihi urnam.

Ampelisca

Cape;
Propera amabo ecferre.

Sceparnio

Manta; iam hic ero, uoluptas mea.

Ampelisca

Quid sacerdoti me dicam hic demoratam tam diu?
Ut etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare.
Sed quid ego misera uideo procul in litore?
Meum erum lenonem Siciliensemque hospitem,
Quos periisse ambos misera censebam in mari.
Iam illud mali plus nobis uiuit quam ratae.
Sed quid ego cesso fugere in fanum ac dicere haec
Palaestrae, in aram ut*i* confugiamus prius
Quam huc scelestus leno ueniat nosque hic opprimat?
Confugiam huc; ita res suppetit subit*aria.*

SCEPARNIO

Pro di inmortales, in aqua numquam credidi
Uoluptatem inesse tantam; ut hanc traxi lubens.
Nimio minus altus puteus uisust quam prius.
Ut sine labore hanc extraxi, praefiscine.

---

435 meam scedo *B* 437 meo *C* 438 occulis *C* 439 procul uideo *B* 440 sicillensemq *B* 442 plus mali 444 Palestra *B* ut cum fugiamus *C* 446 huic res ita *C* subit *Sequuntur in B 455—6* 447 dii 449 uisus est *B* 450 præficiscine *B*

Satine nequam sum, utpote qui hodie inceperim
Amare? Em tibi aquam, mea tu bella. Em, sic uolo
Te ferre honeste, ut ego fero, ut placeas mihi.
Sed ubi tu es, delicata? cape aquam hanc sis. Ubi es?
Amat hercle me, ut ego opinor; delituit mala.
Ubi tu es? Etiamne hanc urnam acceptura es? ubi es?
Commodule ludis. Tandem uero serio,
Etiam acceptura es urnam hanc? Ubi tu es gentium?
Nusquam hercle equidem illam uideo; ludos me facit.
Adponam hercle urnam iam ego hanc in media uia.
Sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram urnam Ueneris? mihi exhibeat negotium.
Metuo hercle ne illa mulier mihi insidias locet,
Ut conprehendar cum sacra urna Ueneria.
Nempe optumo *me* iure in uinclis enicet
Magistratus, si quis me hanc habere uiderit;
Nam haec litteratast; eapse cantat quoia sit.
Iam hercle euocabo hinc hanc sacerdotem foras,
Ut hanc accipiat urnam. Accedam huc ad fores.
Heus exi, Ptolemocratia, cape hanc urnam tibi:
Muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit;
Intro ferundast. Repperi negotium,
Si quidem his mihi ultro adgerunda etiam est aqua.

---

451 Satis nequam ut pro te 452 amare *antecedenti versu* hem *C* belliata hem *C* 454 si ubi es *C* 455—56 *post 446 ponit B* 456 est *C* an curnam *C* acceptura' ubi *B* 457 Commodule melius uerio *C* 459 sq. Nusquam hercle urnam *omissis mediis C* fecit *B* 465 obtimo *C* me *om.* 466 magistra iussi *C* 467 litterat est *B*, litteratas *C* ab se *C* 470 Eussi ptolemo gratia *B*, ptolemeo gratia *C* 472 In proferundast

LABRAX. CHARMIDES.

Labrax

Qui homo sese *esse* miserum et mendicum uolet,
Neptuno credat sese atque aetatem suam;
Nam si quis cum eo quid rei conmiscuit,
Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.
Edepol Libertas lepida es, quae numquam pedem
Uoluisti in nauem cum Hercule una inponere.
Sed ubi ille meus est hospes, qui me perdidit?
Atque eccum incedit.

Charmides

Quo malum properas, Labrax?
Nam equidem te nequeo consequi tam strenue.

Labrax

Utinam, te prius quam oculis uidissem meis,
Malo cruciatu in Sicilia perbiteres,
Quem propter hoc mihi optigit misero mali.

Charmides

Utinam, quom in aedis me ad te adduxisti *tuas*,
In carcere illo potius cubuissem die;
Deosque inmortalis quaeso, dum uiuas, uti
Omnis tui similis hospites habeas tibi.

Labrax

Malam Fortunam in aedis te adduxi meas.
Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?
Quidue hinc abit*io*? quidue in nauem inscensio,
Ubi perdidi etiam plus boni quam mihi fuit?

---

474 esse *om* mirum *C* 479 hercle 485 optigi *C* 488 tuas *om.*, *C lacunam indicat* 487 incarcare *C* 489 lui similes 491 erit *C* 492 abito

Charmides

Pol minume miror, nauis si fractast *t*ibi,
Scelus te et sceleste parta quae uexit bona.

Labrax

Pessum dedisti me blandimentis tuis.

Charmides

Scelestiorem cenam cenaui tuam
Quam quae Thyestae est anteposita et Tereo.

Labrax

Peri*i*, animo male fit; contine quaeso caput.

Charmides

Pulmoneum edepol nimis uelim uomitum uomas.

Labrax

Eheu, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc?

Charmides

Piscibus in alto credo praebent pabulum.

Labrax

Mendicitatem mihi optulisti opera tua,
Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.

Charmides

Bonam est quod habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex insulso salsum feci opera mea.

Labrax

Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem?

Charmides

Eas, easque res agebam commodum.

Labrax

Eheu, quis uiuit me mortalis miserior?

Charmides

Ego multo tanto miserior quam tu, Labrax.

---

494 ibi 498 quondam anteposita est 499 Peri 501 amplisca *C* 502 papulum *B* 508 Das *BC* 510 tanta

Labrax

Qui?

Charmides

Quia ego indignus sum, tu dignus qui sies.

Labrax

O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Charmides

Equidem me ad uelitationem exerceo;
Nam omnia corusca prae tremore fabulor.

Labrax

Edepol, Neptune, es balneator frigidus;
Cum uestimentis, postquam abs te abi*i*, algeo.
Ne thermopolium quidem ullum instruit;
Ita salsam praehibet potionem et frigidam.

Charmides

Ut fortunati sunt fabri ferrarii,
Qui apud carbones adsident; semper calent.

Labrax

Utinam fortuna nunc anetina uterer,
Ut, quom exi*ui*ssem ex aqua, arerem tamen.

Charmides

Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem?

Labrax

Quapropter?

Charmides

Quia pol clare crepito dentibus.
Iure optumo me *e*lauisse arbitror.

Labrax

Qui?

---

513 gloria amaritudinis *C* 514 at *B* 517 Quom *A* a *B* abi 523 exissem 526 lauisse

Charmides

Quia auderem tecum in nauem ascendere,
Qui a fundamento mihi usque mouisti mare.

Labrax

Tibi auscultaui; tu promittebas mihi
Illi esse quaestum maxumum meretricibus.
Ibi me conruere posse aiebas diuitias.

Charmides

Iam postulabas te, inpurata belua,
Totam Siciliam deuoraturum insulam.

Labrax

Quaenam balaena meum uorauit uidulum,
Aurum atque argentum ubi omne conpactum fuit?

Charmides

Eadem illa credo quae meum marsuppium,
Quod plenum argenti fuit in sacciperio.

Labrax

Eheu, redactus sum usque ad unam hanc tuniculam
Et ad hoc misellum pallium; perii oppido.

Charmides

Uel consociare mihi quidem tecum licet;
Aequas habemus partes.

Labrax

Saltem si mihi
Mulierculae essent saluae, spes aliquae forent.
Nunc si me adulescens Plesidippus uiderit,
Quo ab arrabonem pro Palaestra acceperam,
Iam *is* exhibebit hic mihi negotium.

---

529 aut auscultaui *C* 530 Illic *BC* 531 alebas 532 bellula *C* 533 deuoraturam *A* 534 ballena *B*, bellana *C* 535 omnem *C* 536 marsippium *B* 538 hanc unam *C* 539 Palpum *C* 540 consciare 544 A quo *C* 545 Iam sexhibebit *B*, iam se exhibebit *C*

Charmides

Quid, stulte, ploras? Tibi quidem edepol copiast,
Dum lingua uiuet, qui rem soluas omnibus.

SCEPARNIO. LABRAX. CHARMIDES.

Sceparnio

Quid illuc obsecro negoti, quod duae mulierculae
Hic in fano Ueneris signum flentes amplexae tenent.
Nescio quem metuentes miserae? Nocte hac tota proxuma
Se iactatas atque *e*iectas hodie esse aiunt e mari.

Labrax

Obsecro hercle, adulescens, ubi istaec sunt quas memoras mulieres?

Sceparnio

Hic in fano Ueneris.

Labrax

Quot sunt?

Sceparnio

Totidem quot ego et tu sumus.

Labrax

Nempe meae.

Sceparnio

Nempe nescio istuc.

Labrax

Qua sunt facie?

Sceparnio

Scitula.
Uel ego amare utramuis possim, si probe adpotus siem.

---

548 est illuc *C*, illuc est *B* 549 amplexe *C* 550 misere *C* hac n̄c proxima *B*, hac non proxima *C* 551 iectas 555 probeat potuissim *C*

Labrax

Nempe puellae?

Sceparnio

Nempe molestus es. Uise *intro*, si lubet.

Labrax

Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.

Charmides

Iuppiter te perdat, et si sunt et si non sunt tamen.

Labrax

Intro rumpam iam huc in Ueneris fanum.

Charmides

In barathrum mauelim.
Obsecro, hospes, da mihi aliquid ubi condormiscam loci.

Sceparnio

Istic ubi uis condormisce; nemo prohibet, publicum est.

Charmides

At uides me, ornatus ut sim uestimentis uuidis.
Recipe me in tectum, da mihi uestimenti aliquid aridi,
Dum mea arescunt; in aliquo tibi gratiam referam *loco*.

Sceparnio

Tegillum eccillud mihi unicum aret; id si uis, dabo.
Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.
Tu istaec mihi dato; exarescent faxo.

Charmides

Eho, an te paenitet,
In mari quod elaui, ni hic in terra iterum eluam?

---

556 pulle *B* est intro *om.* 557 esse intus esse *B* me 560 loci ubi condormiscam *C* 563 uesti aliquid *BC*, aliquid uestiment *A* 564 arescunt mea loco *om.* 565 Tigillum *BC* eccillum *A*, ec illud *B*, eo illud *C* unum *BC* aretit si *BC*, arescit si *A* 566 pluuit 568 ne iterum *om. C* me luam *B*

Sceparnio

Eluas tu an exungare, ciccum non interdu*i*m.
Tibi ego numquam credam quicquam nisi si accepto pignore.
Tu uel suda uel peri algu uel tu aegrota uel uale.
Barbarum hospitem mihi in aedis nihil moror; sat litium est.

Charmides

Iamne abis? Uenalis illic ductitauit, quisquis est;
Non est misericors. Sed quid ego hic asto infelix uuidus?
Quin abeo hinc in Ueneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam,
Quam potaui praeter animi quam lubuit sententiae?
Quasi uinis Graecis Neptunus nobis suffudit mare,
Itaque aluom prodi sperauit nobis salsis poculis.
Quid opust uerbis? Si inuitare nos paulisper pergeret,
Ibidem obdormissemus; nunc uix uiuos amisit domum.
Nunc lenonem quid agit intus uisam, conuiuam meum.

DAEMONES.

Miris modis di ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis *s*omnia in somnis danunt;
Ne dormientis quidem sinunt quiescere.
Uelut ego hac nocte quae praecessit proxuma
Mirum atque inscitum somniaui somnium.
Ad hirundininum nidum uisa est simia
Adscensionem ut faceret admolirier,
Neque eas eripere quibat inde. Postibi
Uidetur ad me simia adgredirier,

569 tua ne *C* interdum 570 accoepto *C* 572 aedeis 576 sententiam 578 Falsis *C* 579 nobis *C* 580 ne me uix *B* 582 *Ante* modis *lacuna* 583 Virisq. *B* omnia *B*, Nam omnia *C* 585 processit 587 At 590 Videbatur

Rogare scalas ut darem utendas sibi.
Ego ad hoc exemplum simiae respondeo,
Natas ex Philomela atque ex Progne esse hirundines.
Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.
Atque illa nimio iam fieri ferocior;
Uidetur ultro mihi malum minitarier.
In ius uocat me. Ibi ego nescio quo modo
Iratus uideor mediam arripere simiam;
Concludo in uincla bestiam nequissumam.
Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,
Numquam hodie quiui ad coniecturam euadere.
Sed quid hic in Ueneris fano meae uiciniae
Clamoris oritur? animus miratur meus.

TRACHALIO. DAEMONES.

Trachalio

Pro Cyrenenses populares, uostram ego inploro fidem,
Agricolae, adcolae propinqui qui estis his regionibus,
Ferte opem inopiae atque exemplum pessumum pessum date.
Uindicate, ne inpiorum potior sit pollentia
Quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobilis.
Statuite exemplum inpudenti, date pudori praemium;
Facite hic lege potius liceat quam ui uicto uiuere;
Currite huc in Ueneris fanum, uostram iterum inploro fidem,
Qui prope hic adestis quique auditis clamorem meum.
Ferte suppetias qui Ueneri Ueneriaeque antistitae
More antiquo in custodelam suum conmiserunt caput.
Praetorquete iniuriae prius collum quam ad uos peruenat.

Daemones

Quid istuc est negoti?

---

594 nequit *B* 595 animo 600 Nunquam 601 at colecturam *B* 602 fanom *B*, fano *C*; *cetera desunt.* 603 mirat; *cetera desunt.* 614 custodiam 615 perueniat

Trachalio

Per ego haec genua te optestor, senex,
Quisquis es,

Daemones

Quin tu ergo omitte genua et quid sit mihi expedi,
*Quod tu*multues.

Trachalio

Teque oro et quaeso, si speras tibi
Hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium
Eamque euenturam exagogam Capuam saluam et sospitem,
Atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi,

Daemones

Sanun es?

Trachalio

Seu tibi confidis fore multam magydarim,
Ut te ne pigeat dare operam mihi quod te orabo, senex.

Daemones

At ego te per crura et talos tergumque optestor tuum,
Ut tibi *si* ulmeam uberem esse speres uirgidemiam
Et tibi euenturam hoc anno uberem messem mali,
Ut mihi istuc dicas negoti quid sit, quod tumultues.

Trachalio

Qui lubet maledicere? equidem tibi bona optaui omnia.

Daemones

Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eueniant precor.

Trachalio

Obsecro, hoc *p*raeuortere.

Daemones

Ergo quid negoti est?

---

617 expeti *B* 618 *post lacunam* multues *B*, tues *C* 619 *ante* hoc *spatium* lasserpicium *B* 622 magidarim *B*, magudarim *C* 623 quot *B* 625 si *om.* uimeam ubi rem *B* 628 exoptaui 630 hoc reuortere ergo

Trachalio

Mulieres
Duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxili,
Quibus aduorsum ius legesque insignite iniuria hic
Facta est fitque in Ueneris fano; tum sacerdos Ueneria
Indigne adflictatur.

Daemones

Quis homo est tanta confidentia,
Qui sacerdotem audeat uiolare? Sed eae mulieres
Quae sunt? aut quid is iniqui fit?

Trachalio

Si das operam, eloquar.
Ueneris signum sunt amplexae; nunc *homo audacissimus*
Eas deripere uolt; eas ambas esse oportet *liberas.*

Daemones

Quis istic est, qui deos tam parui pendit? *paucis expedi.*

Trachalio

Fraudis, sceleris, parricidi, periuri plenis*sumus*,
Legirupa, inpudens, inpurus, inuerecundissumus;
Uno uerbo absoluam, lenost; quid illum porro praedicem?

Daemones

Edepol infortunio hominem praedicas donabilem.

Trachalio

Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit.

Daemones

At malo cum magno suo hercle fecit. Ite istinc foras,
Turbalio, Sparax; ubi estis?

Trachalio

I obsecro intro, subueni
Illis.

---

631 insignitæ 635 uiolare audeat 638—40 *extrema uersuum exciderunt* 640 plenis *C*, plenus *B* 645 fecit hercle

Daemones

Iterum aut*em* imperabo? Sequimini hac.

Trachalio

Age nunc iam,
Iube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui.

Daemones

Proripite hominem pedibus huc itidem quasi occisam suem.

Trachalio

Audio tumultum; opinor, leno pugnis pectitur.
Nimis uelim inprobissumo homini malas edentauerint.
Sed eccas ipsae huc egrediuntur timidae e fano mulieres.

PALAESTRA. AMPELISCA. TRACHALIO.

Palaestra

Nunc id est, quom omnium copiarum atque opum,
Auxili, praesidi uiduitas nos tenet.
Nec locus nec uiast quae salutem adferat,
*Neque adeo quam in p*artem ingredi persequamur
Liquet nobis; tanto in metu nunc sumus ambae;
Tanta inportunitas tantaque iniuria
Facta in nos est modo hic intus ab nostro ero,
Qui scelestus sacerdotem anum praecipes
Reppulit, propulit perquam indignis modis
Nosque ab signo intumo ui deripuit sua.
Nunc sese ut ferunt res fortunaeque nostrae,

---

647 aut *C*, haud *B* 648 Iube n̄c oculos *B* sepius *C* 649 Porrigite *B* occisa *C* 650 plectitur *C* 651 improuissimo 652 ecce *B* huc *om. C* efandæ *B*, aefandæ *C* 655—660 *initia versuum lacuna hausit* 660 scelestu *B* 662 uideri potuit *C* 663 Sed nunc

Par moriri est neque est melius morte in malis
Rebus miseris.

Trachalio

Quid est? quae illaec oratio est?
Cesso ego has consolari? Heus, Palaestra.

Palaestra

Qui uocat?

Trachalio

Ampelisca.

Ampelisca

Obsecro, quis est qui uocat?

Palaestra

Quis is est qui nominat?

Trachalio

Si respexis, scies.

Palaestra

O salutis meae spes.

Trachalio

Tace ac bono animo es;
Me uide.

Palaestra

Si modo id liceat, uis ne opprimat,
Quae uis uim mihi adferam ipsa adigit.

Trachalio

Ah desine; nimis inepta es.

Palaestra

Desiste dictis nunc iam miseram me consolari.

Ampelisca

Nisi quid re praesidi adparas, Trachalio, acta haec res est.

664 Pars est moriri 665 meiseriis *B*, meis seriis *C* 666 consulari 668 respexes 672 dictus consulari 673 præsidium

Palaestra

Certumst moriri quam hunc pati *grassari* lenonem in me.
Sed muliebri animo sum tamen; miserae *quom uenit* in mentem
Mihi mortis, metus membra occupat.

Trachalio

Edepol *quamquam* hoc acerbum,
Bonum animum habete.

Palaestra

Nam obsecro unde *bonus ani*mus mihi inuenitur?

Trachalio

Ne, inquam, timete; adsidite hic in ara.

Ampelisca

Quid ista*ec* ara
Prodesse nobis *plus* potest quam signum in fano hic intus
Ueneris, quod amplexae modo, unde abreptae per uim miserae?

Trachalio

Sedete hic modo; ego hinc uos tamen tutabor. Aram habete hanc
Uobis pro castris; moenia *haec*; hinc ego uos defensabo.
Praesidio Ueneris malitiae lenonis contra incedam.

Palaestra

Tibi auscultamus et, Uenus alma, ambae te obsecramus
Aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus nixae,
In custodelam nos tuam ut recipias et tutere;
Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parui,
*Ut ulcisc*are nosque ut hanc tua pace aram obsidere

---

674 Certunst *B* moreirei *B*, morire *C* grassari *lacuna* 675 quom uenit *lacuna* 676 quamquam *lacuna* 677 bonus ani *lacuna* 678 adsidete *B*, ne adsidete *C* ista 679 plus *om.* 680 arreptæ *B* 682 haec *om.* 686 custodiam 688—90 *principia versuum lacuna hausit* 688 obsedere *C*

*Sinas, quae el*autae ambae sumus opera Neptuni noctu;
Ne inuisas habeas neue idcirco nobis uitio uortas,
Si quidpiamst minus quod bene esse lautum *tu* arbitrare.

Trachalio

Ego aequom has petere intellego; decet abs te id impetrari;
Ignoscere his te conuenit; metus has id ut faciant subigit.
Te ex concha natam esse autumant; caue tu harum conchas spernas.
Sed optume eccum exit senex, patronus mihique et uobis.

DAEMONES. LABRAX. LORARII. TRACHALIO. PALAESTRA ET AMPELISCA.

Daemones

Exi e fano, natum quantum est hominum sacrilegissume.
Uos in aram abite sessum. Sed ubi sunt?

Trachalio

Huc respice.

Daemones

Optume; istuc uolueramus.

Lorarius

Iube modo accedat prope.

Daemones

Tun legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?
Pugnum in os inpige.

Labrax

Iniqua haec patior cum pretio tuo.

Daemones

At etiam minitatur audax?

689 aut hæ *B* neptunei 691 lautu arbitrare *B*, lautum arbitrare *C* 692 Ego *lacuna* 693 .. noscere *C* 699 Tune *B*, tunc *C* lege rupionem 700 inpunge *C*

Labrax

Ius meum ereptum est mihi;
Meas mihi ancillas inuito me eripis.

Trachalio

Ergo dato
De senatu Cyrenensi quemuis opulentum arbitrum,
Si tuas esse oportet niue eas esse oportet liberas,
Niue in carcerem conpingi te est aequom aetatemque ibi
Te usque habitare, donec totum carcerem contriueris.

Labrax

Non hodie isti rei auspicaui, ut cum furcifero fabuler.
Te ego appello.

Daemones

Cum istoc primum, qui te nouit, disputa.

Labrax

Tecum ago.

Trachalio

Atqui mecum agendum est. Suntne illae ancillae tuae?

Labrax

Sunt.

Trachalio

Age dum ergo, tange utramuis digitulo minumo modo;

Labrax

Quid, si attigero?

Trachalio

Extemplo hercle ego te follem pugilatorium
Faciam et pendentem incursabo pugnis, periurissume.

Labrax

Mihi non liceat meas ancillas Ueneris de ara abducere?

Daemones

Non licet; ita est lex apud nos.

---

702 ancillas mihi *C* Ergo dato *desunt* 703 arbitrum *deest* 704 eas oportet esse 705 Neu te in carcerem compingi *Post* ibi *lacunam indicat C* 710 agendum 711 pugillatorium 713 adducere 714 Non licet ita *lacuna*

Labrax

Mihi cum uostris legibus
Nihil est conmerci; equidem iam istas ambas educam foras.
Tu senex si istas amas, huc arido argentost opus.

Daemones

Si autem Ueneri conplacuerunt?

Labrax

Habeat, si argentum dabit.

Daemones

Det tibi argentum? Nunc adeo meam ut scias sententiam,
Occipito modo illis adferre uim ioculo pauxillulum;
Ita hinc ego ornatum te amittam, tu ipsus te ut non noueris.
Uos adeo, ubi ego innuero uobis, ni ei caput exoculassitis,
Quasi iuncis murteta item ego uos uirgis circumuinciam.

Labrax

Ui agis mecum.

Trachalio

Etiam uim opprobras, flagiti flagrantia?

Labrax

Tun trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trachalio

Fateor. ego trifurcifer sum, tu es homo adprime probus;
Num qui minus hasce esse oportet liberas?

Labrax

Quid, liberas?

---

715 Nihil est *lacuna* commercli *B*, commerdi *C* istas iam *B* 716 Amabas *C* 717 Hæ *BC* 718 Do *BC* ut scias meam *C* 719 atferre pausillulum 720 te ornatum te 721 inuero nobis sine ei 722 murteta iuncis circum uinclam 723 proportas 725 at prime *C* 726 Nunc qui *BC* has *A* oportet esse *BC*

Trachalio

Atque eras tuas quidem hercle atque ex germana Graecia;
Nam altera haec est nata Athenis inge*nuis paren*tibus.

Daemones

Quid ego ex te audio?

Trachalio

Hanc Athenis esse natam liberam.

Daemones

Mea popularis obsecro haec est?

Trachalio

Non tu Cyrenensis es?

Daemones

Immo Athenis natus altusque educatusque Atticis.

Trachalio

Obsecro, defendo ciuis tuas, senex.

Daemones

O filia,
Quom ego hanc uideo, mearum me absens miseriarum commones.
Trima quae periit mihi, iam tanta esset, si uiuit, scio.

Labrax

Argentum ego pro istisce ambabus, quoiae erant, domino dedi.
Quid mea refert, haec Athenis natae an Thebis sient,
Dum mihi recte seruitutem seruiant?

Trachalio

Itane, inpudens?
Tune hic felis uirginalis liberos parentibus
Sublectos habebis atque indigno quaestu conteres?

---

727 heras *B* 728 in e . . . . tibus *B*, sine . . . . . . tibus *C*
731 attigis 733 Mea cum me *om. C* 736 hæ thebæ *C*
738 fallis 739 Subiectos *B* questu

Nam*que* patria huic alterae quae sit, profecto nescio,
Nisi scio probiorem hanc esse quam te, inpuratissume.

Labrax

Tuae*ne* istae sunt?

Trachalio

Contende ergo tergo, uter sit ueri*or*.
Ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo
Quam ulla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissumus.
Poste aspicito *tu* meum, quando ego tuum inspectauero.
Ni erit tam sincerum, ut quiuis dicat ampullarius,
Optumum esse operi faciundo corium et sincerissumum,
Quid causaest quin uirgis te usque ad saturitatem sauciem?
Quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiam tibi.

Labrax

At quin, quia uotas, utramque iam mecum abducam simul.

Daemones

Quid facies?

Labrax

Uolcanum adducam; is Uenerist aduorsarius.

Trachalio

Quo illic it?

Labrax

Heus, ecquis hic est? heus.

Daemones

Si attigeris ostium,
Iam hercle tibi messis fiet in ore mergis pugneis.

Lorarii

Nullum habemus ignem; ficis uictitamus aridis.

---

740 Nam huic alterae patria quae 741 Nisi si scio *B* 742 Tuae Contende ergo uter sit tergo ueri 745 Postea tu *om.* 747 opere 750 semul *B* 751 ueneris est 752 hecquis *B* hostium *B* 753 in ore fiet pugnis 754 uictimamus *B*

Daemones

Ego dabo ignem, si quidem in capite tuo conflandi copiast.

Labrax

Ibo hercle aliquo quaeritatum ignem.

Daemones

Quid, quom inueneris?

Labrax

Ignem magnum hic faciam.

Daemones

Quine inhumanum exuras tibi?

Labrax

Immo hasce ambas hic in ara ut uiuas comburam; id uolo.

Daemones

Nam hercle ego te continuo arripiam barba et in ignem coniciam
Teque ambustulatum obiciam magnis auibus pabulum.
Quom coniecturam egomet mecum facio, haec illa est simia,
Quae hasce hirundines ex nido uolt eripere ingratiis,
Quod ego in somnis somniaui.

Trachalio

Scin quid tecum oro, senex?
Ut illas serues, uim defendas, dum ego erum adduco meum.

Daemones

Quaere erum atque adduce.

Trachalio

At hic ne . .

Daemones

Maxumo malo suo,
Si attigerit siue occeptassit.

---

757 quin uthumanum exurias *BC* 758 uias *C* comburem *B* 759 barba continuo arripiam *B*, barba *om.* *C* coiciam *C* 760 ambustilatum papulum *C* 762 has enudo *A* ingratieis *A* 764 seruas *C* herum *B*, ero *A* 765 herum *B*

Trachalio

Cura.

Daemones

Curatum est; abi.

Trachalio

Hunc quoque adserua ipsum, ne quo abitat; nam promisimus
Carnufici aut talentum magnum aut hunc hodie sistere.

Daemones

Abi modo; ego *eum non sinam hinc abire.*

Trachalio

*Iam re*uenero.

LABRAX. PALAESTRA. AMPELISCA. SENEX. LENO.

Daemones

Utrum tu leno cum malo lubentius
Quiescis an sic sine malo, si copia est?

Labrax

Ego quae tu loquere flocci non facio, senex.
Meas quidem te inuito et Uenere et summo Ioue
De ara capillo iam deripiam.

Daemones

Tange dum.

Labrax

Tangam hercle uero.

Daemones

Age dum ergo, accede huc modo.

767 at serua habitat *AB* promissimus *B* 769 *om. BC* *Titulum B atramento et minusculis scriptum habet, sed:* labri . palester . 775 uere *B*

Labrax

Iube dum recedere istos ambo illuc modo.

Daemones

Immo ad te accedent.

Labrax

Non hercle equidem censeo.

Daemones

Quid ages, si accedent propius?

Labrax

Ego recessero.
Uerum, senex, si te umquam in urbe offendero,
Numquam hercle quisquam me lenonem dixerit,
Si te non ludos pessumos dimisero.

Daemones

Facito istuc quod minitaris; sed nunc interim
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.

Labrax

Quam magnum uero?

Daemones

Quantum lenoni sat sat.

Labrax

Minacias ego flocci non faciam tuas;
Equidem has te inuito iam ambas rapiam.

Daemones

Tange dum.

Labrax

Tangam hercle uero.

Daemones

Tanges, at scin quo modo?

---

776 amabo *C* 777 egomet *BC* 778 propius accedent *C* 779 Uerum sit senex eum quam *C* defendero *C* 781 non te *C* dimiserio *B*, dimisserio *C* 792 minitares *C* 784 uero # quam magnum lenoni *B* 785 ego istas flocci *BC* 786 eas *BC* 787 tange sat

I dum Turbalio curriculo, adfer *huc domo*
Duas clauas.

Labrax

Clauas?

Daemones

Sed probas; propera cito.
Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.

Labrax

Eheu, scelestus galeam in naui perdidi;
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret.
Licet saltem istas mihi appellare?

Daemones

Non licet.
Ehem, optume edepol eccum clauator aduenit.

Labrax

Illud quidem edepol tinnimentum est auribus.

Daemones

Age, accipe illanc alteram clauam, Sparax.
Age, alter istinc, alter hinc adsistite.
Adsistite ambo sic. Audite nunc iam:
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Inuitas, ni istunc istis inuitassitis
Usque adeo, donec qua domum abeat nesciat,
Peristis ambo. Si appellabit quempiam,
Uos respondetote istinc istarum uicem.
Sin ipse abire hinc uolet, quantum potest,
Extemplo amplectitote crura fustibus.

Labrax

Etiam me abire hinc non sinent?

---

788 affert *C* huc domo *abest* 792 fortet 796 illinc 800 nei 801 Usquadeo *B* habeat 804 Sineelpse *B*, sine ipse *C* 806 Et tiam *C* desinent

Daemones

Dixi satis.
Et ubi ille seruos cum ero huc aduenerit,
Qui erum arcessiuit, itote extemplo domum.
Curate haec sultis magna diligentia.

Labrax

Eu hercle ne istic fana mutantur cito;
Iam hoc Herculi est, *modo* Ueneris fanum quod fuit;
Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.
Non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio;
Ita nunc mihi utrumque saeuit, et terra et mare.
Palaestra.

Lorarii

Quid uis?

Labrax

Apage, controuersia est;
Haec quidem Palaestra quae respondit non mea est.
Heus, Ampelisca.

Lorarii

Caue sis infortunio.

Labrax

Ut potest, ignaui homines satis recte monent.
Sed uobis dico, heus uos, num molestia*e* est
Me adire ad illas propius?

Lorarii

Nihil nobis quidem.

Labrax

Num quid molestum mihi erit?

Lorarii

Nihil, si caueris.

---

808 herum accersiuit *B* 809 stultis deiligentia *B* 810 Eheu 811 modo *om.* 816 equidem 818 monent *om. C* 819 molestia 821 Nunquid

Labrax

Quid est quod caueam?

Lorarii

Em, a crasso infortunio.

Labrax

Quaeso hercle adire ut liceat.

Lorarii

Adeas, si uelis.

Labrax

Bene hercle factum; habeo uobis gratiam.
Non accedam potius; illi astate ilico.
Edepol proueni nequiter multis modis.
Certum est hasce hodie usque obsidione uincere.

PLESIDIPPUS. TRACHALIO. LABRAX. LORARII. PALAESTRA ET AMPELISCA. CHARMIDES.

Plesidippus

Meamne ille amicam leno ui, uiolentia
De ara deripere Ueneris uoluit?

Trachalio

Admodum.

Plesidippus

Quin occidisti extemplo?

Trachalio

Gladius non erat.

Plesidippus

Caperes aut fustem aut lapidem.

822 craeso 823 habeas 825 illic 828 lenoni ui *C* 830 claudius

Trachalio

Quid, ego quasi canem
Hominem insectarer lapidibus nequissumum?

Labrax

Nunc pol ego perii; Plesidippus eccum adest;
Conuorret iam hic me totum cum puluisculo.

Plesidippus

Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
Quom ad me profectu's ire?

Trachalio

Ibidem nunc sedent.

Plesidippus

Quis illas nunc illic seruat?

Trachalio

Nescio quis senex,
Uicinus Ueneris, is dedit operam optumam.
Is nunc cum seruis seruat; ego mandaueram.

Plesidippus

Duc me ad lenonem recta. Ubi illic est homo?

Labrax

Salue.

Plesidippus

Salutem nihil moror. Opta ocius,
Rapi te optorto collo mauis an trahi.
Utrum uis opta, dum licet.

Labrax

Neutrum uolo.

Plesidippus

Abi sane ad litus curriculo, Trachalio,
Iube illos in urbem ire obuiam ad portam mihi.

---

833 qua sic non amem *C* 832 inspectarer 834 Conuerret 835 nunc 838 dedito operam *C* 845 portum

Quos mecum duxi, hunc qui ad carnuficem traderent;
Post huc redito atque agitato hic custodiam.
Ego hunc scelestum in ius rapiam ex*cruciab*ilem.
Age, ambula in ius.

Labrax

Quid ego deliqui?

Plesidippus

Rogas?
Quinc arrabonem a me accepisti ob mulierem et
Eam hinc abduxisti.

Labrax

Non auexi.

Plesidippus

Quor negas?

Labrax

Quia pol prouexi; auehere non quiui miser.
Equidem tibi nunc me dixeram praesto fore
Apud Ueneris fanum; *num*quid muto? sumne ibi?

Plesidippus

In iure causam dicito; hic uerbum sat est.
Sequere.

Labrax

Obsecro te, subueni, mi Charmides;
Rapior optorto collo.

Charmides

Quis me nominat?

Labrax

Uiden me ut rapior?

Charmides

Uideo atque inspecto lubens.

---

846 qui hunc 848 rapiam exulem 850 Quin mulierem est 851 Iam 853 tibi u me *B*, tibi me *C* 854 fanum quid multo 856 mei 857 opto *B* 858 uinden *C*

Labrax

Non subuenire mihi audes?

Charmides

Quis homo te rapit?

Labrax

Adulescens Plesidippus.

Charmides

Ut nanctu's, habe.
Bono animo meliust te in neruom conrepere;
Tibi optigit quod plurumi exoptant sibi.

Labrax

Quid id est?

Charmides

Ut id quod quaerant inueniant sibi.

Labrax

Sequere, obsecro, me.

Charmides

Pariter suades, qualis es:
Tu in neruom rapere; eo me obsecras ut te sequar.
Etiam retentas?

Labrax

Perii.

Plesidippus

Uerum sit uelim.
Tu mea Palaestra et Ampelisca, ibidem ilico
Manete, dum ego huc redeo.

Lorarius

Equidem suadeo
Ut ad nos abeant potius, dum recipis.

---

860 Pleusidippus *C* 861 corripere *C* 864 obsecrom *B*, obsecro *C* 868 huic *C*

Plesidippus

Placet;

Bene facitis.

Labrax

Fures mi estis.

Plesidippus

Quid, fures? Rape.

Labrax

Oro, obsecro, Palaestra.

Plesidippus

Sequere, carnufex.

Labrax

Hospes.

Charmides

Non sum hospes; repudio hospitium tuum.

Labrax

Sicine me spernis?

Charmides

Sic ago; semel bibo.

Labrax

Di te infelicent.

Charmides

Isti capiti dicito.
Credo alium in aliam beluam hominem uortier;
Illic in columbum, credo, leno uortitur;
Nam *eius* in columbari collum haud multo post erit.
In neruom ille hodie nidamenta congeret.
Uerum tamen ibo, ei aduocatus ut siem,
Si qui mea opera citius addici potest.

---

873 Siccine *B* 874 Dii 877 eius *om.* 880 cicius adduci *B*

DAEMONES.

Bene factum et uolup est hodie me his mulierculis
Tetulisse auxilium; iam cluentas repperi,
Atque ambas forma scitula atque aetatula.
Sed uxor scelesta me omnibus seruat modis,
Ne qui significem quidpiam mulierculis.
Sed Gripus seruos noster quid rerum gerat,
Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.
Pol magis sapisset, si dormiuisset domi;
Nam nunc et operam ludos facit et retia.
Ut tempestas est nunc atque ut noctu fuit,
In digitis hodie percoquam quod ceperit;
Ita fluctuare uideo uehementer mare.
Sed ad prandium uxor me uocat; redeo domum.
Iam meas opplebit auris uaniloquentia.

GRIPUS.

Neptuno has ago gratias meo patrono,
Qui salsis locis incolit pisculentis,
Quom me*d* ex suis pulcre ornatum expediuit
Templis re*d*ducem, pluruma praeda onustum
Salute horiae, quae in mari fluctuoso
Piscatu nouo me uberi conpotiuit.
Miroque modo atque incredibili hic piscatus mihi lepide euenit,

---

881 uolupe *C* me hodie 883 forma fortula *C* 885 quid 886 grippus *C* 888 sapis sed si 889 ludos dat 891 quot coeperit *B* 894 oppilebit aures sua uaniloquentia 895 meo patrono gratias 897 me ex suis locis 898 reducem honestum 899 horeia *B*, horreia *C* 900 competiuit *B* 901 incredibile *C*

Neque piscium ullam unciam pondo hodie cepi nisi hoc quod fero hic in rete.
Nam ut de nocte multa inpigreque exsurrexi,
Lucrum praepos*i*ui sopori et quieti.
Tempestate saeua experiri expetiui,
Paupertatem eri qui et meam seruitutem
Tolerarem; opera haud fui parcus mea.
Nimis homo nihilist qui piger est, nimisque id genus odi ego male.
Uigilare decet hominem qui uolt sua temperi conficere officia;
Non enim illum exspectare oportet, dum erus se ad suum suscitet officium.
Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quiescunt.
Nam ego nunc mihi, qui inpiger fui, repperi ut piger si uelim sim.
Hoc ego in mari repperi. Quidquid inest, graue in*e*st; aurum hic ego inesse reor;
Nec mihi conscius est ullus homo.
Haec tibi occasio, Gripe, optigit, ut liberet extemplo praetor te.
Nunc sic faciam, sic consilium est: ad erum ueniam docte atque astu,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.
Iam ubi liber er*o*, igitur demum instruam agrum atque aedis, mancipia;

---

902 hodie pondo cæpi *C* hic *om. C* 904 præposui *B*, proposui *C* 906 heri *C* sententiam 908 quis est piger *B* 912 Reperi *B* siem *B* 913 in mari quicquid inest Repperi quicquid inest graue quid e instaurum *BC*, *qui post prius* quicquid *addit* hic. 915 Nunc haec pigre *C* liberes expupulos *B*, liberes ex populo *C* praeter 916 faciam sicut consilium *C* astute 918 erigitur *B*, igitur *C* agrum adædes *C*

Nauibus magnis mercaturam faciam; apud reges rex perhibebor.
Post animi causa mihi nauem faciam atque imitabor Stratonicum;
Oppida *omnia* circumuectabor. Ubi nobilitas mea erit clara,
Oppidum magnum conmunibo; ei ego urbi Gripo indam nomen,
Monumentum meae famae et factis. ibique regnum magnum instituam.
Magnas res hic agito in mentem instruere — nunc hunc uidulum condam —
Sed hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono pulmento.

TRACHALIO. GRIPUS.

Trachalio

Heus, mane.

Gripus

Quid maneam?

Trachalio

Dum hanc tibi, quam trahis, rudentem conplico.

Gripus

Mitte modo.

Trachalio

At pol ego te adiuuabo; nam bonis quod bene fit, haud perit.

Gripus

Turbida tempestas heri fuit;

---

919 sq. mercaturam faciam atque imitabor *omissis mediis B* 921 omnia *om.* 922 elego grippo indampno *C* 925 pransurus est v.

Nihil habeo, adulescens piscium, ne tu mihi esse postules.
Non uides referre me uuidum rete sine squamoso pecu?

Trachalio

Non edepol piscis expeto, quam tui sermonis sum indigens.

Gripus

Enicas iam me odio, quisquis es.

Trachalio

Non sinam ego abire hinc te; mane.

Gripus

Caue sis malo. Quid tu, malum, nam me retrahis?

Trachalio

Audi.

Gripus

Non audio.

Trachalio

At pol qui audies. [post.

Gripus

Quin loquere quid uis.

Trachalio

Eho modo] Est operae pretium quod tibi ego narrare uolo.

Gripus

Eloquere quid id est.

Trachalio

Uide num *qui*spiam consequitur prope nos.

Gripus

Ecquid est, quod mea referat?

Trachalio

Scilicet.

Sed boni consili ecquid in te mihi est?

---

931 Nam *B* sines quā mos opte *C* 932 sum *om.* *C* 933 Enecas *B* 937 Uidenuspiam 938 et quid *C* 939 bonis *C* consiliis *B*

Gripus

Quid negoti est, modo dice.

Trachalio

Dicam — tace —
Si fidem modo das mihi, te non fore infidum.

Gripus

Do fidem tibi; fidus ero, quisquis es.

Trachalio

Audi,
Furtum ego uidi qui faciebat; noram dominum id quoi fiebat.
Post ad furem egomet deuenio feroque ei condicionem hoc pacto:
'Ego istuc furtum scio quoi factum est; nunc mihi si uis dare dimidium,
Indicium domino non faciam'. Is mihi nihil etiam respondit.
Quid? inde aequom est dari mihi dimidium? Uolo ut dicas.

Gripus

Immo hercle etiam plus.
Nam nisi dat, domino dicundum censeo.

Trachalio

Tuo consilio faciam.
Nunc aduorte animum, namque hoc omne attinet ad te.

Gripus

Quid factum est?

Trachalio

Uidulum istum quoius est noui ego hominem iam pridem,

Gripus

Quid est?

---

940 negocii *B* dic 943 noueram 944 Portat *C* 947 amplius 949 Num *C* 950 cuius nest *B*, cuius mest *C*

Trachalio

Et quo pacto periit.

Gripus

At ego quo pacto inuentust scio;
Et qui inuenit hominem noui, et dominus qui nunc est scio.
Nihilo pol pluris tua hoc quam quanti illud refert mea.
Ego illum noui quoius nunc est; tu illum quoius antehac fuit.
Hunc homo feret a me nemo, ne tu te speres potis.

Trachalio

Non ferat, si dominus ueniat?

Gripus

Dominus huic, ne frustra sis,
Nisi ego nemo natust, hunc qui cepi in uenatu meo.

Trachalio

Itane uero?

Gripus

Ecquem esse dices in mari piscem meum?
Quos quom capio, si quidem cepi, mei sunt, habeo pro meis.
Nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam postulat.
In foro palam omnis uendo pro meis uenalibus.
Mare quidem commune certost omnibus.

Trachalio

A te sentio.
Qui minus hunc communem quaeso mihi esse oportet uidulum?
In mari inuentus communi est.

Gripus

Ne inpudenter inpudens;
Nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint.
Quippe quom extemplo in macellum pisces prolati sient,

---

951 perit *B* inuentum est *C* 955 potius 956 frustras es *B*, frustrasses *C* 957 coepi 959 coepi *B* 962 at sentio 964 inuentust communest (commune ē*C*)

Nemo emat; suam quisque partem piscium poscat sibi;
Dicant in mari communi captos.

Trachalio

Quid ais, inpudens?
Ausu's etiam conparare uidulum cum piscibus?
Eadem tandem res uidetur?

Gripus

In manu non est mea.
Ubi demisi rete atque hamum, quidquid haesit extraho.
Meum quod rete atque hami nancti sunt, meum potissumumst.

Trachalio

Immo hercle haud est, si quidem quod uas excepisti.

Gripus

Philosophe.

Trachalio

Sed tu en umquam piscatorem uidisti, uenefice,
Uidulum piscem cepisse aut protulisse ullum in forum?
Non enim tu hic quidem occupabis omnis quaestus quos uoles.
Et uitorem et piscatorem te esse, inpure, postulas.
Uel te mihi monstrare oportet piscis qui sit uidulus,
Uel quod in mari non natum est neque habet squamas ne feras.

Gripus

Qui*d*? tu numquam audisti esse antehac uidulum piscem?

Trachalio

Scelus,
Nullus est.

---

967 eat *C* 968 Dicat *B* 971 retem *C* amum quit quit aesit extrabo *B* 972 quot *B* hami meum *C* potissimust *B* 973 excæpisti *C* 974 tuæ uumquam *C* 980 Qui audiuisti

Gripus

Immo est profecto; ego qui sum piscator scio;
Uerum raro capitur; nullus minus saepe ad terram uenit.

Trachalio

Nihil agis; dare uerba speras mihi te posse, furcifer.
Quo colorest?

Gripus

Hoc colore capiuntur pauxilluli;
Sunt alii puniceo corio, magni item atque atri.

Trachalio

Scio.
Tu hercle, opino, in uidulum te piscem conuortes, nisi caues;
Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.

Gripus

Quod scelus hodie hoc inueni?

Trachalio

Uerba facimus; it dies.
Uide sis, quoius arbitratu nos uis facere?

Gripus

Uiduli
Arbitratu.

Trachalio

Itane uero? Stultus es.

Gripus

Salue, Thales.

Trachalio

Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum,
Quoius haec res arbitratu fiat.

Gripus

Quaeso sanun es?

---

982 Uero at *B* 985 magnitem *B* 986 opinor 988 Quot *B* 989 facere uis 990 ita enimuero 992 sanus

Trachalio

Elleborosus sum.

Gripus

At ego cerritus; hunc non amittam tamen.

Trachalio

Uerbum adde etiam unum, iam in cerebro colaphos abstrudam tuo.
Ego iam hic te, itidem quasi peniculus nouos exurgeri solet,
Ni hunc amittis. exurgebo quidquid humoris tibist.

Gripus

Tange; adfligam ad terram te itidem ut piscem soleo polypum.
Uis pugnare?

Trachalio

Quid opust? quin tu potius praedam diuide.

Gripus

Hinc tu nisi malum frunisci nihil potes, ne postules.
Abeo ego hinc.

Trachalio

At ego hinc offlectam nauem, ne quo abeas. Mane.

Gripus

Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.
Mitte rudentem, sceleste.

Trachalio

Mittam; omitte uidulum.

Gripus

Numquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.

Trachalio

Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur
Aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur.

---

993 ad 995 te hic penicillus exurgere 997 at *B* itidem ad ut *B* polipum 999 nepotules *B*, nisi postulas *C* 1000 Habeo habeas

Gripus

Quemne ego excepi in mari

Trachalio

At ego inspectaui e litore.

Gripus

Mea opera labore et rete et horia?

Trachalio

Num qui minus,
Si ueniat nunc dominus quoiust, ego qui inspectaui procul
Te hunc habere, fur sum quam tu?

Gripus

Nihilo.

Trachalio

Mane mastigia;
Quo argumento socius non sum et fur sum, fac dum ex te sciam.

Gripus

Nescio; neque ego istas uostras leges urbanas scio,
Nisi quia hunc meum esse dico.

Trachalio

Et ego item esse aio meum.

Gripus

Mane; iam reperi rem, quo pacto nec fur nec socius sies.

Trachalio

Quo pacto?

Gripus

Sine me hinc abire; tu abi tacitus tuam uiam,
Nec tu me quoiquam indicassis neque ego tibi quicquam dabo.

1006 excæpi *C* 1007 mini *B* 1008 domini *B* cuius est 1009 furtum quam 1010 sotius 1011 urbanas *om.* *C* 1012 alo *B* 1013 repperirē *C* sotius 1015 quiquam *B*

Tu taceto, ego mussitabo; hoc optumum atque aequissumum est.

Trachalio

Ecquid condicionis audes ferre?

Gripus

Iam dudum fero:

Ut abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.

Trachalio

Mane, dum refero condicionem.

Gripus

Te, obsecro hercle, aufer modo.

Trachalio

Ecquem in his locis nouisti?

Gripus

Oportet uicinos meos.

Trachalio

Ubi tu hic habitas?

Gripus

Porro illic longe usque in campis ultumis.

Trachalio

Uin, qui in hac uilla habitat, eius arbitratu fieri?

Gripus

Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.

Trachalio

Fiat.

Gripus

Euge, salua res est; praeda haec perpetua est mea.

Ad meum erum arbitrum uocat me hic intra praesepis meas.

1016 musitabo 1018 habeas *C* ammittas *C* 1019 aufert *B* 1020 heis *B* 1022 fleri *C* 1023 remitterest hem *C* 1025 At meum aerum *B* meis *C*

Numquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobulum.
Ne iste haud scit quam condicionem tetulit; ibo ad arbitrum.

Trachalio

Quid igitur?

Gripus

Quamquam istuc esse ius meum certo scio,
Fiat istuc potius quam nunc pugnem tecum.

Trachalio

Nunc places.

Gripus

Quamquam ad ignotum arbitrum me *ad*pellis, si adhibebit fidem,
Est ignotus notus; si non, notus ignotissumust.

DAEMONES. PALAESTRA ET *AMPELISCA. GRIPUS. TRACHALIO.*

Daemones

Serio edepol, quamquam uobis quae uoltis *uolo*, mulieres,
Metuo propter uos ne uxor mea me extrudat aedibus,
Quae me pelices adduxe dicet ante oculos suos.
Uos confugite in aram potius quam ego.

Mulier

Miserae peri*i*mus.

Daemones

Ego uos saluas sistam; ne timete. Sed quid uos foras

1026 tribolum *C* 1027 tetulerit 1028 nis *C* 1030 mea pillis *B*, mea pellis *C* 1031 Etsi est *C*, Et sist *B* ignotissimus est 1032 uolo *om* 1034 adduxisse 1035 misere *C* perimus 1036 Ergo *C*

Prosequimini? Quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam.
Ite, inquam, domum ambo nunc iam ex praesidio praesides.

Gripus

O ere salue.

Daemones

Salue Gripe. Quid fit?

Trachalio

Tuusne hic seruus est?

Gripus

Haud pudet.

Trachalio

Nihil ago tecum.

Gripus

Ergo abi hinc sis.

Trachalio

Quaeso responde, senex:
Tuus hic seruost?

Daemones

Meus est.

Trachalio

Em, istuc optume. Quando tuust,
Iterum te saluto.

Daemones

Et ego te. Tune es, qui haud multo prius
Abi*i*sti hinc erum arcessitum?

Trachalio

Ego is sum.

Daemones

Quid nunc uis tibi?

1039 Opre *C* grippe *C* 1041 seruus est Hem istum *C*, stuc *B* tuus est *B* 1042 saluto te *C* 1043 Abisti istum *C*

Trachalio

Nempe hic tuus est?

Daemones

Meus est.

Trachalio

Istuc optume. Quando tuust —

Daemones

Quid negotist?

Trachalio

Uir scelestus illic est.

Daemones

Quid fecit tibi

Uir scelestus?

Trachalio

Homini ego isti talos subfringi uolo.

Daemones

Quid est qua de re litigatis nunc inter uos?

Trachalio

Eloquar.

Gripus

Immo ego eloquar.

Trachalio

Ego, opinor, rem facesso.

Gripus

Si quidem

Sis pudicus, hinc facessas.

Daemones

Gripe, animum aduorte ac tace.

Gripus

Utin istic prius dicat?

1045 Quit negotii est *B*   Quit *B*   1047 nunc nunc litigatis *C*
1048 pinor *B*   1049 Si *B*   grippe *C*

Daemones

Tu audi. Loquere tu.

Gripus

Alienon prius
Quam tuo dabis orationem?

Trochalio

Ut nequitur conprimi.
Ita ut occepi dicere, illum quem dudum *e fano deae*
Lenonem extrusisti, hic eius uidulum eccillum *tenet.*

Gripus

Non habeo.

Trachalio

Negas quod oculis uideo?

Gripus

At ne uideas uelim.
Habeo, non habeo; quid tu me curas quid rerum geram?

Trachalio

Quo modo habeas, i*llu*d refert, iurene anne iniuria.

Gripus

Ni istum cepi, nulla causa est quin me condones cruci.
Si in mari reti a*d*prehendi, qui tuum potiust quam meum?

Trachalio

Uerba dat; hoc modo res gesta est, ut ego dico.

Gripus

Quid tu ais?

Trachalio

Quo*a*d primarius uir dicat, conprime hunc sis, si tuust.

Gripus

Quid, tu idem mihi uis fieri, quod erus consueuit tibi?
Si ille te conprimere solitus, hic noster nos non solet.

1050 dica ⌗ audi 1051 nequiter *C* compremi *B* 1052 e fano deae *deest* 1053 ecillum tenet *deest* 1056 it *B*, id *C* iure *C* 1058 retia prehendi potius est 1060 Quod tuus est

Daemones

Uerbo illo modo ille uicit. Quid nunc tu uis? dic mihi.

Trachalio

Equidem ego neque partem posco mihi istinc de istoc uidulo,
Neque meum esse hodie umquam dixi; sed isti inest cistellula
Huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.

Daemones

Nempe tu hanc dicis, quam esse aibas dudum popularem meam?

Trachalio

Admodum. Et ea quae olim parua gestauit crepundia
Isti in ista cistula insunt, quae isti inest in uidulo.
Hoc neque isti usus est et illi miserae suppetias feret,
Si id dederit, qui suos parentes quaerat.

Daemones

Faciam ut det; tace.

Gripus

Nihil hercle ego sum isti daturus.

Trachalio

Nihil peto nisi cistulam
Et crepundia.

Gripus

Quid, si ea sunt aurea?

Trachalio

Quid istuc tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exaequabimus.

Gripus

Fac sis aurum ut uideam; post ego faciam ut uideas cistulam.

1065 dixisset isti *C* 1067 alebas 1069 Istic istic 1070 misere *B* 1071 it *B* 1074 exequabitur *B* 1075 Facis aurum

Daemones

Caue malo ac tace tu; tu perge ut occepisti dicere.

Trachalio

Unum te obsecro, ut te*d* huius conmiserescat mulieris,
Si quidem hic lenonis eiust uidulus, quem suspicor.
Hic nisi de opinione certum nihil dico tibi.

Gripus

Uiden scelestus ut aucupatur?

Trachalio

Sine me ut occepi loqui.
Si scelesti illius est hic quoius dico uidulus,
Haec poterunt nouisse; ostendere his iube.

Gripus

Ain? ostendere?

Daemones

Haud iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur uidulus.

Gripus

Immo hercle insignite inique.

Daemones

Qui dum?

Gripus

Quia, si ostendero,
Continuo hunc nouisse dicent scilicet.

Trachalio

Scelerum caput,
Ut tute es, item omnis censes esse, periuri caput.

Gripus

Omnia istaec ego facile patior, dum hic hinc a me sentiat.

Trachalio

Atqui nunc abs te stat; uerum hinc *c*ibi*t* testimonium.

1078 eius est 1080 scelestus is aucupatur *C* 1082 hic 1083 grippe *C* 1084 Quasi *B* 1088 ibi

Daemones

Gripe, aduorte animum. Tu paucis expedi quid postulas.

Trachalio

Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo,
Hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet liberas.
Haec Athenis parua fuit uirgo surrupta.

Gripus

Dic mihi,
Quid id ad uidulum pertinet, seruae sint istae an liberae?

Trachalio

Omnia iterum uis memorari, scelus, ut defiat dies.

Daemones

Abstine maledictis et mihi quod rogaui dilue.

Trachalio

Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto uidulo,
Ubi sunt signa qui parentis noscere haec possit suos,
Quibuscum parua Athenis periit, sicuti dixi prius.

Gripus

Iuppiter te dique perdant! Quid ais, uir uenefice?
Quid, istae mutae sunt, quae pro se fabulari non queant?

Trachalio

Eo tacent, quia tacita bona erit mulier semper, uir loquens.

Gripus

Tum pol tu pro oratione nec uir nec mulier mihi es.

Trachalio

Qui dum?

1093 ita *B*, ista *C* pertinent *C* 1096 istic gaudeam isto *B*, gaudeam *C* 1098 periit athenis Sicut *C* 1099 Iupiter *B* 1101 bonast melior seper quam loquens *B*, bonast mulier semper quam loquens *C* 1102 proportione

Gripus

Quia enim neque loquens es neque tacens umquam bonus.
Quaeso, en umquam hodie licebit mihi loqui?

Daemones

Si praeterhac
Unum uerbum faxis hodie, ego tibi conminuam caput.

Trachalio

Ut id occepi dicere, eam, senex, te quaeso cistulam
Ut iubeas hunc reddere illis; ob eam si quid postulat
Sibi mercedis, dabitur; aliud quidquid ibi est habeat sibi.

Gripus

Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse intellegis;
Dudum dimidiam petebas partem.

Trachalio

Immo etiam nunc peto.

Gripus

Uidi petere miluum, etiam quom nihil auferret tamen.

Daemones

Non ego te conprimere possum sine malo?

Gripus

Si istic tacet,
Ego tacebo; si iste loquitur, sine me pro re mea loqui.

Daemones

Cedo modo mihi uidulum istum, Gripe.

Gripus

Concredam tibi;
Ac si istorum nihil sit, ut mihi reddas.

Daemones

Reddetur.

Gripus

Tene.

1105 *init. lacuna* cominuam *B* 1106 senex eam te queso senex *B* 1107 postulas 1108 quit quit *B* 1109 uis *C* esse *om. B* 1111 aufert *B*, auferet *C* 1113 pro re mea parte *C*, pre mea parte *B* 1114 istum uidulum concedam *B*

Daemones

Audi nunc iam, Palaestra atque Ampelisca, hoc quod loquor:
Estne hic uidulus, ubi cistellam tuam inesse aiebat?

Palaestra

Is est.

Gripus

Perii ego hercle miser. Ut prius quam plane aspexit, ilico
Eum esse dixit.

Palaestra

Faciam ego hanc rem *ex procliua pla*nam tibi.
Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto uidulo.
Ibi ego dicam quidquid inerit nominatim; tu mihi
Nullum ostenderis. Si falsa dicam, frustra dixero;
Uos tamen istaec, quidquid istic inerit, uobis habebitis.
Si erunt uera, tum obsecro te ut mea mihi reddantur.

Daemones

Placet;
Ius merum oras meo quidem animo.

Gripus

At meo hercle *iniuriam meram.*
Quid, si ista aut superstitiosa aut ariola est atque omnia
Quidquid inerit uera dicet? anne habebit ariola?

Daemones

Non feret, nisi uera dicet; nequiquam ariola*bi*tur.
Solue uidulum ergo, ut quid sit uerum quam primum sciam.

Gripus

Hoc habet; solutust.

Daemones

Aperi. Uideo cistellam; haecinest?

1117 alebas *B*, aiebas *C* 1118 Perei *B* hercle ego aspexi *B* 1119 dixi *B* rem *nec amplius B*, rem Nam tibi *C* 1120 isticine esse gaudeam 1121 quit quit *B* 1124 Sed si meam *B* 1125 Ius meum *B* iniuriam meram *desunt* 1127 insit inme 1128 ariolatur 1129 quiquid *B*, quicquid *C* faciam *C* 1130 solutum est

Palaestra

Istaec est. O mei parentes, hic uos conclusos gero;
Huc opesque spesque uostrum cognoscendum condidi.

Gripus

Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
Quae parentes tam in angustum tuos locum conpegeris.

Daemones

Gripe, accede huc, tua res agitur; tu, puella, istinc procul
Dicito quid insit, et qua facie memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules
Te ad uerum conuorti, nugas, mulier, magnas egeris.

Gripus

Ius bonum oras.

Trachalio

Edepol haud te*cum* orat; nam tu iniuriu's.

Daemones

Loquere nunc iam, puella. Gripe, animum aduorte ac tace

Palaestra

Sunt crepundia.

Daemones

Ecca uideo.

Gripus

Perii in primo praelio.
Mane; ne ostenderis.

Daemones

Qua facie sunt? responde ex ordine.

Palaestra

Ensiculust aureolus primum litteratus.

Daemones

Dice dum,
In eo ensiculo litterarum quid est.

1131 mi *B* 1137 quot posteris *C* 1139 te 1140 aduortite *C* 1141 peri *B* 1143 Insiculust *C*

Palaestra

Mei nomen patris.
Post altrinsecus est securicula ancipes, itidem aurea,
Litterata; ibi matris nomen in securiculast.

Daemones

Mane,
Dic, in ensiculo quid nomen est paternum.

Palaestra

Daemones.

Daemones

Di inmortales, ubi loci sunt spes meae?

Gripus

Immo edepol meae.

Palaestra

Perge, te obsecro, continuo.

Gripus

Placide, aut i in malam crucem.

Daemones

Loquere, matris nomen hic quid in securicula siet.

Palaestra

Daedalis.

Daemones

Di me seruatum cupiunt.

Gripus

At me perditum.

Daemones

Filiam meam esse hanc oportet, Gripe.

Gripus

Sit per me quidem.
Qui te di omnes perdant, qui me hodie oculis uidisti tuis,

1145 item 1147 quit *B* Doemones *B*, demones *C* 1149 Pergite ite 1150 in securicula quid 1151 Dedalis

Meque adeo scelestum, qui non circumspexi centiens
Prius me, ne quis inspectaret, quam rete extraxi ex aqua.

Palaestra

Post sicilicula argenteola et duae conexae maniculae et
Sucula

Gripus

Quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis.

Palaestra

Et bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.

Daemones

Ea est profecto; contineri quin conplectar non queo.
Filia mea, salue; ego is sum qui te produxi pater.
Ego sum Daemones, et mater tua ecca*m* hic intus Daedalis.

Palaestra

Salue, mi pater insperate.

Daemones

Salue; ut te amplector lubens!

Trachalio

Uolup est quom istuc ex pietate uostra uobis contigit.

Daemones

Cape dum hunc, si potes fer*re* intro, uidulum, age Trachalio.

Trachalio

Ecce Gripi scelera! Quom ista res male euenit tibi,
Gripe, gratulor.

Daemones

Age eamus, mea gnata, ad matrem tuam,
Quae ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,
Quae te magis tractauit magisque signa pernouit tua.

1156 insicilicula *B*, insicula *C* 1158 Etabula *B* 1160 salue mea *C* 1161 doemones *B*, demones *C* ecca 1162 salue in te *C* 1163 Uolupe est *B* 1164 fer introui dum *C*

Trachalio

Eamus intro omnes, quando *omnes* operam promiscam damus.

Palaestra

Sequere me, Ampelisca.

Ampelisca

Quom te di amant, uoluptati est mihi.

Gripus

Sumne ego *homo* scelestus, qui illu*nc* hodie excepi uidulum?
Aut quom excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco?
Credebam edepol turbulentam praedam euenturam mihi,
Quia illa mihi tam turbulenta tempestate euenerat.
Credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter.
Quid meliust quam ut hinc intro abeam et me suspendam clanculum.
Saltem tantisper dum abscedat haec a me aegrimonia?

DAEMONES.

Pro di inmortales, quis me est fortunatior,
Qui ex inprouiso filiam inueni meam?
Satin si quoi homini di esse bene factum uolunt,
Aliquo illud pacto optingit optatum piis?
Ego hodie, *qui* neque speraui neque credidi,
Is inprouiso filiam inueni tamen,
Et eam de genere summo adulescenti dabo
Ingenuo, Atheniensi et cognato meo.
Ego eum adeo arcessi huc ad me quam primum uolo,
Iussique exire huc eius seruom, ut ad forum

1169 quando operam promiscuam *C* 1171 homo *om* illuc 1174 tam *om. C* 1175 auri et argenti *C* 1176 Quit melius est *B* 1178 dii *B* 1180 delesse uolo 1182 qui *om.* 1187 seruum eius

Iret. Nondum egressum esse eum, id miror tamen.
Accedam opinor ad fores. Quid conspicor?
Uxor conplexa collo retinet filiam.
Nimis paene inepta atque odiosa eius amatio est.

DAEMONES TRACHALIO

Daemones

Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri,
Atque adorna ut rem diuinam faciam, quom intro aduenero.
Laribus familiaribus, quom auxerunt nostram familiam; 1194
Sunt domi agni et porci sacres. Sed quid istum remoramini,
Mulieres, Trachalionem? Atque optume eccum exit foras.

Trachalio

Ubi ubi erit, iam inuestigabo et mecum ad te adducam simul
Plesidippum.

Daemones

Eloquere ut haec res optigit de filia,
Eum roga ut relinquat alias res et huc ueniat.

Trachalio

Licet.

Daemones

Dicito daturum meam illi filiam uxorem.

Trachalio

Licet.

Daemones

Et patrem eius me nouisse et mihi esse cognatum.

Trachalio

Licet.

1191 paene *om. C* 1192 melius est 1197 tamen iam 1198 pleusidippū *C* res *om. B* 1199 rogat *B*, rogato *C* relinquit *B*

Daemones

Sed propera.

Trachalio

Licet.

Daemones

Iam hic fac sit, cena ut curetur.

Trachalio

Licet.

Daemones

Omnian licet?

Trachalio

Licet. Sed scin quid est quod te uolo?
Quod promisisti ut memineris, hodie ut liber sim.

Daemones

Licet.

Trachalio

Fac ut exores Plesidippum, ut me *manu* emittat.

Daemones

Licet.

Trachalio

Et tua filia facito oret; facile exorabit.

Daemones

Licet.

Trachalio

Atque ut mihi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber.

Daemones

Licet.

Trachalio

Atque ut gratum mihi beneficium factis experiar.

Daemones

Licet.

1202 fac sis 1203 Omnia inlicet 1205 pleusidippum *C* me *om. B* manu *om.* 1208 beneneficium facitis *B*

Trachalio

Omnia*n* licet?

Daemones

Licet; tibi rursum refero gratiam.
Sed propera ire in urbem actutum et recipe te huc rursum.

Trachalio

Licet.
Iam hic ero; tu interibi adorna ceterum quod opust.

Daemones

Licet.
Hercules istum infelicet cum sua licentia;
Ita meas repleuit auris; quidquid memorabam, licet.

GRIPUS. DAEMONES.

Gripus

Quam mox licet te conpellare, Daemones?

Daemones

Quid est negoti, Gripe?

Gripus

De illo uidulo
Si sapias, sapias; habeas quod di dant boni.

Daemones

Aequom uidetur tibi ut ego alienum quod est
Meum esse dicam?

Gripus

Quodne ego inueni in mari?

Daemones

Tanto melius illi optigit qui perdidit;
Tuum esse nihilo magis oportet uidulum.

1209 Omnia 1210 prepera *B* 1211 opus est 1212 Hecules *B*, TR. hercules *C* 1214 doemones *B* 1216 DAE. si *C* danunt dant *C*

Gripus

Isto tu pauper es, quom nimis sancte piu's.

Daemones

O Gripe Gripe, in aetate hominum plurumae
Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis.
Atque edepol in eas plerumque esca inponitur,
Quam si quis auidus poscit escam auariter,
Decipitur in transenna auaritia sua.
Ille qui consulte, docte atque astute cauet,
Diutine uti bene licet partum bene.
Mihi istaec uidetur praeda praedatum irier,
Ut cum maiore dote abeat quam aduenerit.
Egone ut quod ad me adlatum esse alienum sciam
Celem? Minume istuc faciet noster Daemones.
Semper cauere hoc sapientis aequissumumst,
Ne conscii sint ipsi maleficiis suis.
Ego nisi quom lusi nihil moror ullum lucrum.

Gripus

Spectaui ego pridem comicos ad istunc modum
Sapienter dicta dicere atque is plaudier,
Quom illos sapientis mores monstraba*n*t poplo.
Sed quom inde suam quisque ibant diuorsi domum,
Nullus erat illo pacto ut illi iusserant.

Daemones

Abi intro; ne molestu's; linguae tempera.
Ego tibi daturus nihil sum, ne tu frustra sis.

Gripus

At ego deos quaeso, ut quidquid in illo uidulost,
Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.

1226 intra senna *B* 1227 consulle *B* 1230 docte *B* 1232 doemones *B* 1233 hoc sapientissimū est *C* 1235 Ego mihi cum 1236 istum *C* 1237 iis 1238 monstrabat polio *B*, Potio *C* 1243 quitquit *B* 1244 it

Daemones

Illuc est quod nos nequam seruis utimur.
Nam illic cum auaro si quo congressus foret,
Et ipsum sese et illum furti adstringeret.
Dum praedam habere se censeret, interim
Praeda ipsus esset; praeda praedam duceret.
Nunc hinc intro ibo et sacruficabo; postibi
Iubebo nobis cenam continuo coqui.

PLESIDIPPUS. TRACHALIO.

Plesidippus

Iterum mihi istaec omnia itera. mi anime. mi Trachalio,
Mi liberte, mi patrone, immo potius mi pater:
Repperit patrem Palaestra suum atque matrem?

Trachalio

Repperit.

Plesidippus

Et popularis est?

Trachalio

Opino.

Plesidippus

Et mihi nuptura est?

Trachalio

Suspicor.

Plesidippus

Censen? hodie despondebit eam mihi, quaeso?

Trachalio

Censeo.

1245 nequaquā *B* 1246 cum seruo si 1247 forti 1254 adque *C* 1255 opinor nuptura est mihi *B*

Plesidippus

Quid, patri etiam gratulabor quom illam inuenit?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Quid, matri eius?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Quid ergo censes?

Trachalio

Quod rogas,

Censeo.

Plesidippus

Dic ergo, quanti censes?

Trachalio

Egone? censeo.

Plesidippus

Adsum equidem, ne censionem semper facias.

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Quid, si curram?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

An sic potius placide?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Etianne eam aduenieus salutem?

1261 quit *B* quot *B* 1260 At sume quidem 1261 Quit si curam *B*

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Etiam patrem?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Post eius matrem?

Trachalio

Censeo.

Plesidippus

Quid postea?

Etiamne adueniens conplectar eius patrem?

Trachalio

Non censeo.

Plesidippus

Quid, matrem?

Trachalio

Non censeo.

Plesidippus

Quid, eampse illam?

Trochalio

Non censeo.

Plesidippus

Perii, dilectum dimisit; nunc non censet, quom uolo.

Trachalio

Sanus non es; sequere.

Plesidippus

Duc me, mi patrone, quo lubet.

1263 Quit *B* 1265 Quit *B* quit *B* 1266 peri *C*

LABRAX.

Quis me est mortalis miserior qui uiuat alter hodie,
Quem ad recuperatores modo damnauit Plesidippus?
Abiudicata a me modo est Palaestra; perditus sum.
Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos;
Ita omnes mortales, si quid est mali lenoni, gaudent.
Nunc alteram illam quae mea est uisam huc in Ueneris fanum,
Saltem ut eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum.

GRIPUS. LABRAX.

Gripus

Numquam edepol hodie ad uesperum Gripum inspicietis uiuom,
Nisi uidulus mihi redditur.

Labrax

Perii; quom mentionem
Fieri audio usquam uiduli, quasi palo pectus tundor.

Gripus

Istic scelestus liber est; ego qui in mari prehendi
Rete atque excepi uidulum, ei dare negatis quicquam.

Labrax

Pro di immortales, suo mihi hic sermone adrexit auris.

Gripus

Cubitum hercle longis litteris signabo iam usquequaque,
Si quis perdiderit uidulum cum auro atque argento multo,
Ad Gripum ut ueniat. Non feretis istum, ut postulatis.

1268 mortalium 1269 dampnauit pleusidippus *C* 1271 procreatores *B* 1274 quot 1275 . unc quam *B* 1276 reddatur *C* peri 1277 tundat 1279 Recte adque *C* ei darei 1280 dii mihi *om. C* 1281 iam *om. C* 1283 Agripum *B*. Agrippum *C*

Labrax

Meum hercle illic homo uidulum scit qui habet, ut ego opinor.
Adeundus mihi illic est homo; di quaeso subuenite.

Gripus

Quid me intro reuocas? hoc uolo hic ante ostium extergere;
Nam hoc quidem pol e robigine, non est e ferro factum;
Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuis fit.
Numquid hoc ue*ne*natum est uerum? ita in manibus consenescit.

Labrax

Adulescens, salue.

Gripus

Di te ament semiraso capite.

Labrax

Quid fit?

Gripus

Uerum extergetur.

Labrax

Ut uales?

Gripus

Quid tu? num medicus quaeso es?

Labrax

Immo edepol una littera plus sum quam medicus.

Gripus

Tum tu
Mendicus es.

Labrax

Tetigisti acu.

1286 Quit *B* 1287 rubigine *C* effero factum est *B*, efero factum est *C* 1288 quanti 1289 Nam quidem hoc uenatust 1290 ament cum inraso Quit *B* 1291 extergetur aut uales ⌗ Quit *B*

Gripus

Uidetur digna forma.
Sed quid tibi est?

Labrax

Hac proxuma nocte in mari elaui.
Confracta est nauis, perdidi quidquid erat miser ibi omne.

Gripus

Quid perdidisti?

Labrax

Uidulum cum auro atque argento multo.

Gripus

Ecquid meministi in uidulo qui peri*i*t quid ibi infuerit?

Labrax

Quid refert, qui peri*i*t tamen? Sine hoc; aliud fabulemur.

Gripus

Quid, si ego sciam qui inuenerit? Uolo ex te scire signa.

Labrax

Nummi octingenti aurei *in* marsuppio infuerunt,
Praeterea centum nummi Philippei in pasceolo sorsus.

Gripus

Magna hercle praedast; largiter mercedis indipiscar.
Di homines respiciunt; bene ego hinc praedatus ibo.
Profecto huius est *is* uidulus. Perge alia tu expedire.

Labrax

Talentum argenti commodum magnum inerat in crumina,
Praeterea sinus, cantharus, epichysis, gaulus, cyathus.

Gripus

Papae! diuitias tu quidem habuisti luculentas.

1294 mari et alii 1295 Contra facta est quit quit *B* 1297 Eoquid *C* perit quit *B*, per id quid *C* infuere tibi 1298 Quit *B* perit ⌗ tamen si non hoc 1299 Quit *B* 1300 aurii *B*, Auri *C* in *om.* 1301 centum mna philippia 1303 ergo *B* 1304 is *om.* 1305 inerit 1306 epichisis cantharus caulus 1307 Paræ

Labrax

Miserum istuc uerbum et pessumumst 'habuisse et nihil habere'.

Gripus

Quid dare uelis, qui istaec tibi inuestiget indicetque?
Eloquere propere celeriter.

Labrax

Nummos trecentos.

Gripus

Tricas.

Labrax

Quadringentos.

Gripus

Tramas putidas.

Labrax

Quingentos.

Gripus

Cassam glandem.

Labrax

Sexcentos.

Gripus

Curculiunculos minutos fabulare.

Labrax

Dabo septingentos.

Gripus

Os calet tibi; nunc id frigefactas.

Labrax

Mille dabo nummos.

1308 Miserum quidem istuc *B* 1310 trichas 1313 Dabos *B* nungit frigide (frigede *C*) factas

Gripus

Somnias.

Labrax

Nihil addo.

Gripus

Abi igitur.

Labrax

Audi.

Gripus

Si hercle abiero hinc, hic non ero.

Labrax

Uin centum et mille?

Gripus

Dormis.

Labrax

Eloquere quantum postules.

Gripus

Quo nihil inuitus addas,
Talentum magnum; non potest triobolum hinc abesse;
Proin tu uel aias uel neges.

Labrax

Quid istic? Necessum est, uideo.
Dabitur talentum.

Gripus

Accede dum huc; Uenus haec uolo ut roget te.

Labrax

Quod tibi lubet, id mihi impera.

Gripus

Tange aram hanc Ueneris.

Labrax

Tango.

1316 quō *B* 1317 tribolum 1318 alas 1319 at 1320 imperat haram *B*

Gripus

Per Uenerem hanc iurandum est tibi.

Labrax

Quid iurem?

Gripus

Quod iubebo.

Labrax

Prae*i* uerbis quiduis; quod domi est, numquam ulli supplicabo.

Gripus

Tene aram hanc.

Labrax

Teneo.

Gripus

Deiera te mihi argentum daturum
Eodem die *tu* uiduli ubi sis potitus.

Labrax

Fiat.

Gripus Labrax

Uenus Cyrenensis, testem te testor mihi,
Si uidulum illum, quem ego in naui perdidi,
Cum auro atque argento saluom inuestigauero
Isque in potestatem meam peruenerit,

Gripus

Tum ego huic Gripo, inquito et me tangito,

Labrax

Tum ego huic Gripo, dico, Uenus, ut tu audias,

Gripus Labrax

Talentum argenti magnum continuo dabo.

1321 iubeo *C* 1322 Prae *B*, pre *C* id quod numqui *B* uili 1323 Tene haram *B*, tenerā *C* deiura 1324 tu *om.* 1325 testorem te *C* 1327 Quā

Gripus

Sed si fraudassis, dic ut in quaestu tuo
Uenus eradicet caput atque aetatem tuam.
[Tecum hoc habeto tamen, ubi iuraueris.]

Labrax

Illaec aduorsum si quid peccasso, Uenus,
Ueneror te ut omnes miseri lenones sient.

Gripus

Tamen fiet, etsi tu fidem seruaueris.
Tu hic opperire; iam ego faxo exibit senex.
Eum tu continuo uidulum reposcito.

Labrax

Si maxume mihi illum reddiderit uidulum,
Non ego illi hodie debeo triobulum;
Meus arbitratust, lingua quod iuret mea.
Sed conticiscam; eccum exit et ducit senem.

GRIPUS. DAEMONES. LABRAX.

Gripus

Sequere hac.

Daemones

Ubi istic leno est?

Gripus

Heus tu; em tibi, hic habet uidulum.

Daemones

Habeo et fateor esse apud me, et, si tuus est, habeas tibi,
Omnia, ut quidquid infuit, ita salua sistentur tibi.
Tene, si tuus est.

1332 Sed *om.* ut te in 1335 Illa egat uorsum *B*, Illa negat uorsum *C* 1342 arbitratus tungua 1343 contigiscam 1344 leno et heus hem *C* 1246 infuere

Labrax

Di inmortales; meus est. Salue, uidule.

Daemones

Tuusne est?

Labrax

Rogitas? Si quidem hercle Iouis fuit, meus est tamen.

Daemones

Omnia insunt salua; una istinc cistella excepta est modo
Cum crepundiis, quibus hodie filiam inueni meam.

Labrax

Quam?

Daemones

Tua quae fuit Palaestra. ea filia inuenta est mea.

Labrax

Bene mehercle factumst. Quom istaec res tibi ex sententia
Pulcre euenit, gaudeo.

Daemones

Istuc facile non credo tibi.

Labrax

Immo hercle, ut scias gaudere me, mihi triobolum
Ob eam ne duis; condono te.

Daemones

Benigne edepol facis.

Labrax

Immo tu quidem hercle uero.

Gripus

Heus tu, *quom* iam habeas uidulum.

1347 odi 1350 quibus cum hodie *C* 1352 hercle *B* exen- tentia 1354 mei mihi *C* 1356 quom *om.*

Labrax

Habeo.

Gripus

Propera

Labrax

Quid properabo?

Gripus

Reddere argentum mihi.

Labrax

Neque edepol tibi do neque quicquam debeo.

Gripus

Quae haec factio est?

Non debes?

Labrax

Non hercle uero.

Gripus

Non tu iuratus mihi es?

Labrax

Iuratus sum, et nunc iurabo, si quid uoluptati est mihi.
Ius iurandum rei seruandae, non perdundae conditumst.

Gripus

Cedo sis mihi talentum magnum argenti, periurissume.

Daemones

Gripe, quod tu istum talentum poscis?

Gripus

Iuratust mihi

Dare.

Labrax

Lubet iurare; tun meo pontifex periurio es?

1357 quit *B* 1358 es 1362 periturissime 1364 tum *B* pelurio *B*

Daemones

Qua pro re argentum promisit hic tibi?

Gripus

Si uidulum
Hunc redegissem in potestatem eius, iuratus*t* dare
Mihi talentum magnum argenti.

Labrax

Cedo quicum habeam iudicem.
Ni dolo malo instipulatus sis niue etiam *haud* dum siem
Quinque et uiginti annos natus.

Gripus

Habe cum hoc.

Labrax

Alio est opus.

Daemones

Iam ab isto *istuc* auferre ausim, si istunc condemnauero.
Promisisti*ne* huic argentum?

Labrax

Fateor.

Daemones

Quod seruo *meo*
Promisisti, meum esse oportet, ne tu, leno, postules
Te hic fide lenonia uti; non potes.

Gripus

Iam te ratu's
Nanctum hominem quem defraudares? Dandum huc argentumst probum.
Id ego continuo huic dabo adeo, me ut hic emittat manu.

1366 iuratus 1368 haud *om.* 1369 natus annos 1370 istuc *om.* aut sim 1371 Promisisti inteor *B*, intueor *C* meo *om.* 1372 promisti *C* oporte *B* 1373 fidele non lauti *B*, fide lenoni lauti *C* 1374 Defraúdandum dares dandum

Daemones

Quando ergo erga te benignus *ego* fui atque opera mea
Haec tibi sunt seruata,

Gripus

Immo hercle mea, ne tu dicas tua.

Daemones

Si sapies, tacebis. Tum te mihi benigne itidem addecet
Bene merenti bene *re*ferre gratiam.

Labrax

Nempe pro meo
Iure oras?

Daemones

Mirum quin tuum ius meo periclo abs te expetam.

Gripus

Saluos sum; leno labascit; libertas portenditur.

Daemones

Uidulum istunc ille inuenit; illud mancupium meum est;
Ego tibi hunc porro seruaui cum magna pecunia.

Labrax

Gratiam habeo et de talento nulla causa est quin feras,
Quod isti sum iuratus.

Gripus

Heus tu, mihi dato ergo, si sapis.

Daemones

Tacen an non?

Gripus

Tu meam re*m* simulas agere; tibi mu*nus paras*.
Non hercle istoc me interuortes, si aliam praedam perdidi.

1376 tibi nignus *B*, tibi benignus *C* ego *om.* 1378 benione itidem addem 1379 ferre 1380 expectā *C* 1382 istic 1386 tum meam resimulas mu *cum lacuna*

Daemones

Uapulabis, uerbum si addes unum istuc.

Gripus

Uel hercle enica;

Non tacebo umquam alio pacto, nisi talento conprimor.

Labrax

Tibi operam hic quidem dat; taceto.

Daemones

Concede hoc leno.

Labrax

Licet.

Gripus

Palam age, nolo ego murmurillum neque susurrum fieri.

Daemones

Dic mihi, quanti illanc emisti tuam alteram mulierculam.
Ampeliscam?

Labrax

Mille nummos denumeraui.

Daemones

Uin tibi

Condicionem luculentam ferre me?

Labrax

Sane uolo.

Daemones

Diuiduum talentum faciam.

Labrax

Bene facis.

1388 si adde istuc unum 1389 tabebo *C* 1390 hic quidem operam *B* tacebo hoc tu leno 1391 ego *om.* murmur ullum *B* 1392 illam 1394 fere 1375 bene facias

Daemones

Pro illa altera,
Libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huc cedo.

Labrax

Maxume.

Daemones

Pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,
Quem propter tu uidulum et ego gnatam inueni.

Labrax

Bene facis;
Gratiam habeo magnam.

Gripus

Quam mox mihi argentum ergo redditur?

Daemones

Res soluta est. Gripe; ego habeo.

Gripus

Tu hercle; at ego me mauolo.

Daemones

Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres; iuris iurandi uolo
Gratiam facias.

Gripus

Perii hercle; nisi me suspendo, occidi.
Numquam hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diem.

Daemones

Hic hodie cenato, leno.

Labrax

Fiat; condicio placet.

1396 huic *C* 1397 griphum 1400 es *B* griphe *Tu om.* ad *B* 1402 faciam peri *B*

Daemones

Sequimini intro. Spectatores, uos quoque ad cenam uocem,
Ni daturus nihil sim neque sit quicquam pollucti domi,
Niue adeo uocatos credam uos esse ad cenam foras.
Uerum si uoletis plausum fabulae huic clarum dare,
Comissatum omnes uenitote ad me ad annos sedecim.
[Uos hic hodie cenatote ambo.

Labrax

Fiat.

Ω

Plausum date.]

1406 sum *C* 1407 Neue 1439 Comisatum

STICHUS.

T. MACCI PLAUTI STICHUS

GRAECA ADELPHOE MENANDRU

ACTA LUDIS PLEBEIS

CN· BAEBIO C· TERENTIO AED· PL·

EGIT

T. PUBLILIUS PELLIO

MODOS FECIT

MARCIPOR OPPI

TIBIIS SARRANIS TOTAM

C· SULPICIO C· AURELIO COS·

---

1. 5. 7. 10 nihil legitur   8 OPPII

ARGUMENTUM I.

Senex castigat filias, quod eae uiros
Tam perseuerent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres neque relinquere;
Contraque uerbis delenitur commodis,
Habere ut sineret quos semel nactae forent.
Uiri reueniunt opibus aucti trans mare;
Suam quisque retinet, ac Sticho ludus datur.

ARGUMENTUM II.

Duas sorores
Duo *fratres*
Rem quaer
. . .
Soror
Pa
. . .
R
Fac

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

Argum. I. 1 quodaeae *B*, quo heae *C* 2 pauperis *C* 3 sustine *C* 4 Contra qua *C* 5 inacta *B* 7 retinat *B*, retineat *C*
Argum. II *om. BC*

PERSONAE FABULAE.

PANEGYRIS *PAMPHILA*	*SORORES*

ANTIPHO SENEX
GELASIMUS PARASITUS
CROCOTIUM ANCILLA
PINACIUM PUER

EPIGNOMUS *PAMPHILLIPPUS*	*FRATRES*
STICHUS *SANGARIUS*	*SERUI*

STEPHANIUM ANCILLA
TIBICEN.

PANEGYRIS PAMPHILA, SORORES II.

Panegyris

Credo ego miseram
Fuisse Penelopam,
Soror, suo ex animo,
Quae tam diu uidua
Uiro suo caruit;
Nam nos eius animum
De nostris factis noscimus, quarum uiri hinc absunt,
Eorumque nos negotiis absentium ita ut aequom est
Sollicitae noctes et dies, soror, sumus semper.

Pamphila

Nostrum officium nos facere aequom est,
Neque id magis facimus
Quam nos monet pietas.

Panegyris

Sed hic, soror, adside dum; multa uolo tecum
Loqui de re uiri.

Pamphila

Saluene, amabo?

Titulum om. C PANEGIRIS *B*, PHILUMENA *A* PINACIUM *B* SORORES II *om. A* 1—2 *uno versu B* penolopam *C* 2—3 *uno versu B* 4—5 *uno versu B* 8 Quorumque absentum ut est aequom *BC* 10 PINACIUM *C* *duobus versibus A* 11—12 *uno versu B* 13 PAN *om.* mea soror adsidum *BC* 14 PAM *om.*

Panegyris

Spero quidem et uolo; sed hoc, soror, crucior,
Patrem tuum meumque adeo, unice qui unus
Ciuibus ex omnibus probus perhibetur,
Eum nunc improbi uiri officio uti,
Uiris qui tantas absentibus nostris
Facit iniurias inmerito
Nosque ab eis abducere uolt.
Haec res uitae me, soror, saturant,
Haec mihi diuidiae et senio sunt.

Pamphila

Ne lacruma, soror, neu tuo id animo
Fac, quod tibi tuus pater facere minatur.
Spes est eum melius facturum.
Noui ego illum; ioculo istaec dicit,
Neque ille sibi mereat Persarum
Montis, qui esse aurei perhibentur,
Ut istuc faciat quod tu metuis.
Tamen si faciat, minume irasci
Decet; neque id inmerito eueniet.
Nam uiri nostri domo ut abierunt,
Hic tertius annus.

Panegyris

Ita ut memoras.
Quom ipsi interea, uiuant, ualeant,
Ubi sint, quid agant, ecquid agant,
Neque participant nos neque redeunt.

Pamphila

An id doles, soror, quia illi suum officium
Non colunt, quom tu tuum facis?

Panegyris

Ita pol.

---

15 equidem *A* 20—21 *uno uersu B* 21 is *B*, his *C* 22 Hae *BC* 23 Hac mi *BC* 24 PIN *C* Neu *BC* ei eu *C* 28 montes *C* 31 Tametsi *A* 34 PAN *om. sine spatio* 38 PAM *om.* 39 tu *om. BC*

Pamphila

Tace sis; caue sis audiam ego istuc
Posthac ex te.

Panegyris

Nam quid iam?

Pamphila

Quia pol meo animo omnis sapientis
Suum officium aequom est colere et facere.
Quam ob rem ego te hoc, soror, tam etsi es maior,
Moneo ut tuum memineris officium.
Etsi illi inprobi sint atque aliter
In nos faciant quam aequom est, tam pol
Nos magis omnibus obnixe opibus
Nostrum officium meminisse decet.

Panegyris

Placet; taceo.

Pamphila

At memineris facito.
[Nolo ego, soror, me credi esse inmemorem uiri,
Neque ille eos honores, mihi quos habuit, perdidit.
Nam mihi pol grata acceptaque huiust benignitas.
Et me quidem haec condicio nunc non paenitet,
Neque est cur studeam has nuptias mutarier.
Uerum postremo in patris potestate est situm;
Faciendum id nobis quod parentes inperant.

Panegyris

Scio atque in cogitando maerore augeor;
Nam probe modum iam ostendit suam sententiam.
Igitur quaeramus nobis quid facto usus sit.]

---

40 *proximo postponit A* PIN *C* 41 Caue posthac *BC* qui *BC* 42 PIN *C* 44 soror ego hoc te *A* 47 In *om.* tamen *BC* 48 Ne quid magis sit *A*, Ne quid magis simus *BC* obnoxiae *B* 50 PANE *C* PAN *C* 51—60 *om. A* 53 pol mihi *C* huius est 54 hoc *B* petiit et *C* 55 cur non 60 quod *C* facio sit antipho *B*

ANTIPHO. MULIERES.

Antipho

Qui manet ut moneatur semper seruos homo officium suum
Nec uoluntate id facere meminit, seruos is habitu haud probust.
Uos meministis quot calendis petere demensum cibum;
Qui minus meministis quod opust facto facere in aedibus?
Iam quidem in suo quicque loco nisi erit mihi situm supellectilis,
Quom ego reuortar, uos monimentis conmonefaciam bubulis.
Non homines habitare mecum mihi uidentur, sed sues.
Facite sultis nitidae ut aedes meae sint, quom redeam domum.
Iam ego domi adero; ad meam maiorem filiam inuiso modo.
Si quis me quaeret, uocatote aliqui, aut iam egomet hic ero.

Panegyris

Quid agimus, soror, si offirmabit pater aduorsum uos?

Pamphila

Pati
Nos oportet quod ille faciat, quoius potestas plus potest.
Exorando, haud aduorsando sumendam operam censeo.
Gratiam a patre si petimus, spero ab eo inpetrassere.
Aduorsari sine dedecore et scelere summo haud possumus,
Neque ego id sum factura neque tu ut facias consilium dabo,
Uerum ut exoremus. Noui ego nostros; exorabilist.

Titulum om. BC 61 Qui moneat ut *A* 62 Nam *B* his *A* hau *A*, aut *BC* probus *A* 63 quod *BC* 64 opus sit 65 quique *C* suppellectilis *BC* 66 monumentis *BC* 67 mihi hic *BC* 68 Faciete sulcis *C* 69 inuiso domum *BC* 70 inde uocatote 71 offirmauit *A* PIN *C* apati *B* 73—86 *hoc ordine BC*: 83—86. 78—82. 73—77 73 haud *om. C* 74 Gratiam per si *A* impetrasse *C* 75 Aduersariis indedecore *BC* possumi *B* 76 Neq. equidemis factura *A*, Neque ego factura sum *BC* neq. te ut *A* 77 exorabile est *BC*

Antipho

Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor:
Utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi numquam quicquam in eas simulem, an quasi quid indaudiuerim
Eas in se meruisse culpam; potius temptem leniter
An minaciter. Scio litis fore; ego meas noui optume.
Si manere hic sese malint potius quam alio nubere,
Faciant; quid mihi opust decurso aetatis spatio cum *m*eis
Gerere bellum, quom nihil quam ob rem id faciam meruisse arbitror?
Minume; nolo turbas, sed hoc mihi optumum factu arbitror;
Sic faciam: adsimulabo quasi quam culpam in sese admiserint.
Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora;
Postid igitur deinde ut animus meus est, id faciam palam.
Multa scio faciunda uerba; ibo intro. Sed aperta est foris.

Panegyris

Certo enim mihi paternae uocis sonitus auris accidit.

Pamphila

Is est ecastor; ferre aduorsum homini occupemus osculum.

Panegyris

Salue, mi pater.

Antipho

Et uos ambae. Ilico agite adsidite.

---

78 pacto illi *A* 79 ergo *C* 80 quicquam adeo adsimulem *A* an quasi quid inaudiuerim *A* quasi nihil inde audiuerim *BC* 81 an potius leuiter *C* 82 liteis *A* optume noui *C* 84 Non faciam opus st *BC* cum eis 85 quam *A* id *om. BC* 86 turbes *A* 87 adsemulabo *B* quom *A*, aliquam *BC* se *A* 89 Post id agam igitur meus erit faciam patam *B*, pacem *C* 90 apertast *AC* 91 PIN *C* 92 PAN *C* hominem *BC* 93 PIN *C* PANE *C* agite istic *A* ascidite *B*, abscedite *C*

Pamphila

Osculum.

Antipho

Sat est osculi mihi uostri.

Pamphila

Qui, amabo, pater?

Antipho

Quia ita meae animae salsura uenit.

Panegyris

Adside hic, pater.

Antipho

Non sedeo istic; uos sedete; ego sedero in subsellio.

Pamphila

Mane puluinum.

Antipho

Bene procuras; mihi sat sic fultum est. Sede.

Pamphila

Sine, pater.

Antipho

Quid opust?

Pamphila

Opust.

Antipho

Morem tibi geram. Atque hoc est satis.

Pamphila

Numquam enim nimis curare possunt suum parentem filiae.

---

94 PIN *C* PANE *C* est mihi osculi *C* PIN *C* 95 salsurae PAN *om.* 96 PANE *C* sedere in *A* 97 PIN *C* PANE *C* satis fultust *A* mihi *BC* 98 PIN. *C* opus est. PIN. opus est *C*(*B*) satis est *C* 99 PAM *om.*

Quem aequom est nos potiorem habere quam te? postidea, pater,
Uiros nostros, quibus tu uoluisti esse nos matres familias?

Antipho

Bonas ut aequom est facere facitis, quom tamen absentis uiros
Proinde habetis quasi praesentes sint.

Pamphila

Pudicitia est, pater,
Eos nos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.

Antipho

Num quis hic est alienus nostris dictis auceps auribus?

Panegyris

Nullus praeter nosque teque.

Antipho

Uostrum animum adhiberi uolo.
Nam ego ad uos nunc inperitus rerum et morum mulierum
Discipulus uenio ad magistras: quibus matronas moribus,
Quae optumae sunt, esse oportet, id utraque ut dicat mihi.

Panegyris

Quid istuc est quod huc exquaesitum mulierum mores uenis?

Antipho

Pol ego uxorem quaero, postquam uostra mater mortua est.

Panegyris

Facile inuenies et peiorem et peius moratam, pater,
Quam illa fuit; meliorem neque tu reperies neque sol uidet.

---

100 Qum *B*, Cum *C* aequiust *A*, aequius est *BC* haberē *B* 102 AN *om.* aequost *A* 103 Perinde *BC* quas *BC* sient *A* PIN *C* 104 Enos magnificare quis *BC* 106 te qui *BC* 109 optu me *B* oportetosed *A*, oportet sed *BC* 113 repperies *C* uidet sol *BC*

Antipho

At ego ex te exquaero atque ex istac tua sorore.

Panegyris

Edepol, pater,
Scio ut oportet esse. Si sint ita ut ego aequom censeo —

Antipho

Uolo scire ergo ut aequom censes.

Panegyris

Ut, per urbem quom ambulent,
Omnibus os opturent, ne quis merito male dicat sibi.

Antipho

Dic uicissim nunc iam tu.

Pamphila

Quid uis tibi dicam, pater?

Antipho

Ubi facillume spectatur mulier quae ingenio est bono?

Pamphila

Quoi male faciundi est potestas, quae ne id faciat temperat.

Antipho

Haud male istuc. Age tu altera: utra est condicio pensior,
Uirginemne an uiduam habere?

Panegyris

Quanta mea sapientia est,
Ex malis multis malum quod minumum est, id minimum est malum.

Antipho

Qui potest mulier uitare uitiis?

Panegyris

Ut cotidie
Pridie caueat ne faciat quod pigeat postridie.

---

114 exquiro *BC* quaeri *A* 120 adque *C* faciat id *BC* 121 Hau *AB* utra sit conditior *C* 122 Uirginem *BC* an *om. A* 122 meas *BC* 123 E *BC* minimest malum *A* 125 posttridie *A*

Antipho

Quae tibi mulier uidetur multo sapientissuma?

Pamphila

Quae tamen, quom res secundae sunt, se poterit noscere;
Et illa quae aequo animo patietur sibi esse peius quam fuit.

Antipho

Edepol uos lepide temptaui uostrumque ingenium ingeni.
Sed hoc est quod, ad uos uenio quodque esse ambas conuentas uolo:
Mihi auctores ita sunt amici, ut uos hinc abducam domum.

Panegyris

At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit
Aut nunc non aequom est abduci, pater, illisce absentibus.

Antipho

Uosne ego patiar cum mendicis nuptas me uiuo uiris?

Pamphila

Placet ille meus mihi mendicus; suus rex reginae placet.
Idem animust in paupertate, qui olim in diuitiis fuit.

Antipho

Uosne latrones et mendicos homines magni penditis?

Panegyris

Non tu me argento dedisti opinor nuptum, sed uiro

Antipho

Quid illos expectatis qui abhinc iam abierunt triennium?
Quin uos capitis condicionem ex pessuma primariam?

---

127 cognoscere *A* 129 ingenii *BC* 135 nuptias *C* uitio *B* 136 mihi meus *A* mendicis *BC* 137 animus est *BC* 139 me tu *BC*

Pamphila

Stultitia est, pater, uenatum ducere inuitas canes.
Hostis est uxor, inuita quae uiro nuptum datur.

Antipho

Certumne est neutram uostrarum persequi inperium patris?

Panegyris

Persequimur; nam quo dedisti nuptum, abire nolumus.

Antipho

Bene ualete. Ibo atque amicis uostra consilia eloquar.

Pamphila

Probiores, credo, arbitrabunt, si probis narraueris.

Antipho

Curate igitur familiarem rem ut potestis optume.

Panegyris

Nunc places, quom recte monstras; nunc tibi auscultabimus.
Nunc, soror, abeamus intro.

Pamphila

Immo interuisam domum.
Si ab uiro tibi forte ueniet nuntius, facito ut sciam.

Panegyris

Neque ego te celabo neque tu me celassis quod scies.
Eho Crocotium, i, parasitum Gelasimum huc arcessito,
Tecum adduce; nam illum ecastor mittere ad portum uolo,
Si quae forte ex Asia nauis heri aut hodie uenerit.
Nam dies totos apud portum seruos unus adsidet;
Sed tamen uolo interuisi. Propera atque actutum redi.

---

143 quae ad uirum *BC* 144 ne utrum *B* 145 Persequitur *B* 147 arbitrarunt *C* 148 Qurate *B* 149 placet *BC* auscultauimus *A* 150 habeamus *B* 151 a *BC* faceto *A* 152 scias *A* 153 crocoticium *C* i *om.* *AC* hic *A* 156 porcum *B* 157 tarien *B* atque *om.* *BC*

GELASIMUS. CROCOTIUM.

Gelasimus

Famem ego fuisse suspicor matrem mihi;
Nam postquam natus sum, satur numquam fui.
Neque quisquam melius referet matri gratiam.
Quam ego meae matri refero inuitissumus,
[Neque rettulit, quam ego refero meae matri Fami.]
Nam illa me in aluo mensis gestauit decem;
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atque illa puerum me gestauit paruolum,
Quo minus laboris cepisse illam existumo;
Ego non pausillulam in utero gesto famem,
Uerum hercle multo maxumam et grauissumam.
Uteri dolores mihi oboriuntur cotidie;
Sed matrem parere nequeo nec quid agam scio.
Ita auditaui saepe hoc uolgo dicier,
Solere elephantum grauidam perpetuos decem
Esse annos; eius ex semine haec certo est fames;
Nam iam complures annos utero haeret meo.
Nunc si ridiculum hominem quaeret quispiam,
Uenalis ego sum cum ornamentis omnibus;
Inanimentis explementum quaerito.
Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater,
Quia inde a pausillo puero ridiculus fui.
Propter pauperiem hoc adeo nomen repperi,

Titulum om. C 158 ego *om.* BC suspicor fuisse *A* 160 *om.* BC 161 matri meæ *BC* 162 *om.* A 164 *sequuntur 169—70 in A* 166 illam cepisst *B*, illam cæpisset *C* 167 At ego *BC* nunc *A* pauxillulam *BC* gestor amem *BC* 169 Ut teri didolores *BC* cottidie *B* 170 nescio quomodo *BC* 171 Ita *om.* Aut diui *B*, audiui *C* uologo *B* dicier solere *A* 172 grauidas *A* 173 hac *BC* 175 quaerat *A* 177 exiplementum *B*, exi supplementum *C* 179 *proximo postponitur* inde iam a pausi illo *B*, pausi illos *C* 180 paupertem *B*, paupertatem *C* repperei *A*

Eo quia paupertas fecit ridiculus forem;
Nam illa artis omnis perdocet, ubi quem adtigit.
Per annonam caram dixit me natum pater;
Propterea, credo, nunc essurio acrius.
Sed generi nostro haec reddita est benignitas:
Nulli negare soleo, si essum me uocat.
Oratio una interiit hominum pessume,
Atque optuma hercle meo animo et scitissuma,
Qua ante utebantur: 'ueni illo ad cenam; sic face.
Promitte uero; ne grauare; est commodum.
Uolo inquam fieri; non amittam quin eas'.
Nunc reppererunt iam ei uerbo uicarium,
Nihili quidem hercle uerbum ac uilissumum:
'Uocem te ad cenam, nisi egomet cenem foris'.
Ei hercle uerbo lumbos defractos uelim,
Ne perie*raue*rit, si cenassit domi.
Haec uerba subigunt me ut*i* mores barbaros
Discam, atque ut faciam praeconis conpendium
Itaque auctionem praedicem, ipse ut uenditem.

Crocotium

Hic ille est parasitus, quem arcessitum missa sum;
Quae loquitur auscultabo prius quam conloquor.

Gelasimus

Sed curiosi sunt hic conplures mali,
Alienas res qui curant studio maxumo.

---

182 omnis artes *BC* 184 esurio *BC* 185 redditast *A* 186 Nullis *A* nugare *C* si quis me essum *A* 187 interit *BC* 188 scitis summa *BC* 189 accenam *B* 190 Promitto *BC* 191 fleri *BC* amictam *C* 192 iam *om.* *BC* 193 Nihil *BC* uerbumet *A* aculissimum *BC* 195 hercle ego uerbo *BC* 196 Ni *BC* uereperierit *A*, uereperlerit *B*, uerepleuerit *C* domo *BC* 197 ut mors *B* 198 praecones 199 autionem *BC* ut me ueni item *BC* 200 accersitum *BC* 201 aut scultabo *B* quam loquor *A*, quam conloquar *BC* 202 qui amplures *B*, qui iam plures *C*

Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.
Ei quando quem auctionem facturum sciunt,
Adeunt, perquirunt quid siet causae ilico:
Alienum aes cogat an pararit praedium.
Uxorin sit reddunda dos diuortio.
Eos omnis tametsi hercle haud indignos iudico
Qui multum miseri sint — laborent; nihil moror —
Dicam auctionis causam, ut damno gaudeant;
Nam curiosus nemo est quin sit maleuolus.
Damna euenerunt maxuma misero mihi;
Ita me mancipia miserum adfecerunt male,
Potationes plurumae demortuae.
Quot adeo cenae, quas defleui, mortuae,
Quot potiones mulsi, quae autem prandia.
Quae inter continuum perdidi triennium.
Prae maerore adeo miser atque aegritudine
Consenui; paene sum fame emortuus.

Crocotium

Ridiculus aeque nullus est quando essurit.

Gelasium

Nunc auctionem facere decretum est mihi;
Foras necessum est quidquid habeo uendere.
Adeste sultis; praeda erit praesentium.
Logos ridiculos uendo. Age licemini.
Quis cena poscit? ecqui poscit prandio?

---

204 qua *BC* 206 quicquid *BC* 207 cognat *A* pararait *A* prandium *BC* 209 Eo *BC* iudicio *BC* 210 sunt *A* 211 auticonis *C* am no *B*, animo *C* 212 qui non *BC* malibolus *B*, maliuolus *C* *Post* 212 *A ponit v.v.* 236—37 *suo loco redeuntes*, *BC*: Ipse egomet quamobrem auctionem praedicem. 214 malæ *B* 216 Quod *B*, Quo *C* 217 Quod *BC* quod autem *BC* 218 contenuum *A* 219 deo *BC* 220 pre ne *BC* 222 decretust *A* 223 necessust *A* 224 Ad sese ultis *BC* 225 Locos rediculos *B* 226 Qui *BC* eo qui *C*

Hercules te amabit prandio; cena tibi.
Ehem, adnuistin? Nemo meliores dabit.
[Nulli meliores esse parasitos sinam.]
Uel iunctiones Graecas sudatorias
Uendo uel *l*alias malacas crapularias,
Cauillationes, adsentatiunculas
Ac perieratiunculas parasiticas.
Robiginosam strigilem, ampullam rubidam,
Parasitum inanem, quo recondas reliquias.
Haec ueniisse iam opus est quantum potest,
Ut decumam partem Herculi polluceam.

Crocotium

Ecastor auctionem haud magni preti.
Adhaesit homini ad infumum uentrem fames.
Adibo ad hominem.

Gelasimus

Quis haec est, quae aduorsum it mihi?
Epignomi ancilla haec quidem est, Crocotium.

Crocotium

Gelasime salue.

Gelasimus

Non id est nomen mihi.

Crocotium

Certo mecastor id fuit nomen tibi.

Gelasimus

Fuit disertim, uerum id usu perdidi;
Nunc Miccotrogus nomine e uero uocor.

---

227 Herculeisteamaui *A* 226 Nullis *BC* 230 uuctiones *BC* subdatorias *B* 231 alias mala castra pularias *BC* 233 Ap *A* periuratiunculas *BC* 234 rubiginosam *C* strigilim *A* 236 uenisse *BC*, euenisse *A post 212* 238 Ecmator *A* pretii 239 infirmum *B* 240 ad *om.C* quae mihi aduorsum uenit *A*, quae ad uorsūdmbi *B* 242 gciasime *A* 244 disertum *B*, desertum *C* 245 micotrogus *C* cx *BC*

Crocotium

En ecastor risi te hodie.

Gelasimus

Quando aut quo in loco?

Crocotium

Hic, quom auctionem praedicabas

Gelasimus

Pessuma,

Eho an audiuisti?

Crocotium

Te quidem dignissumam.

Gelasimus

Quo nunc is?

Crocotium

Ad te.

Gelasimus

Quid uenis?

Crocotium

Panegyris

Rogare iussit te ut *potis* opere maxumo,
Mecum simitu ut ires ad sese domum.

Gelasimus

Ego illuc mehercle uero eo quantum potest.
Iamne extra cocta sunt? quot agnis fecerat?

Crocotium

Illa quidem nullum sacruficauit.

---

246 Ey *C* hodie multum 248 aut luisti *B*, audisti *C* 249 panegiris *BC* 250 potis *om.* 251 ires eo quantum potest *A* 252 illo *BC* 253 extactocta *B* quod tacnis *BC* 254 sacrificabit *C*

Gelasimus

Quo modo?

Quid igitur me uolt?

Crocotium

Tritici modios decem

Rogare opinor.

Gelasimus

Mene, ut ab sese petam?

[Crocotium

Immo ut a uobis mutuum nobis dares.

Gelasimus]

Nega esse quod dem mutuum neque triticum
Neque aliud quicquam nisi hoc quod habeo pallium.
Linguam quoque etiam uendidi datariam.

Crocotium

Au,

Nullan tibi lingua est?

Gelasimus

Quae quidem dicat 'dabo';
Uentri reliqui eccillam, quae dicat 'cedo'.

Crocotium

Malum tibi di dent.

Gelasimus

Haec eadem dicit tibi.

---

255 Quid igitur me uolt? Mene ut a sese petam
Tritici modios decem rogare opinor te uolt *A*
256 opinor te uolt *BC* 257 ut abs te *BC* 258 Negato *BC* dem nec mihi nec mutuum 259 quisquam *B* 260 uendidit ariam *B*, uenditariam *C* Au *proximo versu* 261 Nullam *A*, Nulla *BC* 262 Ueterem *BC* eccam *A*, eccam illam *BC* 263 Malum quidem si uis *A*

Crocotium

Quid nunc? ituru's an non?

Gelasimus

Abi sane domum;
Iam illo uenturum dicito; propera atque abi.
Demiror quid illaec me ad se arcessi iusserit,
Quae numquam iussit me ad se arcessi ante hunc diem,
Postquam uir abiit eius. Miror quid siet,
Nisi ut periclum fiat; uisam quid uelit.
Sed eccum Pinacium eius puerum. Hoc uide,
Satin ut facete atque ex pictura astitit?
Ne iste edepol uinum poculo pauxillulo
Saepe exanclauit sibi merum scitissume.

PINACIUM. GELASIMUS.

Pinacium

Mercurius, Iouis qui nuntius perhibetur. numquam aeque patri
Suo nuntium lepidum adtulit, quam ego nunc meae erae nuntiabo,
Itaque onustum pectus porto laetitia lubentiaque,
Neque lubet nisi gloriose quicquam proloqui profecto.
Amoenitates omnium uenerum et uenustatum adfero,
Ripisque superat mihi atque abundat pectus laetitia meum,
Propera, Pinacium, pedes hortare, honesta dicta factis;
Nunc tibi potestas adipiscundi est gloriam laudem decus;
Eraeque egenti subueni,

265 abii *C* 266 accerci *BC* 267 accersi*BC* 270 piacium *B*, dinacium *C* 271 Stat ut *A* atqu. ut pictura *A* 273 sub PUER PARASITUS *B*, *om. C* 274 numquid *B* 275 aere *B* 276 honustum *A* libentiaque 277 iubet *A*, libet *BC* proloco *B* 278 uenustatem *A* 279 habundat *B* 280 Propterea *BC* dinacium *C* 282 genti *BC* subueni benefacta malorum tuum

Quae misera in exspectatione est Epignomi aduentum uiri;
Proinde ut decet, uirum suum cupide expetit. Nunc, Pinacium,
Age, ut placet, curre ut lubet; caue quemquam flocci feceris;
Cubitis depulsa de uia, tranquillam concinna uiam.
Si rex obstabit ob uiam, regem ipsum prius peruortito.

Gelasimus

Quidnam dicam Pinacium lasciuibundum currere?
Harundinem fert sportulamque et hamulum piscarium.

Pinacium

Sed tandem opinor aequiust eram mihi esse supplicem
Atque oratores mittere ad me donaque ex auro et quadrigas,
Qui uehar; nam pedibus ire non queo. Ergo non reuortar;
Ad me adiri et supplicari egomet mihi aequom censeo.
An uero nugas censeas nihil*i* esse quod ego nunc scio?
Tantum a portu adporto bonum, tam gaudium grande adfero;
Uix ipsa domina hoc nescia exoptare ab dis audeat.
Nunc ultro id deportem? Haud placet, neque id uiri officium arbitror.
Sic hoc uidetur mihi magis meo conuenire huic nuntio:
Aduorsum ueniat, obsecret se ut nuntio hoc inpertiam.
Secundas fortunas decent superbiae.

---

283 in *om. BC* 284 decet amat uirum nuuc expidi pina cui' *B*, nunc expedi pinacium *C* 285 currere *BC* 287 obstabitor uiam *BC* 288 dicam *om. A* dinacium *C* Lasciuibundum tam lubenter currere *suo versu* (lubentem *A*) 289 hamum *AC* 290 aequiumst *A*, aequius est *BC* 291 dona atque ex *A?* 292 ergo nam *AB*, ego nam *C* 293 adire *A*, iri *BC* censeo aequum *BC* 294 GEL *præmisit C* nihil 295 DIN *præm. C* a *om. BC* hortu *B* 296 nescias *A*, nesi sciat *B*, nisi sciat *C* abdeis *A*, adist *BC* 297 ultro hoc deportem *BC* hau *A* uero *BC* 298 Hic *BC* huc nuncio *BC* 299 Aduersum ut ueniat *BC* imperitiam *C* 300 super uiæ *B*

Sed tandem quom recogito, qui potuit scire haec scire me?
Non enim possum quin reuortar, quin loquar, quin edissertem
Eramque ex maerore eximam, bene facta maiorum meum
Exaugeam atque illam augeam insperato opportuno bono.
Contundam facta Talthybi contemnamque omnis nuntios,
Simulque cursuram meditabor ad ludos Olympios.
Sed spatium hoc, occurrit, breue est curriculo; quam me paenitet.
Quid hoc? Occlusam ianuam uideo. Ibo et pultabo foris.
Aperite atque adproperate, fores facite ut pateant; remouete moram.
Nimis haec res sine cura geritur; uide quam dudum hic asto et pulto.
Somnone operam datis? experiar fores an cubiti ac pedes plus ualeant.
Nimis uellem hae fores erum fugissent, ea causa ut haberent magnum anum;
Defessus sum pultando.
Hoc postremum est: uae uobis.

Gelasimus

Ibo atque hunc conpellabo,
Saluos sis.

Pinacium

Et tu salue.

Gelasimus

Iam tu piscator factu's?

---

302 *om. C* qui me disser te *B* 303 malorum *BC* 304 ex insperato *BC* domo *A*, modo *BC* 305 Thalthubi *A*, talthibi *BC* 306 ad cursuram meditabor me ad olympiæ BC 307 occidit breuest 310 asto es *BC* repulto *A* 311 Sum non *C* an pedes 312 manum magnum 314 uae *om. BC* 315 compello *BC* 316 DIN *C ut in reliquis semper*

Pinacium
Quam pridem non edisti?

Gelastimus
Unde is? quid fers? quid festinas?

Pinacium
Tua quod nihil refert, ne cures.

Gelasimus
Quid istic inest?

Pinacium
Quas tu edes colubras.

Gelasimus
Quid tam iracundu's?

Pinacium
Si in te
Pudor adsit, non me appelles.

Gelasimus
Possum scire ex te uerum?

Pinacium
Potes: hodie non cenabis.

PANEGYRIS GELASIMUS *PINACIUM*

Panegyris
Quisnam obsecro has frangit foris?
Ubi est? Tun haec facis? tun mihi hostis uenis?

Gelasimus
Salue; tuo arcessitu uenio huc.

---

318 dedisti *BC* 319 fes *B* 321 istinc est *BC* tui des *B*. tu uides *C* 322 in *om. A* 325 potest *BC* PANECIRIS *B* PARASITUS *A*, *om. B* *Totum titulum om C* 327 Ubi est? *antecedenti uersu* Tunc *B* tu mihi *A* 328 accersitu *BC* huc *om. A*

Panegyris

Ean gratia foris ecfringis?

Gelasimus

Tuos inclama, tui delinquont; ego quid me uelles uisebam. Nam me equidem harum miserebat.

Pinacium

Ergo auxilium propere latum est.

Panegyris

Quisnam hic loquitur tam prope nos?

Gelasimus

Pinacium.

Panegyris

Ubi is est?

Pinacium

Respice ad me et relinque egentem parasitum, Panegyris.

Panegyris

Pinacium,

Pinacium

Istuc indiderunt nomen maiores mihi.

Panegyris

Quid agis?

Pinacium

Quid agam, rogitas?

Panegyris

Quid ni rogitem?

Pinacium

Quid mecum est tibi?

---

328 PAN *om. A* 330 me *om. BC* quidem *A* miserabant *A* 331 pinacuum *B*, dinacium *C* ubiisst *A* 332 ad *om. BC* med *A* 333 Dinacium *C* PIN *om. A* indideri *B*

Panegyris

Mein fastidis, propudiose? Eloquere propere, Pinacium.

Pinacium

Iube me omittere igitur hos, qui retinent.

Panegyris

Qui retinent?

Pinacium

Rogas?

Omnia membra lassitudo mihi tenet;

Panegyris

Linguam quidem

Sat scio tibi non tenere.

Pinacium

Ita celeri curriculo tui

Propero a portu honoris causa.

Panegyris

Ecquid adportas boni?

Pinacium

Nimio adporto multo tanto plus quam speras.

Panegyris

Salua sum.

Pinacium

At ego perii, quoi medullam lassitudo perbibit.

Gelasimus

Quid ego, quoi misero medullam uentris percepit fames?

Panegyris

Ecquem conuenisti?

---

335 Mihin *A*, Mihi in *BC* 336 retinent rogas *A* 338 *proximo postponit A* fui 339 Prope *A*, Propere *BC* tui honoris domi *A* 340 Nimia *A* parte *A*, inparti *BC* tanta 341 peri *B* medullas *A* 342 misero cui medullas *A*

Pinacium

Multos.

Panegyris

At uirum ecquem?

Pinacium

Plurumos;
Uerum ex multis nequiorem nullum quam hic est.

Gelasimus

Quo modo?
Iam dudum ego istum *impune* patior dicere iniuste mihi.
Praeterhac si me inritassis . .

Pinacium

Edepol esuries male. 346

Gelasimus

Animum inducam ut istuc uerum te elocutum esse arbitrer

Pinacium

Munditias uolo fieri; ecferte huc scopas simulque harundinem,
Ut operam omnem araneorum perdam et texturam inprobam
Deiciamque eorum omnis telas.

Gelasimus

Miseri algebunt postea. 350

Pinacium

Quid? illos itidemne esse censes quasi te cum ueste unica?
Cape illas scopas.

Gelasimus

Capiam.

---

343 ad ecquidem *A* 345 Ian *A* impune *om.* 346 Praeter haec *A* 347 hæc ferte *BC* 349 improbem *B* 350 De hic iamque *B*, Dehinc iamque *C* earum *BC* omneis *A* misere *A*, misera *BC* falgebunt *B*, fulgebant *C* 351 illas itidem *BC* censes esse *A* tectum *C* uestae *A* 352 Capellas *A*

Pinacium

Hoc egomet, tu hoc conuorre.

Gelasimus

Ego fecero.

Pinacium

Ecquis huc ecfert nassiternam cum aqua?

Gelasimus

Sine suffragio
Populi tamen aedilitatem hic quidem gerit.

Pinacium

Age tu ocius
Tinge humum, consperge ante aedis.

Gelasimus

Faciam.

Pinacium

Factum oportuit.
Ego hinc araneas de foribus deiciam et de pariete.

Gelasimus

Edepol rem negotiosam.

Panegyris

Quid sit, nihil etiam scio,
Nisi forte hospites uenturi sunt.

Pinacium

Uos lectos sternite.

Gelasimus

Principium placet de lectis.

---

352 conuerre ego *om. BC* 353 nasciternam *BC* 355 Pinge 356 aranias *B* 358 uos *om.* lecto sternice *B*

Pinacium

Alii ligna caedite;
Alii piscis depurgate, quos piscatu rettuli;
Pernam et glandium deicite.

Gelasimus

Hic hercle homo nimium sapit.

Panegyris

Non ecastor, ut ego opinor. satis erae morem geris.

Pinacium

Immo res omnis relictas habeo prae quod tu uelis.

Panegyris

Tum tu igitur, qua causa missus es ad portum, id expedi.

Pinacium

Dicam. Postquam me misisti ad portum cum luci simul,
Commodum radiosus ecce sol superabat ex mari.
Dum percontor portitores, ecquae nauis uenerit
Ex Asia — negant uenisse — conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me maiorem non uidisse censeo.
In portum uento secundo, uelo passo peruenit.
Alius alium percontamur: 'quoia est nauis? quid uehit?'
Interibi Epignomum conspicio tuum uirum et seruom Stichum.

Panegyris

Hem, quid? Epignomum elocutu's?

Pinacium

Tuum uirum.

Gelasimus

Et uitam meam.

---

359 DIN *C* ali *B* 360 Ali *B* quod *B* piscator atttulit 361 gladium *C* 362 satis *om. C* aere *BC* 364 id *om. BC* 366 radiossus *A* secse *A*, esse *BC* 367 perconctor *BC* potitores *B* 369 Cer curram *C* me *om. A* 371 perconctamur *BC* 372 Interim *BC* seruō ft hichum *B* 373 es locutus *A*

Pinacium

Uenit, inquam.

Panegyris

Tutin ipsus ipsum uidisti?

Pinacium

Ipse ego.

Gelasimus

Hercle uero capiam scopas atque hoc conuorram lubens.

Pinacium

Argenti aurique aduexit nimium.

Gelasimus

Nimis factum bene.

Pinacium

Lanam purpuramque multam.

Gelasimus

Est, qui uentrem uestiam.

Pinacium

Lectos eburatos, auratos.

Gelasimus

Adcubabo regie.

Pinacium

Tum Babylonica et peristroma*ta* tonsilia et tappetia
Aduexit.

Gelasimus

Nimium bonae rei. Hercle rem gestam bene.

---

374 tun eum ipsum *BC* ita ego libens *BC*, lubens *A* 375 *proximo postponitur* conuerram *BC* 376 multum *BC* 377 equi *B*, hem qui *C* 378 accubabor egle *BC* 379 Tam *BC* peristroma ton silla *B*, ton sella *C* tapetia *BC* 380 hercle *om. A*

Pinacium

Post, ùt occepi narrare, fidicinas tibicinas
Sambuc*icin*as aduexit secum forma eximia.

Gelasimus

Eugepae.
Quando adbibero, adludiabo; tum sum ridiculissumus.

Pinacium

Poste unguenta multigenera multa.

Gelasimus

Non uendo logos;
Iam non facio auctionem; mihi optigit hereditas.
Maleuoli perquisitores auctionum perierint.
Hercules, decumam esse adauctam tibi quam uoui gratulor.
Spes est tandem aliquando inportunam exigere ex utero famem.

Pinacium

Post autem aduexit parasitos secum

Gelasimus

Ei, perii miser.

Pinacium

Ridiculissumos.

Gelasimus

Reuorram hercle hoc, quod conuorri modo.
Uenales logi sunt illi, quos negabam uendere.
Ilicet; iam meo malo est quod maleuolentes gaudeant.
Hercules, qui deus sis, sane discessisti non bene.

---

381 Postea *A* fiaicinas *A* 382 Sambucas aduenit *B* exumia *BC* 384 Postea *A*, Post hæc *C* ungenta *A* multigenerum 385 faciam *C* 386 maliuoli auctuonum *B* perierunt *A* 387 Hercoleles *B*, Hercoledes *C* decimam *BC* 388 *om. BC* 389 aduenit *B* secum parasitos *BC* 390 Ridiculosissimos *BC* conuerri 391—93 *leguntur post 396* 391 loci *BC* 392 Ilico et meo *BC*. male uontes *C* audeant *BC* 393 sane qui deos sis discessisses non male *BC*

Panegyris

Uidistin uirum sororis Pamphilae?

Pinacium

Non.

Panegyris

Non adest?

Pinacium

Immo uenisse eum simitu aiebat ille; ego huc citus
Praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.

Panegyris

I intro, Pinacium, iube famulos rem diuinam mihi adparent.
Bene uale.

Gelasimus

Uin administrem?

Panegyris

Sat seruorum habeo domi.

Gelasimus

Enimuero, Gelasime, opinor prouenisti futtile,
Si neque ille adest neque hic, qui uenit, quicquam subuenit.
Ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus:
Nam ni illos homines expello, ego occidi planissume.

EPIGNOMUS. STICHUS.

Epignomus

Quom bene re gesta saluos conuortor domum,
Neptuno grates habeo et tempestatibus,

---

394 Pamphilum *A*, Pamphilippum *BC* # non # adest *BC* 395 Iammo alebant uenisse eum simul sed ego huc *BC* 396 obtabilem *BC* 397 I i intro panacium *BC* lube *B* famulis *A* 400 ueui *A* 401 dicam *A* 404 Neptino *B* gratis *A*

Simul Mercurio, qui me in mercimoniis
Iuuit lucrisque quadruplicauit rem meam.
Olim quos abiens adfeci aegrimonia,
Eos nunc laetantis aduentu faciam meo.
Nam iam Antiphonem conueni adfinem meum
Cumque eo reueni ex inimicitia in gratiam.
Uidete quaeso quid potest pecunia.
Quoniam bene gesta re redisse me uidet
Magnasque adportauisse diuitias domum,
Sine aduocatis ibidem in cercuro, in stega,
In amicitiam atque in gratiam conuortimus.
Et is hodie apud me cenat et frater meus;
Nam heri ambo in uno portu fuimus, sed mea
Hodie soluta est nauis aliquanto prius.
Age abduc*e* hasce intro, quas mecum adduxi, Stiche.

Stichus

Ere, si ego taceam seu loquar, scio scire te
Quam multas tecum miserias mulcauerim.
Nunc hunc diem unum ex illis multis miseriis
Uolo me eleutheriam capere aduenientem domum.

Epignomus

Et ius et aequom postulas; sumas, Stiche.
In hunc diem te nihil moror; abi quo lubet.
Cadum tibi ueteris uini propino.

Stichus

Papae,
Ducam hodie amicam.

Epignomus

Uel decem, dum de tuo.

---

406 Luuit *B* 407 adfectaegrimonia *BC* 408 faciam aduentu 409 Iam iam *A* 410 Qumq. 412 re gesta *BC* rediisse *A* 414 circuloo *A* 416 Et si *BC* 417 hieri *B*, hi heri *C* porto *A*, portus *B* 419 abduc adduxisti *A* 420 siue *A* iscirecte *B* 422 Nunc nunc *B* multis illis *C* 423 eleutheria *A* 424 uis *C* accum *BC* 426 propeino *A*

Stichus

Quid, hoc etiam unum?

Epignomus

Quid id autem *unumst*, expedi.

Stichus

Ad cenam ibone?

Epignomus

Si uocatu's, senseo.

Stichus

Sic hoc placet; roga*re cena*m nihil moror.

Epignomus

Ubi cenas hodie?

Stichus

Sic hanc rationem instititi:
Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo,
Tui fratris ancillam; eo condicam symbolam
Ad cenam ad eius conseruom Sangarium Syrum.
Eadem est amica ambobus; riuales sumus.

Epignomus

Age abduce hasce intro; hunc tibi dedo diem.

Stichus

Meam culpam habeto, nisi probe excruciauero.
Iam hercle ego per hortum ad amicam transibo meam
Mihi hanc occupatum noctem; eadem symbolam
Dabo et iubebo ad Sangarium cenam coqui,
Aut egomet ibo atque opsonabo opsonium.
Sangarius quom iam hic aderit cum domino suo,
Seruos homo quibus . . . . . eram cenam m . . .

428—30 *om. BC* 428 Quod autem . . . . . . expedi 429 ibonisi 430 roga . . . . . . m 431 hodie si hanc *BC* instite *A*, instit *BC* 432 spephanium *BC* 433 ancillulam *A* condici in *BC*, conduxi in *A* simbolam *BC* 434 sangarinum sirum *BC* 435 Eadest *A* ambabus *C* simus *BC* 436 abduc eas *BC* 437 pro *B*, per *C* 438 ortum amicam *BC* 439 simbolam *BC* 440 ludebo *B* sangarinum 441 egomet *om. A* 442—46 *om. BC* 442 Sangerinus cum cu 443 Seruushomoquibus. . . . eramcenammea

Aduorsitores duo cum uerberibus decet
Dari uti iam uerberabund*i e*um abducant domum.
Parata res faciam ut sit; egomet me moror.
Atque id ne uos miremini, homines seruolos
Potare amare atque ad cenam condicere;
Licet hoc Athenis nobis. Sed quom cogito,
Potius quam inuidiam inueniam, est etiam hic ostium
Aliud posticum nostrarum harunc aedium;
[Posticam partem magis utuntur aedium]
Ea ibo opsonatum atque eadem referam opsonium;
Per hortum utroque conmeatus continet.
Ite hac secundum uos. Ne ego hunc lacero diem.

GELASIMUS. EPIGNOMUS.

Epignomus

Libros inspexi; tam confido quam potis
Me meum optenturum regem ridiculis logis.
Nunc interuiso, iamne a portu aduenerit,
Ut eum aduenientem meis dictis deleniam.

Epignomus

Hic quidem Gelasimus est parasitus, qui uenit.

Gelasimus

Auspicio hodie optumo exiui foras.
Mustella murem abstulit praeter pedes;
Bona scaeua obscaeuauit; spectatum hoc mihi est;

---

445 uerberabundum 447 hominis *BC* seruoli *A* 448 Putare *BC* 449 haec 450 indiuidiam *BC* inueniem *A* hostium *AC* 451 Aliud autem *C* harunce *B*, harum *C* 452 *om. A* 453 Ea *om. A* atque *om. BC* 454 hur tu *B* conuenit *A* 455 Ita *BC* uosmet ego *A*, uos me ego *BC* 456 potist *BC* 457 ridiculis meis *BC* 459 deliniam *BC* 463 Quom *A*, Cum *BC* strena hic *BC*

Nam ut illa uitam repperit hodie sibi,
Item me spero facturum. augurium ac facit.
Epignomus hic quidem est qui astat; ibo atque adloquar.
Epignome, ut ego te nunc conspicio lubens!
Ut prae laetitia lacrumae prosiliunt mihi!
Ualuistin usque?

Epignomus

Sustentatum est sedulo.

Gelasimus

Propino tibi salutem plenis faucibus.

Epignomus

Bene atque amice dicis. Di dent quae uelis.

Gelasimus

* * * * * * * *

Epignomus

Cenem illi apud te?

Gelasimus

Quoniam saluos aduenis.

Epignomus

Locata est opera nunc quidem; tam gratia est.

[*Gelasimus*

Promitte.

Epignomus

Certum est.

Gelasimus

Sic face, inquam.

Epignomus

Certa res.

---

465 hac *BC* 468 præsilliunt *BC* 469 seduo *BC* 470 *proximo postponunt BC* 471 amicae *A* 472 *non extat* 473 te quoniam 474 Uocata est *BC* gratiam *BC* 475 facies *A*, fac *BC*

Gelasimus

Lubente me hercle facies.

Epignomus

. Idem ego istuc scio.

Quando usus ueniet, fiet.

Gelasimus

Nunc ergo usus est.

Epignomus

Non edepol possum.

Gelasimus

Quid grauare?

Epignomus

Censeas:

Gelasimus

Nescio quid uero habeo in mundo.

Epignomus

I modo.]

Alium conuiuam quaerito tibi in hunc diem.

Gelasimus

Quin tu promittis?

Epignomus

Non grauer, si possiem.

Gelasimus

Unum quidem hercle certo promitto tibi:
Lubens accipiam certo, si promiseris.

Epignomus

Ualeas.

Gelasimus

Certumne est?

Epignomus

Certum; cenabo domi.

---

476 Iubente *B* hercle me faciest *A* 477 usust *A* 478 grauari *A* EP. *om.* 479 mundo i 480 tibi *om.* *BC* 482 certum *BC* 584 certum est *BC*

Gelasimus

Quando quidem tu ad me non uis promittere,
[Sed quoniam nihil processit, at ego hac iero
Apertiore magis uia; ita plane loquar.]
Uin ad te ad cenam ueniam?

Epignomus

Si possim, uelim;
Uerum hic apud me cenant alieni nouem.

Gelasimus

Haud postulo equidem me*d* in lecto adcumbere;
Scis tu me esse uni subselli uirum.

Epignomus

At ei oratores sunt populi, summi uiri;
Ambracia ueniunt huc legati publice.

Gelasimus

Ergo oratores populi summates uiri
Summi adcubent, ego infimatis infimus.

Epignomus

Haud aequom est te inter oratores accipi.

Gelasimus

Equidem hercle orator sum, sed procedit parum.

Epignomus

Cras de reliquiis nos uolo; multum uale.

Gelasimus

Perii hercle uero plane, nihil obnoxie.
Uno Gelasimo minus est quam dudum fuit.
Certum est mustelae posthac numquam credere;

---

485 tuam non *BC* 486—87 *om. BC* 490 Hau *A* quidem *A* me 492 ii *BC* 493 Ambraccia *BC* pullice *B* 495 accumbent *BC*, incubabunt *A* 496 orationes *C* accepi *A* 498 reliquis *BC* 499 Peri *BC* 500 *post 504 habet B*

Nam incertiorem nullam noui bestiam.
Quaene eapse deciens in die mutat locum,
Ea ego auspicaui in re capitali mea?
Certum est amicos conuocare, ut consulam
Qua lege nunc me essurire oporteat.

ANTIPHO. PAMPHILIPPUS. EPIGNOMUS.

Antipho

Ita me di bene ament measque mihi seruassint filias,
Ut mihi uolup est, Pamphilippe, quia uos in patriam domum
Rediisse uideo bene gesta re ambos, te et fratrem tuum.

Pamphilippus

Satis abs te accipiam, nisi uideam mihi te amicum esse, Antipho;
Nunc quoniam mihi amicum experior esse, credetur tibi.

Antipho

Uocem ego te ad me ad cenam, frater tuus ni dixisset mihi
Te apud se cenaturum esse hodie, quom me ad se ad cenam uocat.
Et magis par fuerat me uobis dare cenam aduenientibus,
Quam me ad illum promittere, nisi nollem ei aduorsarier.
Nunc me gratiam abs te inire uerbis nihil desidero;
Cras apud me eritis et tu et illc cum uostris uxoribus.

Pamphilippus

At apud me perendie; nam ille heri me iam uocauerat
In hunc diem. Sed satne ego tecum pacificatus sum, Antipho?

---

502 nulla *B* 503 Quaeneatest *A*, Quaenet ipsa *BC* 504 Eam *C*, *om. A* ego auspicabi *A* capitati *A* 506 esurire *BC* ANTIPHON EPIGNOMUS *B*, *om. C* 507 mihi bene seruassint (serua sint *B*) 509 Redisse *BC* 511 quia te amicum mihi *BC* creditur *BC* 512 nisi *BC* 513 Se *A* ad ee *B*, ad esse *C* 514 dare uobis *BC* 515 me ad illud *C*, mea diliit *B* 518 Eat *BC* 519 satin

Antipho

Quando ita rem gessistis, ut uos uelle amicos addecet,
Pax commersque est uobis mecum; nam hoc tu facito ut cogites:
Ut quoique homini res parata est, perinde amicis utitur.
Si res firma est, firmi amici sunt; si res laxe labat,
Itidem amici conlabascunt; res amicos inuenit.

Epignomus

Iam redeo. Nimia est uoluptas, si diu afueris domo,
Domum ubi redieris, si ibi nulla est aegritudo animo ob uiam.
Nam ita me absente familiarem rem uxor curauit meam:
Omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum.
Sed eccum fratrem Pamphilippum incedit cum socero suo.

Pamphilippus

Quid agitur, Epignome?

Epignomus

Quid tu? quam dudum in portum uenis?

Pamphilippus

Huc longissume postilla.

Epignomus

Iam iste est tranquillus tibi?

Antipho

Magis quam mare, quo ambo estis uecti.

Epignomus

Facis ut alias res soles.
Hodiene exoneramus nauem, frater?

---

520 uti *BC* uellem *BC* amicosque *A*, amicos atque *BC* 521 commercique *BC* nam *om.* *A* 522—23 parata est firmi *BC* 523 lassalabat *B*, lassæ labant *C* 525 est uoluptas est *B*, est uoluptast *C* adomo *BC* 526 Domum si redieris *BC* tibi 527 absentem *BC* 528 aegritudinem *A*, agritudinum *B* 529 quom *B* socere *C* 531 postilla # iam *A*, postilla iam *BC* 532 quod *A*, qua *C*, *om.* *B* 533 Hodie *A*

Pamphilippus

Clementer uolo;
Nos potius oneremus nosmet uicissatim uoluptatibus.
Quam mox cocta est cena? inpransus ego sum.

Epignnmus

Abi intro ad me et laua.

Pamphilippus

Deos salutatum atque uxorem modo intro deuortor domum.
Haec si ita ut uolo conficio, continuo ad te transeo.

Epignomus

Apud nos eccillam festinat cum sorore uxor tua.

Pamphilippus

Optume est; iam istuc morai minus erit; iam ego apud te ero.

Antipho

Prius quam abis, praesente *te* huic apologum facere unum uolo.

Pamphilippus

Maxume.

Antipho

Fuit olim, quasi ego sum, senex. Ei filiae
Duae erant, quasi nunc meae sunt; eae erant duobus nuptae fratribus,
Quasi nunc meae sunt uobis.

Pamphilippus

Miror quo euasurust apologus.

Antipho

Erant minori illi adulescenti fidicinae et tibicinae;

---

534 Nosmet *BC* onoremus *B* 535 coactaes *BC* 537 *om. BC* 538 nossicillam *A*, nos ex illa *B*, nos hec illa *C* 539 Optumest *A*, Optumum est *BC* istoc morae 540 presentet huic agere 544 Aere *BC* ei *A* fidicina et tibicina

Peregre aduexerat, quasi nunc tu. Sed ille erat caelebs senex,
Quasi ego nunc sum.

Pamphilippus

Perge porro. Praesens hic quidem est apologus.

Antipho

Deinde senex ille illi dixit, quoius era*n*t tibicina*e*,
Quasi ego nunc tibi dico:

Pamphilippus

Ausculto atque animum aduorto sedulo.

Antipho

'Ego tibi meam filiam bene quicum cubitares dedi;
Nunc mihi reddi ego aequom esse abs te quicum cubitem censeo.'

Pamphilippus

Quis istuc dicit? an ille quasi tu?

Antipho

Quasi ego nunc dico tibi.
„Immo duas dabo" inquit ille adulescens, „una si parum est;
Et si duarum paenitebit" inquit, „addentur duae".

Pamphilippus

Quis istuc, quaeso? An ille quasi ego?

Antipho

Is ipse quasi tu. *Tum* senex
Ille quasi ego 'si uis' inquit, 'quattuor sane dato,
Dum quidem hercle quod edant addas, meum ne contru*n*cent cibum.'

545 caeleps *AC*, celep *B* 546 perge obsecro presens *C* 547 erat tibicina 549 cupitares *C* 550 abs te *om.* *A* cupitem *C* 551—52 quasi tu . . . inquit *om.* *B* 552 inquid *A* 553 inquid *C* 554 tum *om.* 555 suus 556 Dum equem *B*, Dum equidem *C* contrucent

Pamphilippus

Uidelicet parcum fuisse illum senem, qui *id* dixerit.
[Quoniam ille illi pollicetur, qui eum cibum poposcerit.]

Antipho

Uidelicet non fuisse illum aequom adulescentem, qui ilico,
Ubi ille poscit, denegauit dare se granum tritici.
Hercle qui aequom postulabat ille senex, quando quidem
Filiae ille dederat dotem, accipere pro tibicina.

Pamphilippus

Hercle ille quidem certo adulescens docte uorsutus fuit,
Qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.

Antipho

Senex quidem uoluit, si posset, indipisci de cibo;
Quia nequit, qua lege licuit uelle dixit fieri.
„Fiat" ille inquit adulescens. 'Facis benigne' inquit senex.
'Habeon rem pactam?' inquit. „Faciam ita" inquit „ut fieri uoles."
Sed ego ibo intro et gratulabor uostrum aduentum filiis.
Poste ibo lautum in pyelum; ibi fouebo senectutem meam;
Post ubi laucro, otiosus uos opperiar adcubans.

Pamphilippus

Graphicum mortalem Antiphonem, ut apologum fecit fabre.
Etiam nunc scelestus *se* esse ducit pro adulescentulo.
Dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet senem;
Namque edepol aliud quidem illi quid amica opus sit nescio.
Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam ualet?

557 illum fuisse id *om.* 559 nequam adulescentiā 561 quia equum 562 illæ 563 suit *C* 564 Quis enim *C* 566 nequid *C* 567 afacis *B* inquid *B* 568 factam inquid ut 570 Postea ibo lauatum in pilum 571 accumbans 572 quam fabre 573 It iam *B*, Id iam *C* 574 acentet *B*, accendet *C* 575 opos sit *B*, possit *C*

Epignomus

Uidi edepol hominem haud perdudum.

Pamphilippus

Quid agit?

Epignomus

Quod famelicus.

Pamphilippus

Quin uocasti hominem ad cenam?

Epignomus

Ne quid aduenieus perderem.
Atque eccum tibi lupum in sermone; praesens esuriens adest.

Pamphilippus

Ludificemur hominem.

Epignomus

Capti consili memorem mones.

GELASIMUS. PAMPHILIPPUS. EPIGNOMUS.

Gelasimus

[Sed id quod occepi narrare uobis: quom hic non adfui]
Cum amicis deliberaui iam et cum cognatis meis.
Ita mihi auctores fuere, ut egomet me hodie iugularem fame.
Sed uideone ego Pamphilippum cum fratre Epignomo? Atque is est.
Adgrediar hominem. Sperate Pamphilippe, o spes mea,
O mea uita, o mea uoluptas, salue. Saluom gaudeo
Peregre te in patriam redisse.

577—78 haud . . . hominem *om. B* 577 hominem ad cænam # Quid agit *C* 578 perdedere *B* 579 ectum *B* 580 consilii *C* 581 Sed ita quod 584 pignomo 587 rediisse ***A***

Pamphilippus

Credo. Salue, Gelasime.

Gelasimus

Ualuistin bene?

Pamphilippus

Sustentatum est sedulo.

Gelasimus

Edepol gaudeo.
Edepol ne ego nunc mihi medimnum mille esse argenti uelim.

Epignomus

Quid eo tibi opust?

Gelasimus

Hunc hercle ad cenam ut uocem, te non uocem.

Epignomus

Aduorsum te fabulare.

Gelasimus

Illud quidem 'ambos ut uocem'.
Et equidem si *essent*, *be*nigne uos inuitassem domum
Ad me; sed *mi*hi *deliciarum* nihil est, atque hoc scitis uos.

Epignomus

Edepol te uocem lubenter, si superfiat locus.

Gelasimus

Quin tu*m* stans obstrusero aliquid strenue.

Epignomus

Immo unum hoc potest,

---

587 saluum # salue *BC* 588 sustentaui *BC* 589 ego nunc mihi mediumnum *A*, egomet medediā n̄c *B*, egomet mihi mediam nunc *C* uelim argenti *C* 590 tibi *om.* *C* opus est *BC* ad cenam hercle *BC* 591 fabulare illud *BC* 592—93 *om.* *BC* 592 si.......... icne 493 sed..hins..c.....nihil 595 tu obstusero *C*

Gelasimus

Quid?

Epignomus

Ubi conuiuae abierint, tum ut uenias.

Gelasimus

Uae aetati tuae.

Epignomus

Uasa lautum, non ad cenam dico.

Gelasimus

Di te perduint.

Quid ais, Pamphilippe?

Pamphilippus

Ad cenam hercle alio promisi foras.

Gelasimus

Quid, foras?

Pamphilippus

Foras hercle uero.

Gelasimus

Qui malum tibi lasso lubet
Foris cenare? Itane tu censes? Iuben domi cenam coqui
Atque ad illum renuntiari?

Pamphilippus

Solus cenabo domi? 601

Gelasimus

Non enim solus; me uocato.

Pamphilippus

At ille ne suscenseat,
Mea qui causa sumptum fecit.

---

596 abirent *BC* ut tum *A*, tum *BC* 597 Una *BC* perdunt *BC* 598 agis 599 quid malum lasso *A* 600 utrum tu *BC*, .t.umtu *A* iubentu domi *A* 601 cenaui *A* 603 suptum *B*

Gelasimus

Facile excusari potest.
Mihi modo ausculta: iube cenam domi coqui.

Epignomus

Non me quidem
Faciet auctore, hodie ut illum decipiat.

Gelasimus

Non tu hinc abis?
Nisi me non perspicere censes quid agas. Caue sis tu tibi;
Nam illic homo tuam hereditatem inhiat quasi esuriens lupus.
Non tu scis quam adflictentur homines noctu hic in uia?

Pamphilippus

Tanto pluris, qui defendant, ire aduorsnm iussero.

Epignomus

Non it, non it, quia tanto opere suades ne ebitat.

Gelasimus

Iube
Domi mihi tibi tuaeque uxori celeriter cenam coqui.
Si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore.

Pamphilippus

Per hanc tibi cenam incenato, Gelasime, esse hodie licet.

Gelasimus

Ibisne ad cenam foras?

Pamphilippus

Apud fratrem ceno in proxumo.

Gelasimus

Certumne est?

Pamphilippus

Certum.

Gelasimus

Edepol te hodie lapide percussum uelim.

---

604 domi cenam *A* Num *B* 607 tum *BC* 608 quam efflictentur 609 plureis *A* 610 ne tu ebitas *A* 611 tibique *A* 615 Cestum *C*

Pamphilippus

Non metuo; per hortum transibo, non prodibo in publicum.

Epignomus

Quid ais, Gelasime?

Gelasimus

Oratores tu accipis; habeas tibi.

Epignomus

Tua pol refert.

Gelasimus

Enim si quidem mea refert, opera utere.

Epignomus

Posse edepol tibi opinor etiam uni locum concedier,
Ubi adcubes,

Pamphilippus

Sane faciundum censeo.

Gelasimus

O lux oppidi.

Epignomus

Si arte poteris adcubare.

Gelasimus

Uel inter cuneos ferreos.
Tantillum loculi ubi catellus cubet, id mihi sat erit loci.

Epignomus

Exorabo aliquo modo; ueni.

Gelasimus

Hucine?

Epignomus

Immo in carcerem.
Nam hic quidem genium meliorem tuum non facies. Eamus, tu.

617 agis *AC* accipias *A* 618 enim uero si quidem *A* 619 condib . . . *A*, conspicor *BC* 622 loci *BC* saterest *BC*, satcres est *A* 624 meliorem genium *BC*

Pamphilippus

Deos salutabo modo; poste ad te continuo transeo.

Gelasimus

Quid igitur?

Epignomus

Dixi equidem in carcerem ires.

Gelasimus

Quin si iusseris,
Eo quoque ibo.

Epignomus

Di inmortales, hic quidem pol summam in crucem
Cena aut prandio perduci potest.

Gelasimus

Ita ingenium meum est:
Quicumuis depugno multo facilius quam cum fame.
Non ego isti apud te *satis feliciter quidquid dabas*
Conficiebam?

Epignomus

Satis spectata est mihi iam tua felicitas.
Dum parasitus mihi atque fratri fuisti, rem confregimus.
Nunc ego nolo ex Gelasimo mihi fieri te Catagelasimum.

Gelasimus

Iamne abierunt? Gelasime, uide, quid capturu's consili.
Egone? Tu ne. Mihine? Tibi ne. Uiden ut annona est grauis?
Uiden benignitates hominum ut periere et prothymiae?
Uiden ridiculos nihili fieri atque ipsos parasitarier?

---

625 domo *A* postea *BC* contenuo *A* 626 quin iusseris *BC* 627 dii *BC* iusum ma in *B*, uisumma in *C* 628 potis est *A* 630—31 *uno versu omnes*; A *proximo postponit.* ista *A* apute *B* satis .... conficiebam *om.* 633 nollo e *BC* fieri *om. BC* 634 abisti *BC* quid es capturus consilii *BC*, nunc consilio capto opust *A* 635 uides 636 Uides *BC* ut *om. BC* perierint *A* prothimiae *BC* 637 Uides *BC* mihili *C*

Numquam edepol me uiuom qisquam in crastinum inspiciet diem;
Nam mihi iam intus potione iuncea onerabo gulam
Neque ego hoc committam, ut me esse homines mortuum dicant fame.

STICHUS.

More hoc fit atque stulte mea sententia:
Si quem hominem exspectant, eum solent prouisere,
Qui hercle illa causa ocius nihilo uenit.
Idem ego nunc facio, qui prouiso Sangarium,
Qui nihilo citius ueniet tamen haec gratia.
Iam hercle ego decumbam solus, si ille huc non uenit.
Cadum modo hinc a me huc cum uino transferam;
Postea decumbam; quasi nix tabescit dies.

SANGARIUS. STICHUS.

Sangarius

Saluete Athenae, quae nutrices Graeciae;
Erilis patria, *salue*; *ut* te uideo lubens.
Sed amica mea et conserua quid agat Stephanium,
Curae est ut uideam; nam Sticho mandaueram
Salutem ut nuntiaret atque ei diceret
Me hodie uenturum, ut cenam coqueret temperi.
Sed Stichus est hic quidem.

638 prospiciet *C* 639 uincea *B* oneradȯ *A* gilam *BC* 640 me esse omnes mortuum *A*, homines mortuum me *BC* 641 st utte *B*, ē uitæ *C* 643 nihil otius *BC* 644 sangarinum 645 nihil ocius *BC* 647 cum *om. C* 648 accumbam qua senex ...GARIO STHICHUS *B*, *om. C* 650 Terra erilis patria te 652 Cura est ut ualeat 653 ei ut diceret

Stichus

Fecisti, ere, facetias,
Quom hoc donauisti dono tuum seruom Stichum.
Pro di inmortales, quot ego uoluptates fero,
Quot risiones, quot iocos, quot sauia,
Saltationes, blanditias, prothymias.

Sangarius

Stiche, quid fit?

Stichus

Euge, Sangarie lepidissume,
Fero conuiuam Dionysum mihique et tibi.
Namque edepol cena cocta est; locus liber datust
Mihi et tibi apud uos; nam apud nos est conuiuium.
Ibi uoster cenat cum uxore adeo et Antipho;
Ibidem erus est noster; hoc mihi dono datum est.

Sangarius

Quis somniauit aurum?

Stichus

Quid id ad te attiuet?
[Proin tu lauare propera.

Sangarius

Lautus sum.

Stichus

Optume.
Sequere ergo hac me intro.

Sangarius

Ego uero sequor.]

Stichns

Uolo eluamus hodie peregrina omnia.
In reliquom Athenas nunc colamus. Sequere me.

---

657 quod ferro *C* 658 Quorisionis quod locos quod suauia *B* 660 Stiche # hem # quid sangarine lipidissume *C* 661 dionisum 662 dicta est datus est 664 ante pho *B* 565 dona *C* 670 Relinque

Sangarius

Sequor, et domum redeunti principium placet;
Bona scaeua strenaque ob uiam occessit mihi.

STEPHANIUM.

Mirum uideri nemini uostrum uolo, spectatores,
Quid ego hinc, quae illic habito, exeam; faciam uos certiores.
Domo dudum huc arcessita sum; *nam* quoniam nuntiatum est
Ipsarum uenturos uiros, ibi festinamus omnes;
Lectis sternendis studuimus munditiisque adparandis.
Inter illud tamen negotium meis curaui amicis
Sticho et conseruo Sangario meo cena cocta ut esset.
Stichus opsonatust; ceteram ego curam mihi adlegaui.
Nunc ibo hinc et amicos meos curabo hic aduenientis.

SANGARIUS. STICHUS. TIBICEN.

Sangarius

Agite ite foras; ferte pompam. Cado te praeficio, Stiche.
Omnibus modis temptare certumst nostrum hodie conuiuium.

Stichus

Ita me di ament, lepide accipimur, quom hoc recipimur in loco.
Quisquis praetereat, comissatum uocari conuenit.

671 redeundi 672 obulam mihi stephanium 675 nam *om.* 676 Istarum omnis 677 fliduimus *C* 679 saugarino 680 ceterum ego curando id adlegaui *B* 681 hinc *om. A* aduenienteis *A* SANGARINUS STICHUS TIBICINA *A*, *om. BC* 682 perficio stichæ *C* 683 tempere *C* certum si 684 amant *C* accipiamur qm hoc recipiamur 685 commissatum uolo uocari ⌗ conuenit

Sangarius

Dum quidem hercle, quisque *ueniet*, ueniat cum uino suo;
Nam hinc quidem polluctura hodie praeter nos dabitur nemini.

Stichus

Nosmet inter nos ministremus monotrophi. Hoc conuiuium est
Pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis,
Oleae interiplio, lupillo conminuto, crustulo.
Satiust seruo homini modeste facere sumptum quam ampliter.
Suum quemque decet. Quibus diuitiae domi sunt, scaphiis, cantharis,
Batiocis bibunt; at nos nostro Samiolo poterio
Tametsi bibimus, tamen eclicimus pro opibus nostra moenia.

Sangarius

Age dic, uter utrubi adcumbamus?

Stichus

Abi tu sane superior.
Atque adeo ut tu scire possis, pacto ego tecum hoc diuido:
Vide, utram tibi lubet etiam nunc capere; *eam* cape prouinciam.

Sangarius

Quid istuc est prouinciae?

Stichus

Utrum Fontine an Libero
Inperium te inhibere mauis?

Sangarius

Nimio liquido Libero.

---

686 ueniet *om.* 687 hodie pollectura praeter nos iactura nemini dabitur *C* 688 monotrophe 691 Sat est modeste melius facere 692 scaphio et *A*, caphio et *BC* 693 Batiochis *AB*, batiohis *C* uiunt *A*, bibum *B* ad 694 Tamen uiuimus nos tamen 695 Amica uter abiitusane *B* 696 uitu *C* facto hoc tecum *AC* 697capere cape *BC*, capere *A* 698 fontale

Sed amica mea et tua dum cunctat dumque se exornat, nos uolo
Ludere inter nos. Strategum te facio hu*i*c conuiuio.

Stichus

Nimium lepide in mentem uenit. Potius quam in subsellio
† Cynice accipimur quam in lecticis.

Sangarius

Immo enim hic magis est dulcius.
Sed interim, stratege noster, cur hic cessat cantharus?
Uide, quot cyathos bibimus.

Stichus

Tot quot digiti tibi sunt in manu.
Cantio Graeca est: *ἢ πέντ᾽ ἢ τρία πῖν᾽ ἢ μὴ τέτταρα.*

Sangarius

Tibi propino, decumam a fonte tibi tute inde, si sapis.
Bene uos; bene nos; bene te; bene me; bene nostram etiam Stephanium.
Bibe, si bibis.

Stichus

Non mora erit apud me.

Sangarius

Edepol conuiui sat est.
Modo nostra huc amica accedat! Id abest; aliud nihil abest.

Stichus

Lepide hoc actum est, tibi propino cantharum. Uinum tu habes.

---

700 cenat *B*, cænat *C* 701 Tamen ludere huc 702 in mente *BC* 703 Cynice hic accipimur *A* enim nimium hic dulcius *A* 704 stratage *C* 705 Uide quod *BC* quod B sunt tibi *C* 706 graecast *A*, est greca *BC* cæpente pine et trispine cinet et tara *B*, cepente pine et trispine emet ettara *C*, *om.* *A* 707 decumum *A*, decum *C* tibite *A* 708 Bene uos bene uos *B* 709 Bibes

Sangarius

Nimis uellem aliquid pulpamenti.

Stichus

Si horum quae adsunt paenitet,
Nihil est. Tene aquam.

Sangarius

Melius dice; nihil moror cuppedia.
Bibe, tibicen, *tibi dico*. Bibendum hercle hoc est; ne nega.
Quid hic fastidis quod faciundum uides esse tibi? quin bibis?
Age si quid agis. Accipe inquam: non hoc † inpendet publicum.
Haud tuum istuc est uereri te; eripe ex ore tibias.

Stichus

Ubi illic biberit, uel seruato meum modum uel ego dabo.
Nolo ego nos prosum *hoc* ebibere; nulli rei erimus postea.
Namque edepol quamuis desubito uel cadus uorti potest.
Quid agitur? Quamquam grauatus fuisti, non nocuit tamen.
Age tibicen, quando bibisti, refer ad labeas tibias;
Suffla celeriter tibi buccas quasi proserpens bestia.

Sangarius

Age dum, Stiche: uter demutassit, poculo multabitur.

Stichus

Bonum ius dicis; inpetrare oportet qui aequom postulat.

Sangarius

Age ergo obserua; si peccassis, multam hic retinebo ilico.

---

712 pulpulmenti 713 teni dicis cuppedia 714 tibicen age si quid agis bibendum 716 inpendit *C* 717 Aut te uereri 718 uel tu dabo 719 Nollo prosumo bibere *B*, prosummo bibere *C* relerimus *C* 720 quam uide subito 721 nun *C* 722 refers 723 Sufla *B* proserrens 724 ute *C* proculo *B*, procul *C* mutabitur 725 uis *C* aecū *B* 726 sipecassis multa *C*

Stichus

Optumum atque aequissumum oras. Em tibi hoc primum omnium:
Haec facetia est, amare inter se riualis duos,
Uno cantharo potare, unum scortum ducere.
Hoc memorabile est: ego tu sum, tu es ego; uni animi sumus.
Unam amicam amamus ambo; mecum ubi est, tecum est tamen;
Tecum ubi autem est, mecum ibi autem est; neuter *ne*utri inuidet.

Sangarius

Ohe, iam satis; nolo optaedescat; alium ludum nunc uolo.

Stichus

Uin amicam huc euocemus? ea saltabit.

Sangarius

Censeo.

Stichus

Mea suauis amabilis amoena Stephan*i*um, ad amores tuos
Foras egredere; satis mihi pulcra es.

Sangarius

At enim *mihi* pulcerruma.

Stichus

Fac nos hilaros hilariores opera atque aduentu tuo.

Sangarius

Peregre aduenientes te expetimus, Stephaniscidium, mel meum,
Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus.

227 hem 732 Tecum autem ubi est *C* autem ibi *C* utri 733 nollo obcedescat *C* ali ut 735 stephanum 736 mihi *om.* 738 expectimus stephaniscidunm *C* 739 sumus stephanium

STEPHANIUM. EIDEM.

Stephanium

Morem geram, meae deliciae; nam ita me Uenus amoena amet,
Ut ego huc iam dudum simitu exissem uobiscum foras,
Nisi me uobis exornarem; nam ita est ingenium muliebre:
Bene quom lauta tersa ornata ficta est, infecta est tamen,
Nimioque sibi mulier meretrix repperit odium ocius
Sua inmunditia, quam in perpetuum ut placeat munditia sua.

Stichus

Nimium lepide fabulata est.

Sangarius

Ueneris mera est oratio.

Stichus

Sangarie.

Sangarius

Quid est?

Stichus

Totus doleo.

Sangarius

Totus? tanto miserior.

Stephanium

Utrubi adcumbo?

Sangarius

Utrubi tu uis?

Stephanium

Cum ambobus uolo; nam ambos amo.

Stichus

Uapulat peculium; actum est; fugit hoc libertas caput.

Titulus om. 740 Morem uobis geram 741 hic sim aduexissem *C* 742 muliebrem *B* 743 lauta est 747 sangarine deleo *C* potus 748 Utrū ubi *B*, Utrum tibi *C* accubo *C* utrū ubi ius *C* ambabus *C* ambosomo *B* 749 capud

Stephanium

Date mihi locum ubi adcumbam, amabo, si quidem placeo.

Stichus

Tun mihi?

Stephanium

Cupio cum utroque esse mihi bene.

Stichus

Dispereo. Quid ais?

Stephanium

Quid est?

Stichus

Ita me di ament, numquam enim fiet hodie haec quin saltet tamen.
Age, mulsa mea suauitudo, salta; saltabo ego simul.

Sangarius

Numquam edepol me istoc uinces, quin ego ibidem pruriam.

Stephanium

Si quidem mihi saltandum est, tum uos date bibat tibicini.

Sangarius

Et quidem nobis. Tene, tibicen, primum; postidea loci,
Si hoc eduxeris, proinde ut consuetu's antehac, celeriter
Lepidam et suauem cantionem aliquam occipito cinaedicam,
Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis. Inde huc aquam.
Tene tu hoc; educe — dudum *haud* placuit potio;
Nunc minus grauate iam accipit — tene. Tu interim,
Meus oculus, da mihi sauium, dum illic bibit.
Pro stipula est tandem stanti stantem sauium
Dare amicum amicae.

Stichus

Euge, euge; sic furi datur.

---

750 tum *C* 751 utroque ei mihi quid ego 752 fiet qui n̄ saltent 754 pluriam *B* 757 eduxerit 758 cantationem occipio cynedicam 760 haud *om.* 761 orauate *C* 762 suauium 763 Prostibiles tandem *B*, prostipiles tandem *C* stantis autū *B*, stantis autem *C* 764 Fuge euge *C* *Post* 764 *leguntur:* Quidicitur quamquam grauatus non (num *B*) nocuit (nocui *C*) tamen

Age, iam infla buccas; nunc iam aliquid suauiter!
Redde cantionem ueteri pro ui*no* nouam.
Qui Ionicus aut cinaedicus, qui hoc tale facere possit?
Si istoc me uorsu uiceris, alio me prouocato.

Sangarius

Fac tu hoc modo.

Stichus

At tu hoc modo.

Sangarius

Babae.

Stichus

Tatae.

Sangarius

Papae.

Stichus

Pax.

Sangarius

Nunc pariter ambo. Omnis uoco cinaedos contra. *Saltus*
Satis esse nobis non magis potis est quam fungo imber.

Stichus

Intro hinc abeamus nunc iam; saltatum satis pro uino est.
Uos, spectatores, plaudite atque ite ad uos comissatum.

---

765 bucas *B* 766 ui 767 cænedicus *B*, ceuydicus *C* possiet 769 tate *B*, tata *C* 770 cinaedus *B*, cynedus *C* saltus *om.* 771 Statis *C* fingo *C* 773 ad nos

TRINUMMUS.

ARGUMENTUM.

Thensaurum abstrusum abiens peregre Charmides
Remque omnem amico Callicli mandat suo.
Istoc absente male rem perdit filius;
Nam et aedis uendit; has mercatur Callicles.
Uirgo indotata soror istius poscitur.
Minus quo cum inuidia ei det dotem Callicles,
Mandat qui dicat aurum ferre se a patre.
Ut uenit ad aedis, hunc deludit Charmides
Senex, ut rediit; quoius nubunt liberi.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergenis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

1 abe ens *B* 4 mercator callides *B* 6 cocū *B* dotum *C* 7 sese 9 nubunt cri *B*, nubunturire *C*

PERSONAE FABULAE.

Luxuria cum Inopia, Prologus
Α *Megaronides senex*
Β *Callicles senex*
Γ *Lysiteles adulescens*
Δ *Philto senex*
Є *Lesbonicus adulescens*
Η *Stasimus seruos*
Θ *Charmides senex*
Χ *Sycophanta.*

PROLOGUS.

LUXURIA. INOPIA.

Luxuria

Sequere hac me, gnata, ut munus fungaris tuum.

Inopia

Sequor; sed finem fore quem dicam nescio.

Luxuria

Adest. Em illae sunt aedes; i intro nunc iam.
Nunc, ne quis erret uostrum, paucis in uiam
Deducam, si quidem operam dare promittitis.
Nunc igitur primum quae ego sim et quae illaec siet,
Huc quae abiit intro, dicam, si animum aduortitis.
Primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit;
Tum hanc mihi gnatam esse uoluit Inopiam.
Sed ea huc quid intro ierit inpulsu meo,
Accipite et date uaciuas auris dum eloquor.
Adulescens quidam est, qui in hisce habitat aedibus;
Is rem paternam me adiutrice perdidit.

---

1 me mea *BC* 2 fidē forē *B* 3 hem *BC* ille *BC* lintro *BC* nuntiam *C* 6 primum igitur *C* illa haec *BC* sciet *BC* 7 Nuc que *C* introducam *C* *7 excipit in A v. 10* 8—9 Primum mihi gnatam esse voluit inopiam *A* 9 mihi hanc *C* ganatam *B*, gnatam gnatam *C* 10 ea *om. C* 11 uociuas aures *A* 13 adiutricem *C*

Quoniam ei qui me aleret nihil uideo esse relicui,
Dedi ei meam gnatam, quicum aetatem exigat.
Sed de argumento ne exspectetis fabulae,
Senes qui huc uenient, i rem uobis aperient.
Huic Graece nomen est Thensauro fabulae;
Philemo scripsit; Plautus uortit barbare.
Nomen Trinummo fecit; nunc uos hoc rogat
Ut liceat possidere hanc nomen fabulam.
Tantum est; ualete; adeste cum silentio.

14 ei qui *om.* *C* alieret *A*, alaeret *B* relliqui *A*, reliqui *BC* 15 Dedi e meā *B*, dedi meam *C* 17 uenienti irem *B*, uenient hi rem *C* 18 nomen grece *B*, non grece *C* 19 babare *C* 20 hoc uos *BC* 22 adesse *A*

MEGARONIDES SENEX.

Amicum castigare ob meritam noxiam
Inmoene est facinus, uerum in aetate utile
Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro conmerita noxia,
Inuitus, ni id me inuitet ut faciam fides.
Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos;
Ita plerique omnes iam sunt intermortui.
Sed dum illi aegrotant, interim mores mali
Quasi herba inrigua succreuere uberrume,
Neque quicquam hic uile nunc est nisi mores mali;
Eorum licet iam metere messem maxumam;
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt pars hominum quam id quod prosit pluribus.
Ita uincunt illud conducibile gratiae,
Quae in rebus multis obstant odiosaeque sunt
Remoramque faciunt rei priuatae et publicae.

Titulum om. AC 23 Me amicum *BC* meritā n̄ mala noxiā *B*, merita non mala # noxia *C* 24 Immune *A*, Inmene *BC* 25 hodie amicum meum *A* 26 congastigabo *C* 27 me id *BC* faciat *A* 29 prerique *A*, plerumque *BC* omnis *BC*, homines *A* 30 aegrotanti *A* 31 succreuerunt *BC* 32 nunc est uile *A* 33 messem metere *C* 35 prosint 36 conductibile *BC* 37 *B versui addit* gallicies megaronides

CALLICLES. MEGARONIDES.

Callicles

Larem corona nostrum decorari uolo.
Uxor, uenerare ut nobis haec habitatio
Bona fausta felix fortunataque euenat —
Teque ut quam primum possim uideam emortuam.

Megaronides

Hic ille est, senecta aetate qui factust puer,
Qui admisit in se culpam castigabilem.
Adgrediar hominem.

Callicles

Quoia hic uox prope me sonat?

Megaronides

Tui beneuolentis, si ita es ut ego te uolo;
Sin aliter es, inimici atque irati tibi.

Callicles

O amice, salue, atque aequalis. Ut uales,
Megaronides?

Megaronides

Et tu edepol salue, Callicles.
Ualen et ualuistin?

Callicles

Ualeo, et ualui rectius.

Megaronides

Quid tua agit uxor? ut ualet?

Callicles

Plus quam ego uolo.

Titulum om. BC 39 decorali *B* 40 uobis *A* habet atio *B* 41 frausta *C* eueniat 43 factus est *BC* 45 Quia *A*, cuia *BC* 46 si *om. A* te *om. BC* 47 res *C* 49 callides *C* 50 *proximo postponit A* Ualesnet *A*, Ualent *B*, Ualeu *C* ualuistiue *A* 51 agit tua *B*, agat tua *C*

Megaronides

Bene hercle est illam tibi ualere et uiuere.

Callicles

Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.

Megaronides

Omnibus amicis, quod mihi est, cupio esse idem.

Callicles

Eho tu, tua uxor quid agit?

Megaronides

Inmortalis est;
Uiuit uicturaque est.

Callicles

Bene hercle nuntias.
Deosque oro ut uitae tuae superstes suppetat.

Megaronides

Dum quidem hercle tecum nupta sit, sane uelim.

Callicles

Uin conmutemus? tuam ego ducam et tu meam?
Faxo haud tantillum dederis uerborum mihi.

Megaronides

Namque enim tu, credo, me inprudentem obrepseris.

Callicles

Ne tu hercle faxo haud nescias quam rem egeris.

Megaronides

Habeas ut nanctu's; nota mala res optuma est.
Nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam nesciam.
[Edepol proinde ut bene uiuitur, diu uiuitur.]

---

52 tibi bene ualere *C* (*B* ualeret) 53 Crede *B* me *A* 54 mihist *BC* fidem *A* 55 tu *om.* *BC* 61 te *A* mihi inprudenti *BC* 62 hecle *C* scias *BC* 63 mactus *B* optumast *BC* 65 prome *A*

Sed hoc animum aduorte atque aufer ridicularia.
Nam ego dedita opera huc ad te uenio.

Callicles

Quid uenis?

Megaronides

Malis te ut uerbis multis multum obiurigem.

Callicles

Men?

Megaronides

Num quis est hic alius praeter me atque te?

Callicles

Nemo est.

Megaronides

Quid tu igitur rogitas, tene obiurigem?
Nisi tu me mihimet censes dicturum male.
Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae,
[Sin immutare uis ingenium moribus
Aut si demutant mores ingenium tuum
Neque eos antiquos seruas, ast captas nouos,]
Omnibus amicis morbum tu incuties grauem,
Ut te uidere audireque aegroti sient.

Callicles

Qui in mentem uenit tibi istaec dicta dicere?

Megaronides

Quia omnis bonos bonasque adcurare addecet,
Suspicionem et culpam ut ab se segregent.

Callicles

Non potest utrumque fieri.

---

67 aduenio *BC* 68 obiurgitem *A*, obiurgem *B*, obuirgem *C* 69 Mene *A* ad te *C* 70 tu *om. BC* obiurgente *B*, obuirgitem *C* 71 tute mihi me *BC* 72 aniique *BC* 73 *om. A* 75 seruos *A* 76 incultics *A*, incucies *B* 80 apse *B*

Megaronides

Quapropter?

Callicles

Rogas?
Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori;
Suspicio est in pectore alieno sita.
Nam nunc ego si te surrupuisse suspicer
Ioui coronam de capite ex Capitolio,
Qui in columine astat summo, si id non feceris
Atque id tamen mihi lubeat suspicarier,
Qui tu id prohibere me potes ne suspicer?
Sed istuc negoti cupio scire quid siet.

Megaronides

Haben tu amicum aut familiarem quempiam,
Quoi pectus sapiat?

Callicles

Edepol haud dicam dolo.
Sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor,
Sunt quorum ingenia atque animos *ne*queo noscere;
[Ad amici partem an ad inimici perueniat]
Sed tu ex amicis certis mihi es certissumus.
Si quid scis me fecisse inscite aut inprobe,
Si id non me accusas, tute obiurgandu's.

Megaronides

Scio,
Et si alia huc causa ad te adueni, aequom postulas.

Callicles

Exspecto si quid dicas.

---

84 surripuisse *BC* 85 e*BC* 86 Quod culmine *BC* feceres*B* 87 iubeat *C* 88 Quid *A* 89 negotii scire cupio quicquid est *BC* 90 ut *A* 92 amicos esse *A* 93 . Q . O *A*, non possum *BC* 94 peruenat *B* 95 mihi es certis *A* 96 Si quit sceis *A* 97 me non 98 huc alia

Megaronides

Primum dum omnium
Male dicitatur tibi uolgo in sermonibus.
Turpilucricupidum te uocant ciues tui;
Tu*m* autem sunt alii qui te uolturium uocant:
Hostisne an ciuis comedis, parui pendere.
Haec quom audio in te dici, is excrucior miser.

Callicles

Est atque non est mihi in manu, Megaronides.
Quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est.

Megaronides

Fuitne hic tibi amicus Charmides?

Callicles

Est et fuit.
Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.
Nam postquam hic eius rem confregit filius
Uidetque ipse ad paupertatem prostratum esse se
Suamque filiam esse adultam uirginem,
Simul eius matrem suamque uxorem mortuam,
Quoniam hinc iturust ipsus in Seleuciam,
Mihi commendauit uirginem gnatam suam
Et rem suam omnem et illum corrumptum filium.
Haec, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.

Megaronides

Quid tu adulescentem, quem esse corrumptum uides,
Qui tuae mandatus est fide et fiduciae,
Quin eum restituis? quin ad frugem conrigis?
Ei rei operam dare te fuerat aliquanto aequius,
Si qui probiorem facere posses, non uti

102 tu 103 comedes *B* 104 dicis excrucior 110 prostractum *B*, protractum *C* 113 iturum stipse inse leutiam *B*, inse leuticam *C* 115 corrūtū *B*, corruptum *C* 116 Hic *C* hauc *B* 117 tua *B* corruitum 118 Quid *B* fidei *C* 120 aequus *C* 121 possis

In eandem tute accederes infamiam
Malumque ut eius cum tuo misceres malo.

Callicles

Quid feci?

Megaronides

Quod homo nequam.

Callicles

Non istuc meum est.

Megaronides

Emistin de adulescente hasce aedis — quid taces? —
Ubi nunc tute habitas?

Callicles

Emi atque argentum dedi,
Minas quadraginta, adulescenti ipsi in manum.

Megaronides

Dedistin argentum?

Callicles

Factum, neque facti piget.

Megaronides

Edepol fide adulescentem mandatum malae.
Dedistine hoc facto ei gladium, qui se occideret?
Quid secus est aut quid interest, dare in te manus
Argentum amanti homini adulescenti, animi inpoti,
Qui exaedificaret suam inchoatam ignauiam?

Callicles

Non ego illi argentum redderem?

Megaronides

Non redderes,
Neque de illo quicquam neque emeres neque uenderes,

---

125 Hemistin *C* has aedes 127 quaraginta *B* 129 fidei
131 secutus 132 hominū *C* ā poti *corr*. impoti *B*, iampoti *C*
133 ignauium 134 argentum reddere *C*

Nec qui deterior esset faceres copiam.
Inconciliastin eum, qui mandatust tibi?
Ille qui mandauit, eum exturbasti ex aedibus?
Edepol mandatum pulcre et curatum probe.
Crede huic tutelam; suam melius rem gesserit.

Callicles

Subigis maledictis me tuis, Megaronides,
Nouo modo adeo, ut quod meae concreditum est
Taciturnitati clam, fide et fiduciae,
Ne enuntiarem quoiquam neu facerem palam,
Ut mihi necesse sit iam id tibi concredere.

Megaronides

Mihi quod credideris, sumes ubi posiueris.

Callicles

Circumspice dum te, ne quis adsit arbiter
Nobis, et quaeso identidem circumspice.

Megaronides

Ausculto si quid dicas.

Callicles

Si taceas, loquar.
Quoniam hinc est profectur*u*s peregre Charmides,
Thensaurum demonstrauit mihi in hisce aedibus,
Hic in conclaui quodam. Sed circumspice.

Megaronides

Nemo est.

Callicles

Nummorum Philippeum ad tria milia.
Id solus solum per amicitiam et per fidem

138 Illi *B* 139 pulchere *B* 140 tu te iam 142 quomeæ *B*, cū aeæ *C* concreditum sim *B*, concreditus Sim *C* 143 tatiturnitati *C* fidei 146 posueris *C* 148 identi clem *B*, itidentidem *C* 150 profectus charmedes *C* 151 mihı demonstrauit *C* 152 condaui *C* circum ipsice *B*

Flens me obsecrauit suo ne gnato crederem
Neu quoiquam, unde ad eum id posset permanascere.
Nunc si ille huc saluos reuenit, reddam suum sibi;
Si quid eo fuerit, certe illius filiae,
Quae mihi mandata est, habeo dotem unde dem,
Ut eam in se dignam condicionem conlocem.

Megaronides

Pro di inmortales, uerbis paucis quam cito
Alium fecisti me; alius a*d* te ueneram.
Sed ut occepisti, perge porro proloqui.

Callicles

Quid tibi ego dicam, qui illius sapientiam
Et meam fidelitatem et celata omnia
Paene ille ignauos funditus pessum dedit?

Megaronides

Qui dum?

Callicles

Quia, ruri dum sum ego unos sex dies,
Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Aedis uenalis hasce inscribit literis.

Megaronides

Adesuriuit et inhiauit acrius
Lupus; obseruauit dum dormitarent canes;
Gregem uniuorsum uoluit totum auortere.

Callicles

Fecisset edepol, ni haec praesensisset canes.
Sed nunc rogare ego uicissim te uolo,
Quid fuit officium meum me facere. Fac sciam.

---

156 Neue permanescere 158 certo 159 mandata si 161 dii *B* 162 ate 163 occipisti *B* 166 poene *B*, pene *C* spessū *B* 167 rure sum *om. B* 169 aedes uenales *C* 170 Adesuriuit magis et inebriauit *C* 174 orare *C* 175 face *BC*

Utrum indicare me ei thensaurum aequom fuit,
Aduorsum quam eius me obsecrauisset pater?
An ego alium dominum paterer fieri hisce aedibus?
Qui emisset, eius essetne ea pecunia?
Emi egomet potius aedis; argentum dedi
Thensauri causa, ut saluom amico traderem,
Neque adeo hasce emi mihi neque usurae meae;
Illi redemi rursum, a me argentum dedi.
Haec sunt. Si recte seu peruorse facta sunt,
Ego me fecisse confiteor, Megaronides.
Em mea malefacta, em meam auaritiam tibi.
Has mihi propter res maledicas famas ferunt?

Megaronides

Παῦσαι, uicisti castigatorem tuum.
Occlusti linguam; nihil est quod respondeam.

Callicles

Nunc ego te quaeso ut me opera et consilio iuues
Communicesque hanc mecum meam prouinciam.

Megaronides

Polliceor operam.

Callicles

Ergo ubi eris paulo post?

Megaronides

Domi.

Callicles

Num quid uis?

Megaronides

Cures tuam fidem.

Callicles

Fit sedulo.

---

176 Uirum *B* idicare *C* 178 his *A*, hisc *BC* 183 russum *BC* 184 recte si peruorsae *A* 185 Egomet *BC* 186 hem mea malafacta *C* 187 Hasce mihi *A*, Nascine me *B*, Hascine me *C* maledictas *BC*, malas *A* 188 Pausa *BC* 189 qui *BC* 193 cur est *BC* fiet *A*

Megaronides

Sed quid ais?

Callicles

Quid uis?

Megaronides

Ubi nunc adulescens habet?

Callicles

Posticulum hoc recepit, quom aedis uendidit.

Megaronides

Istuc uolebam scire; i sane nunc iam.
Sed quid ais? quid nunc uirgo? nempe apud te est?

Callicles

Ita est,
Iuxtaque eam curo cum mea.

Megaronides

Recte facis.

Callicles

Num quid, prius quam abeo, me rogaturu's?

Megaronides

Uale.
Nihil est profecto stultius neque stolidius
Neque mendaciloquius neque adeo argutum magis
Neque confidentiloquius neque periurius
Quam urbani adsidui ciues, quos scurras uocant.
Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
Qui illorum uerbis falsis acceptor fui,
Qui omnia se simulant scire neque quicquam sciunt.
Quod quisque in animo habet aut habiturust, sciunt;

---

195 recipit *A* quam *B* 196 uolebat *B*, uolebatu *C* 197 itast *A*, ita es *BC* 200 stulticius *B* stolidus *A* 201 adeo *om BC* 202 peiiuriūs *A* 203 quo *A* 206 nequicquā *B*, necquicquam *C* 207 habiturusi *B*, habitaturi *C*

Sciunt quid in aurem rex reginae dixerit;
Sciunt quod Iuno fabulata est cum Ioue;
Quae neque fuerunt neque sunt, tamen illi sciunt.
Falsone an uero laudent culpent quem uelint,
Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat sciant.
Omnes mortales hunc aiebant Calliclem
Indignum ciuitate ac sese uiuere,
Bonis qui hunc adulescentem euortisset suis.
Ego de .eorum uerbis famigeratorum insciens
Prosilui amicum castigatum innoxium.
Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Unde quidque auditum dicant; nisi id adpareat,
Famigeratori res sit cum damno et malo;
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.
Pauci sint faxim, qui sciant quod nesciunt,
Occlusioremque habeant stultiloquentiam.

LYSITELES.

Multas res simitu in meo corde uorso,
Multum in cogitando dolorem indipiscor.
Egomet me coquo et macero et defetigo;
Magister mihi exercitor animus nunc est.

---

208 Sciunt id quod 209 Item sciunt id quod *A* fabulata si *BC* 210 futura neque facta sunt *BC* 211 falso nam *C* 212 iubeant *A* 213 Omnis mortalis *BC* 214 hac esset *BC*, haec . . . . . *A* 215 euortisset omnibus *A* 216 Deorum uerbis *A*, de uerbis eorum *C* famigeneratorum *C* inscius *BC* 218 exequiratur *A* 219 quicquid 220 Famigerator ire *B*, famigenerator ire *C* 221 bo *C* 222 Paucis im *BC* 223 stultiloquentiam lysiteles *BC* *Titulum om. B. C addit* ADULESCENTES 204 Multa *B* similes *C* in cordemeo *A* 225 Multa *A* indispicor *A* 226 meco quoquo *BC* defeeigo *B*, defectigo *C* 227 hunc *BC*

Sed hoc non liquet nec satis cogitatum est.
Utram potius harum mihi artem expetessam,
Utram aetati agundae arbitrer firmiorem,
Amorin me an rei obsequi potius par sit,
Utra in parte plus sit uoluptatis uitae
Ad aetatem agundam,
De hac re mihi satis haud liquet; nisi hoc sic faciam, opinor,
Ut utramque rem simul exputem, iudex sim reusque ad eam rem.
Ita faciam, ita placet. Omnium primum
Amoris artis eloquar, quem ad modum se expediant.
Numquam amor quemquam nisi cupidum hominem
Postulat se in plagas conicere.
Eos petit, eos consectatur, subdole [blanditur,] ab re consulit,
Blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes [auarus], elegans, despoliator,
Latebricolarum hominum corrumptor, blandus [inops], celatum indagator.
Nam qui amat, quod amat, quom extemplo sauiis sagittatis percussust,
Ilico res foras labitur, liquitur.
'Da mihi hoc, mel meum, si me amas, si audes'.
Ibi ille cuculus: 'ocelle mi, fiat;
Et istuc et, si amplius uis dari, dabitur'.
Ibi illa pendentem ferit; iam amplius orat.
[Non sat id est mali, ni amplius etiam]

---

228 neq. *A* cogitatum si *BC* 230 Utra inaetati *B* arbitres *B* 231 siet *BC* 232 Utram *C* uoluptati sit *BC* adetate agunda *B* 234 hau *A* hoc si faciam *BC* 235 Ut *om. BC* 237 se *om. BC* 240 cupit *BC* sectatur *A* ob *B* 241 eligans *B* despolator *A* 242 corruptor *BC* 243 Nā quā ad quod damat *B*, namq; ad quod clamat *C* quam extemplo sauis *BC* sagittatis *om. A* perculsus est *A* 245 si me audes si am . s *A* 246 Abi (Ast) *A* occelle *BC* 248 illam *A* 249 satis *A* etiam amplius *A*

Quod ecbibit, quod comest, quod facit sumpti.
Nox datur; ducitur familia tota,
Uestispica, unctor, auri custos, flabelliferae, sandaligerulae,
Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii,
Raptores panis et peni; fit ipse, dum illis comis est,
Inops amator.
Haec ego quom cum animo meo reputo,
Ubi qui eget, quam preti sit parui,
Apage te amor, non places, nihil te utor.
Quamquam illud est dulce, esse et bibere, amor amari dat tamen
Satis quod aegrest.
Fugit forum, fug*it*at suos cognatos;
Fuga*nt* ipsi istum ab suo contutu
Neque eum sibi amicum uolunt dici.
Mille modis amor ignorandust,
Procul abhibendust atque abstandust;
Nam qui in amorem praecipitauit,
Peius perit quam si saxo saliat,
Apage te amor; tuas res tibi habeto.
Amor, amicus mihi ne fuas; sunt tamen
Quos miseros maleque habeas,
Quos tibi obnoxios fecisti. Certa est res
Ad frugem adplicare animum,
Quamquam ibi animo labos grandis capitur.
Boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem,

---

250 Quo debebit sumptui *A* 252 Uestiplice *BC* uncto *C* scandaligerulae *C* 254 Raptoris *C* 256 ego cum ago cum meo animo et rectilo *B et C, nisi quod* recolo 257 pretii 258 palages *C*, pagales *B* 259 amara tibi *BC* 260 aegre sit *A* 261 fugat nos *BC* 262 Fugat ipsus . em ab *A*, ipse se a *BC* 263 Neque enim cum *C* 264 ignorandum est *B* 265 adhibendus *A*, adhibendus est *BC* abtinendus *BC* 266 amore *BC* 268 *ΛΠΛΓΕΤΕ A*, A pace sis *BC* habe *BC* 269 mihi amicus *BC* fuas unquam Sunt *BC* 271 Certunst *BC* 272 adplicarē *B* 273 animo *om. A* 274 Bonis *BC*

Gloriam et gratiam; hoc probis pretiumst.
Eo mihi magis lubet cum probis potius
Quom cum improbis uiuere uanidicis.

PHILTO. LYSITELES. C

Philto

Quo illic homo foras se penetrauit aedibus?

Lysiteles

Pater, adsum; impera quiduis.
Neque tibi ero in mora neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.

Philto

Feceris par tuis ceteris factis,
Patrem tuum si percoles per pietatem.
Nolo ego cum inprobis te uiris, gnate mi,
Neque in uia neque in foro ullum sermonem exsequi.
Noui ego hoc saeculum, moribus quibus sit.
Malus bonum malum esse uolt, ut sit sui similis;
Turbant, miscent mores mali, rapax, auarus, inuidus;
Sacrum profanum, publicum priuatum habent, hiulca gens.
Haec ego doleo, haec sunt quae excruciant, haec dies noctis canto ut caueas.
Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent quo manus abstineant;
Cetera rape, trahe, fuge, late. Lacrumas haec mihi, quom uideo, eliciunt.

---

277 uanidicis lx filto lysiteles *B*
FILTA *A*, SENEX ADULESC *B*, LYSITELES ADULESCENS PHILIO SENEX *C*
278 paenetrauit *A* ex aedibus 279 quod uis *BC* 280 conspectus *BC* 284 neq. ullum 285 quibuset *A* 289 quae me *A*, quem *BC* noctesque *BC* canto tibi ut 290 quaeunt *A* aptineant *B*

Quia ego ad hoc genus hominum duraui. Quin prius me ad pluris penetraui?
Nam hi mores maiorum laudant, eosdem lutitant quos conlaudant.
Hisce ego de artibus gratiam facio.
Ne colas neue inbuas ingenium.
Meo modo et moribus uiuito antiquis;
Quae ego tibi praecipio, ea facito.
Nihil ego istos moror faeceos mores,
Turbidos, quibus boni dedecorant se.
Haec tibi si mea imperia capesses,
Multa bona in pectore consident.

Lysiteles

Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia
Tuis seruiui seruitutem imperiis praeceptis, pater.
Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum, pro imperio tuo
Meum animum tibi seruitutem seruire aequom censui.

Philto

Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat suo,
Utrum itane esse mauelit, ut eum animus aequom censeat,
An ita potius ut parentes eum esse et cognati uelint:
Si animus hominem pepulit, actum est, animo seruit, non sibi;
Si ipse animum pepulit, dum uiuit, uictor uictorum cluet.
Tu si animum uicisti potius quam animus te, est quod gaudeas.
Nimio satiust ut opus est te ita esse quam ut animo lubet;

---

293 latitant quos conlaudant *om.* *C* 294 His *A* te 295 Neu neuc *B*, neu *C* 297 praecipito et facito *BC* 298 fac eos *BC* 299 et turbidos *BC* bonis *A* 301 bo *B*

Ante 302: LYSITELES ADULESCENS PHILIO SENEX C *C* 303 Tui *BC* imperiis et præceptis 304 raptus *C* 306 ineuuti *B* 307 Utram id intane *BC* 308 parentis *BC* 309 hominum *B* perpulit actum si *BC* seruauit *BC* 310 nirtutum *A* 312 satius tui *BC* opust iubet

Qui animum uincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.

Lysiteles

Istaec ego mihi semper habui aetati integumentum meae,
Ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conciliabulum,
Neu noctu irem obambulatum neu suum adimerem alteri.
Ne aegritudinem, pater, tibi parerem, parsi sedulo;
Sarta tecta tua praecepta usque habui mea modestia.

Philto

Quid exprobras bene quod fecisti? Tibi fecisti, non mihi;
Mihi quidem aetas acta est ferme, tua istuc refert maxume.
Is probust, quem paenitet, quam probus sit et frugi bonae.
Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae;
Qui ipsus se contempnit, in eo est indoles industriae.
Bene facta bene factis aliis pertegito, ne perpluant.

Lysiteles

Ob eam rem haec, pater, autumaui, quia res quaedam est, quam uolo
Ego me abs te exorare.

Philto

Quid id est? dare iam ueniam gestio.

Lysiteles

Adulescenti hinc genere summo, amico atque aequali meo,
Minus qui caute et cogitate suam rem tractauit, pater,
Bene uolo ego illi facere, si tu non neuis.

Philto

Nempe de tuo?

---

313 quam qui animos *A* cluentis *BC* 314 istæ *B* tegumentum *BC* 315 ēē *B* conciliitabulum *A*, conciliabolum *BC* 316 Neinoctu *B*, ne noctu *C* 317 Neu parere *C* 320 acta si fert metua *BC* maximæ *B* 321 Δ Is *B* probus est nou penitet *BC* bone *BC* 322 *om.* *C* ipsius *B* bone *B* 323 eost *BC* 325 quædaut *BC* 326 ate *A* ueniam dare iam *B*, ueniam iam dare *C* 327 huic aquali *B* 329 ego *om.* *A* nisi tu non uis *A* nepe *BC*

Lysiteles

De meo; nam quod tuum est meum est, omne autem meum tuum est.

Philto

Quid is? egetne?

Lysiteles

Eget.

Philto

Habuitne rem?

Lysiteles

Habuit.

Philto

Qui eam perdidit?
Publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis?
Mercaturan'? an uenalis habuit, ubi rem perdidit?

Lysiteles

Nihil istorum.

Philto

Quid igitur?

Lysiteles

Per comitatem edepol, pater.
Praeterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.

Philto

Edepol hominem praemandatum firme et familiariter,
Qui quidem nusquam per uirtutem rem confregit atque eget.
Nihil moror eum tibi esse amicum cum eius modi uirtutibus.

Lysiteles

Quia sine omni malitia est, tolerare egestatem eius uolo.

Philto

De mendico male meretur, qui ei dat quod edit aut bibat:

---

330 tuusī meūsī *B*, tuum simmeum si *C* omne meusī *B*, omne meū si *C* 331 C habuit. Z qui *B* 333 Mercaturamne *BC* 334 storum *B* 336 praedicatum *BC* 337 Quid quide *BC* 339 omne *A* es *A*, si *BC* eius egestatem *A* 340 aut quod bibat *BC*

Nam et illud quod dat perdit et illi prodit uitam ad miseriam.
Non eo haec dico, quin quae tu uis ego uelim et faciam lubens,
Sed ego hoc uerbum quom illi quoidam dico, praemonstro tibi,
Ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat.

Lysiteles

Deserere illum et deiuuare in rebus aduorsis pudet.

Philto

Pol pudere quam pigere praestat totidem litteris.

Lysiteles

Edepol deum uirtute dicam, pater, et maiorum et tua
Multa bona bene parta habemus; bene si amico feceris,
Ne pigeat fecisse; ut potius pudeat, si non feceris.

Philto

De magnis diuitiis si quid demas, plus fit an minus?

Lysiteles

Minus, pater; sed ciui inmuni scin quid cantari solet?
Quod habes ne habeas et illuc, quod non habes, habeas uelim,
Quando equidem nec tibi bene esse potes pati neque alteri.

Philto

Scio equidem istuc ita solere fieri; uerum, gnate mi,
Is est inmunis, quoi nihil est qui munus fungatur suum.

Lysiteles

Deum uirtute habemus et qui nosmet utamur, pater,
Et aliis qui comitati simus beneuolentibus.

---

341 producit *BC* 343 praemostro *B* 344 Miseres cane tui alius *B*, Miseres caue tui aliis *C* 346 Pob *B* 347 uirtutem *BC* 348 paria habeamus *BC* 350 quit *A*, sit *C* animinus *B*, animus *C* 351 inmimi *C*; *addunt* inmunificos *BC* scis *BC* 352 illud quod nunc non *BC* uelim malum *A*, malum *B*, malo *C* 353 quidem *BC* pote *A* nec *BC* 355 minus *BC*

Philto

Non edepol tibi pernegare possum quidquam quod uelis.
Quoi egestatem tolerare uis? Loquere audacter patri.

Lysiteles

Lesbonico huic adulescenti, Charmidai filio,
Qui illic habitat.

Philto

Quin' comedit quod fuit, quod non fuit?

Lysiteles

Ne exproba, pater; multa eueniunt homini quae uolt, quae neuolt.

Philto

Mentire edepol, gnate. atque id nunc facis haud consuetudine.
Nam sapiens quidem pol ipsus fingit fortunam sibi;
Eo non multa quae neuolt eueniunt, nisi fictor malust.

Lysiteles

Multa illi opera opust ficturae, qui se fictorem probum
Uitae agundae esse expetit; sed hic admodum adulescentulust.

Philto

Non aetate, uerum ingenio apiscitur sapientia.
Sapienti aetas condimentum, sapiens aetati cibust.
Age dum eloquere, quid dare illi nunc uis?

358 quod *om. A* 359 Cuius patri audacter *A* 360 Charmide *A*, Charamide *BC* 361 Qui . illic *A* qui comedit *BC* non fui *BC* 362 opprobra *BC* mala multa *A*, multe *BC* ueniunt *BC* qui uult qui *B*, qui uult q *C* non uolt *A* *Sequitur in A* 370, *in BC* 370 et 369 363 aut *A* 364 ipse *BC* 365 Eo ne multa *BC* malus siet *BC* 366 Multas opera *BC* opus *BC*, multust *A* 367 agendae esse *B*, esse agende *C* expetis *BC* 368 aetatem *BC* adipiscitur *BC* 369 *ante 363 ponunt BC* Sapientia *BC* condimentū si *BC* 370 *post 362 ponitur* Agidum *B* quod *A* nuntius *C*

Lysiteles

Nihil quicquam, pater;
Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.

Philto

An eo egestatem ei tolerabis, si quid ab illo acceperis?

Lysiteles

Eo, pater.

Philto

Pol ego istam uolo me rationem edoceas.

Lysiteles

Licet.
Scin tu illum quo genere natus sit?

Philto

Scio, adprime probo.

Lysiteles

Soror illi est adulta uirgo grandis; eam cupio, pater,
Ducere uxorem sine dote.

Philto

Sine dote uxorem*ne*?

Lysiteles

Ita,
Tua re salua. Hoc pacto ab illo summam inibis gratiam,
Neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.

Philto

Egone indotatam te uxorem ut patiar?

Lysiteles

Patiundumst, pater;
Et eo pacto addideris nostrae lepidam famam familiae.

Philto

Multa ego possum docta dicta et quamuis facunde loqui;

---

370 nihili quiquam *BC* 372 et tolerabilis *AC* 373 Ego *C* 374 aprime *A* 375 aduita *A* 376 uxorem 377 inibis summam *BC* 378 auxiliarer *A* 379 Ego *BC* te *om. A* patiundū si *B*, patiundem si *C* 380 nostra

Historiam ueterem atque antiquam haec mea senectus sustinet;
Uerum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram domum
Uideo adlicere, etsi aduorsatus tibi fui, istac iudico:
Tibi permitto, posce, duce.

Lysiteles

Di te seruassint mihi.
Sed adde ad istam gratiam unum.

Philto

Quid id est autem unum?

Lysiteles

Eloquar:
Tute ad eum adeas, tu concilies, tute poscas.

Philto

Eccere.

Lysiteles

Nimio citius transiges; firmum omne erit quod tu egeris.
Grauius tuum erit unum uerbum ad eam rem quam centum mea.

Philto

Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.
Dabitur opera.

Lysiteles

Lepidus uiuis. Haec sunt aedes, hic habet;
Lesbonico est nomen. Age rem cura; ego te opperiar domi.

---

384 aduersatus si *BC* iudicio *C* 385 seruasint *C* 386 id *om. A* 387 adeas tute concilies 388 omnem *BC* 389 erit tuum *BC* 392 agere cura *C* curam *A* opperiam *A*, operiar *B* domi philto *B*

PHILTO

Non optuma haec sunt neque ut ego aequom censeo;
Uerum meliora sunt quam quae deterruma.
Sed hoc unum consolatur me atque animum meum,
Quia qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit aduorsum filium, nugas agit;
Miser ex animo fit, factius nihilo facit.
Suae senectuti is acriorem hiemem parat,
Quom illam inportunam tempestatem conciet.
Sed aperiuntur aedes quo ibam. Commodum
Ipse exit Lesbonicus cum seruo foras.

LESBONICUS. STASIMUS. PHILTO. DU

Lesbonicus

Minus quindecim dies sunt, quom pro hisce aedibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle.
Estne hoc quod dico, Stasime?

Stasimus

Quom considero,
Meminisse uideor fieri.

Lesbonicus

Quid factum est eo?

FILTO *A*, *om.* *B*, SENEX *add.* *C* 393 ego ut *C* aecum *A*, ecum *B* 394 quamque *BC* 395 me unum consolatur *A*, unum consulaturu me *B*, unum consulaturum me *C* 398 faetius *B* 399 is *om.* *A* aeriorem *B* 401 commode *BC* foras lebonicus stasimus *B*

ADULESCENS SERUUS SENEX *B*, *eadem nominibus addit* *C* DU *om.* *AC*

403 quam *A*, q̄m *C* isce bibus *B* 404 mina *C* accallide *C* 405 ST. *om.* 406 Meminesse *BC*

Stasimus

Comessum, expotum, exunctum, elutum in balineis;
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui,
Holitores, myropolae, aucupes. Confit cito;
Non hercle minus diuorse distrahitur cito,
Quam si tu obicias formicis papauerem.

Lesbonicus

Minus hercle in istis rebus sumptum est sex minis.

Stasimus

Quid quod dedisti scortis?

Lesbonicus

Ibidem una traho.

Stasimus

Quid quod ego defraudaui?

Lesbonicus

Em ista ratio maxuma est.

Stasimus

Non tibi illud adparere, si sumas, potest,
Nisi tu inmortale rere esse argentum tibi.

Philto

Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.

Lesbonicus

Nequaquam argenti ratio conparet tamen.

Stasimus

Ratio quidem hercle adparet; argentum οἴχεται.
Minas quadraginta accepisti a Callicle,
Et ille aedis mancupio abs te accepit?

---

407 exutum *BC*, exussum *A* elotum *BC* 409 miropolæ 410 *om. BC* 412 sumptunsi *BC* imns *C* 414 Hem *C* istaec *A* 420 apparet ercle *A* oechetæ *BC* 421 accepistine *A* 422 abs te mancipio accepit *BC*

Lesbonicus

Admodum.

Philto

Pol opino adfinis noster aedis uendidit.
Pater quom peregre ueniet, in porta est locus,
Nisi forte in uentrem filio conrepserit.

Stasimus

Trapezitae mille drachumarum Olympico,
Quas de ratione dehibuisti, redditae.

Lesbonicus

Nempe quas spopondi?

Stasimus

Immo 'quas dependi' inquito,
Quia sponsionem propter tute exactus es
Pro illo adulescente, quem tu esse aibas diuitem.

Lesbonicus

Factum.

Stasimus

Ut quidem illud perierit.

Lesbonicus

Factum id quoque est;
Nam nunc eum uidi miserum et me eius miseritum est.

Stasimus

Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet.

Philto

Tempust adeundi.

---

423 opinor 424 porta si *BC* 425 inuenirem *BC* filium cum repserit *C* 426 Trapaezite *A*, Trapezete *C* drachmarum *A*, drahcumarū *C* olympicum 427 debuisti *C* reddite 428 *proximo postponit A* quaspopondi dependit *BC* inquid *B*, inquit *C* 429 Qua sponsione pronuper tu.*BC* 430 esse aiiebas *A*, aiebas esse *BC* 431 ST. *om.* pericrit K *B* 432 miserium miserī unsi 433 cui te nec *BC* 434 Tempus est *A*, Tempusi *B*, Tempus *C*

Lesbonicus

Estne hic Philto, qui aduenit?
Is hercle est ipsus.

Stasimus

Edepol ne ego istum uelim
Meum fieri seruom cum suo peculio.

Philto

Erum atque seruom plururum Philto iubet
Saluere, Lesbonicum et Stasimum.

Lesbonicus

Di duint
Tibi, Philto, quaequomque optes. Quid agit filius?

Philto

Bene uolt tibi.

Lesbonicus

Edepol mutuum mecum facit.

Stasimus

Nequam illud uerbum est 'bene uolt', nisi qui bene facit.
Ego quoque uolo esse liber; nequiquam uolo.
Hic postulet frugi esse; nugas postulet.

Philto

Meus gnatus me ad te misit, inter te atque nos
Adfinitatem ut conciliarem et gratiam.
Tuam uolt sororem ducere uxorem, et mihi
Sententia eadem est et uolo.

Lesbonicus

Haud nosco tuum;
Bonis tuis rebus meas res inrides malas.

435 ni *BC* 438 didunt *B* 439 phylto *B* 440 mecum mutuum *A*, mutuum meum *B* 441 uerbum si *BC* uul *C* 442 esse uolo *A* ne quid quam *B*, nequicquam *C* uolō *B* 443 nugas postulat *C* 444 inter se *BC* 445 consolarem *C* 446 uol *B* 447 eadem si *B*, eadem sim *C* Hau *A* 448 tuis in rebus *A*

Philto

Homo ego sum, homo tu es. Ita me amabit Iuppiter,
Neque te derisum aduenio neque dignum puto.
Uerum hoc quod dixi meus me orauit filius,
Ut tuam sororem poscerem uxorem sibi.

Lesbonicus

Mearum me rerum nouisse aequomst ordinem.
Cum uostra nostra non est aequa factio;
Adfinitatem uobis aliam quaerite.

Stasimus

Satin tu sanu's mentis aut animi tui,
Qui condicionem hanc repudies? nam illum tibi
Ferentarium esse amicum inuentum intellego.

Lesbonicus

Abin hinc dierecte?

Stasimus

Si hercle ire occipiam, uotes.

Lesbonicus

Nisi quid me aliud uis, Philto, respondi tibi.

Philto

Benigniorem, Lesbonice, te mihi,
Quam nunc experior esse, confido fore;
Nam et stulte facere et stulte fabularier,
Utrumque, Lesbonice, in aetate haud bonumst.

Stasimus

Uerum hercle hic dicit.

Lesbonicus

Oculum ego ecfodiam tibi,
Si uerbum addideris.

449 es tu *A* 450 ueni *BC* 451 quod dixit *A*, ut dixi *BC* 452 poscere *B* 453 mouisse *B* aequom si *BC* 454 uestris *BC* 456 Sat intus *BC* 458 Ferent aneum *BC* 459 derecte *BC* uotis *BC* 460 tibi Respondit *C* 464 hau bonust *A* 465 dico *A* tibi effodiam *C*

Stasimus

Hercle qui dicam tamen;
Nam si sic non licebit, luscus dixero.

Philto

Ita nunc tu dicis, non esse aequiperabilis
Uostras cum nostris factiones atque opes?

Lesbonicus

Dico.

Philto

Quid? nunc si in aedem ad cenam ueneris
Atque ibi opulentus tibi par forte obuenerit,
Adposita cena sit, popularem quam uocant,
Si illi congestae sint epulae a cluentibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
Edisne an incenatus cum opulento accubes?

Lesbonicus

Edim, nisi si ille uotet.

Stasimus

At pol ego, etsi uotet,
Edim atque ambabus malis expletis uorem,
Et quod illi placeat, praeripiam potissumum,
Neque illi concedam quicquam de uita mea.
Uerecundari neminem apud mensam decet;
Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

Lesbonicus

Rem fabulare.

Stasimus

Non tibi dicam dolo:

---

466 quin *A*, quid *BC* tamen *om.* *C* 468 tu nunc *BC* 469 opus *A* 471 ut ueuerit *BC* 472 sit cenā *B*, sit cæna *C* 473 aepulæ *BC* 474 quid illi placeat *BC* 475 Aedisne *BC* 476 Edit *BC* uolet *A*, uetet *BC* *Δ* at *B* uetet *BC* 477 magis *A* 478 preeripiam *B* 482 fabularis *A* *Δ* non *B*

Decedam ego illi de uia, de semita,
De honore populi, uerum quod ad uentrem attinet,
Non hercle hoc longe, nisi me pugnis uicerit.
Cena hac annona est sine sacris hereditas.

Philto

Semper tu facito, Lesbonice, hoc cogites,
Id optumum esse tute uti sis optumus;
Si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus.
Nunc condicionem hanc, quam ego fero et quam abs te peto,
Dare atque accipere, Lesbonice, te uolo.
Di diuites sunt, deos decent opulentiae
Et factiones; uerum nos homunculi
Salillum animae, quam quom extemplo emisimus,
Aequo mendicus atque ille opulentissumus
Censetur censu ad Acheruntem mortuus.

Stasimus

Mirum quin tu illo tecum diuitias feras.
Ubi mortuus sis, ita sis ut nomen cluet.

Philto

Nunc ut scias hic factiones atque opes
Non esse neque nos tuam neglegere gratiam,
Sine dote posco tuam sororem filio.
Quae res bene uortat. Habeon pactam? Quid taces?

Stasimus

Pro di inmortales, condicionem quoius modi!

---

486 hoc facito Lesbonice *BC* 488 ut *BC* 489 neque adsalutem *BC* 490 apte *BC* 491 aspicere *A* 492 Dei *BC* decet *BC* opulentie *B*, opulentia *C* 494 Satillum *A* qui quum exemplo *C* amisimus *BC* 495 Aeque *BC* 496 censui *C* acharunte *B*, acheronte *C* 497 Au mirum initu *C*, iuito *B* illum *BC* 499 fractiones *B* 502 Querens *B*

Philto

Quin fabulare 'di bene uortan*t*; spondeo'?

Stasimus

Eheu, ubi usus nihil erat dicto, 'spondeo'
Dicebat; nunc hic, quom opus est, non quit dicere.

Lesbonicus

Quom adfinitate uostra me arbitramini
Dignum, habeo uobis, Philto, magnam gratiam.
Sed si haec res grauiter cecidit stultitia mea,
Philto, est ager sub urbe nobis; eum dabo
Dotem sorori; nam is de diuitiis meis
Solus superfit praeter uitam relicuus.

Philto

Profecto dotem nihil moror.

Lesbonicus

Certum est dare.

Stasimus

Nostramne, ere, uis nutricem, quae nos educat,
Abalienare a nobis? Caue sis feceris;
Quid edemus nosmet postea?

Lesbonicus

Etiam tu taces?
Tibi egon rationem reddam?

Stasimus

Plane periimus,
Nisi quid ego conminiscor. Philto, te uolo.

Philto

Si quid uis, Stasime.

---

504 Є *B* Qui in *C* uin bene *A* uortat 505 *A* 506 Dicebant *A* quoniam *C* quid *AC* 507 adfinitate urā *B* mea 508 filio 509 Sed et si hercles *BC* 510 urbe hic nobis *BC* 511 de stultitiis meis *A*, de stultitia mea *BC* 512 *ante 509 ponunt* *BC* 513 certum si *BC* 514 eleuis nutrice *BC* que *B*, quem *A* 516 Tibin *A* ego *BC* perimus 518 philho

Stasimus

Huc concede aliquantum.

Philto

Licet.

Stasimus

Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat
Neue alius quisquam.

Philto

Crede audacter quidlubet.

Stasimus

Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum
Tuum siris umquam fieri neque gnati tui.
Ei rei argumenta dicam.

Philto

Audire edepol lubet.

Stasimus

Primum omnium olim terra quom proscinditur,
In quinto quoque sulco moriuntur boues.

Philto

Apage.

Stasimus

Acheruntis ostium in nostro est agro.
Tum uinum prius quam coctum est pendet putidum.

Lesbonicus

Consuadet homini, credo. Etsi scelestus est,
At mihi infidelis non est.

Stasimus

Audi cetera.

---

521 quisquisquam *A* quid iubet *BC* 522 illum *C* 523 sciris *BC* um fieri neque gnati tui quam *A* 524 argumentum *BC* iubet *BC* 525 quom *om. A* 526 quincto *A* 527 accheruntis *B* hostium *A* nostro si *B*, nostrost *C* 528 Tuum *C* coactusi *B*, coactum est *C* 529 et scelestus *C*

Postid, frumenti quom alibi messis maxuma est,
Tribus tantis illi minus redit quam obseueris.

Philto

Em, istic oportet obseri mores malos,
Si in obserendo possint interfieri.

Stasimus

Neque umquam quisquamst, quoius ille ager fuit,
Quin pessume ei res uorterit. Quorum fuit,
Alii exsulatum abierunt, alii emortui,
Alii se suspendere. Em nunc hic, quoius est,
Ut ad incitas redactust.

Philto

Apage a me istum agrum.

Stasimus

Magis apage dicas, si omnia indaudiueris.
Nam fulguritae sunt alternae arbores;
Sues moriuntur angina acerrume;
Oues scabrae sunt, tam glabrae, em, quam haec est manus;
Tum autem Syrorum, genus quod patientissumum est
Hominum, nemo exstat qui ibi sex mensis uixerit;
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

Philto

Credo ego istuc, Stasime, ita esse; sed Campans genus
Multo Syrorum iam antidit patientiam.
Sed istest ager profecto, ut te audiui loqui,
Malos in quem omnis publice mitti decet.
Sicut fortunatorum memorant insulas,

531 quo *BC* mesis *B* maxima sim *BC* 532 illis *A* reddit 533 hem *C* 535 quisquam si *BC*, quisquam *A* quouis *C*, cuius *A* 536 uorterat *B* quoium *B*, cuium *A* ciuiū *C* 537 exolatum abiere *A* 538 hem*C* 539 redactus istunc *BC* 540 a me audiueris *A*, me audiueris *B*, mea audiueris *C* 541 fulgur Ita *C* 543 galabre *C* hem *C*, haec *A* est *om.* *B* 544 pacientis sū munc sī *B*, pacientis sum mun *C* 545 menses 546 campas *BC*, Campanis *A* 548 patientia 550 molos *C* dicet *C*

Quo cuncti qui aetatem egerint caste suam
Conueniant; contra istoc detrudi maleficos
Aequom uidetur, qui quidem istius sit modi.

Stasimus

Hospitium est calamitatis. Quid uerbis opust?
Quamuis malam rem quaeras, illic reperias.

Philto

At tu hercle et illi et alibi.

Stasimus

Caue sis dixeris
Me tibi dixisse hoc.

Philto

Dixisti arcano satis.

Stasimus

Quin hic quidem cupit illum ab se abalienarier,
Si quem reperire possit, quoi os sublinat.

Philto

Meus quidem hercle numquam fiet.

Stasimus

Si sapies quidem.
Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui;
Nam qui uiuamus nihil est, si illum amiserit.

Philto

Redeo ad te, Lesbonice.

Lesbonicus

Dic sodes mihi,
Quid hic est locutus tecum?

---

552 egerunt *BC* sum *BC* 253 istuc *A* destrudi *B*, detrumdi *C* 554 sint *BC* 555 opusi *B* 556 querens *B* 557 et *prius om. C* illic *A* 558 dixti *A* arcanos sates *A* 559 sese *BC* 560 quidem *BC* posset *BC* cuius sublinat *BC* 561 nusquam *A* 562 de *om. A* hoc hunc *A* 563 uamus *A* 565 est *om. BC*

Philto

Quid censes? homo est;
Uolt fieri liber, uerum quod det non habet.

Lesbonicus

Et ego esse locuples, uerum nequiquam uolo.

Stasimus

Licitum est, si uelles; nunc, quom nihil est, non licet.

Lesbonicus

Quid tecum, Stasime?

Stasimus

De istoc quod dixti modo:
Si antea uoluisses, esses; nunc sero cupis.

Philto

De dote mecum conuenire nihil potest;
Quod tibi lubet, tute agito cum *g*nato meo.
Nunc tuam sororem filio posco meo;
Quae res bene uortat. Quid nunc? Etiam consulis?

Lesbonicus

Quid istic? Quando ita uis, di bene uortant; spondeo.

Philto

Numquam edepol quoiquam *tam* expectatus filius
Natus, quam est illud 'spondeo' natum mihi.

Stasimus

Di fortunabunt uostra consilia.

Philto

Ita uolo.

565 census *BC* homo si *B* 567 nequicquam *B*, nec quicquam *C* 568 Licitu si *BC* quō *B*, quoniam *C* 569 isto *A* dixisti *BC* 571 dotem *B* potes 572 Quid nato 574 Querens *B* consuis *B*, cumsuis *C* 575 nortat *B* 576 tam *om.* illud est

Lesbonicus

Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem ad Calliclem;
Dic hoc negoti quo modo actumst.

Stasimus

Ibitur.

Lesbonicus

Et gratulator meae sorori.

Stasimus

Scilicet.

Philto

I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis
Dies constituatur; eadem haec confirmabimus.

Lesbonicus

Tu istuc cura quod *te* iussi; ego iam hic ero.
Dic Callicli me ut conuenat.

Stasimus

Quin tu i modo.

Lesbonicus

De dote ut uideat quid opus sit facto;

Stasimus

I modo.

Lesbonicus

Nam certumst sine dote haud dare,

Stasimus

Quin tu i modo.

Lesbonicus

Neque enim illi damno umquam esse patiar

Stasimus

Abi modo.

579 habi *B* 580 actum si *B* 584 te *om.* 585 conueniat 586 quid possit facto 587 certum si *BC* sime *C* haddare *B* addere *C*

Lesbonicus

Meam neglegentiam;

Stasimus

I modo.

Lesbonicus

Neque enim

Stasimus

I modo.

Lesbonicus

Aequom uidetur, quin quod peccarim

Stasimus

I modo.

Lesbonicus

Potissumum mihi id obsit.

Stasimus

I modo.

Lesbonicus

O pater,
En umquam aspiciam te?

Stasimus

I modo, i modo, i modo.
Tandem inpetraui abiret. Di, uostram fidem,
Edepol re gesta pessume gestam probe,
Si quidem ager nobis saluos est, etsi admodum
In ambiguo est etiam nunc, quid ea re fuat.
Si is alienatur, actumst de collo meo,
Gestandust peregre clupeus, galea, sarcina.
Ecfugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae;
Ibit † istac aliquo in maxumam malam crucem
Latrocinatum, aut in Asiam aut in Ciliciam.
Ibo huc quo mihi imperatumst, etsi odi hanc domum,
Postquam exturbauit hic nos nostris aedibus.

589 I modo o pater 590 peccarem *B*, peccarum *C* 597 Sed id si actum si 598 Gestandu si *B*, gestandu *C* 603 nos ex nostris aedibus callides Stasimus *B*

CALLICLES SENEX. *STASIMUS* SERUOS. C

Callicles

Quo modo tu istuc, Stasime, dixti?

Stasimus

Nostrum erilem filium
Lesbonicum suam sororem despondisse; em, hoc modo.

Callicles

Quoi homini despondit?

Stasimus

Lysiteli, Philtonis filio,
Sine dote.

Callicles

Sine dote ille illam in tantas diuitias dabit?
Non credibile dicis.

Stasimus

At tu edepol nullus cred*u*as.
Si hoc non credis, ego credidero

Callicles

Quid?

Stasimus

Me nihil*i* pendere.

Callicles

Quam dudum istuc aut ubi actumst?

Stasimus

Ilico, hic ante ostium;
Tam modo, inquit Praenestinus.

Callicles

Tantone in re perdita
Quam in re salua Lesbonicus factus est frugalior?

C *om.* *C* 604 dixisti 605 despondissem hoc 608 dices tu a edepol credas 609 nihil 610 Quandudum *B* tubi actunst *B* hostium *B*

Stasimus

Atque equidem ipsus ultro uenit Philto oratum filio.

Callicles

Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini.
Postremo edepol ego istam rem ad me attinere intellego.
Ibo ad meum castigatorem atque ab eo consilium petam.

Stasimus

Propemodum, quid illic festinet, sentio et subolet mihi:
Ut agro euortat Lesbonicum, quando euortit aedibus.
O ere Charmide*s*, quam absenti hic tua res distrahitur tibi!
Utinam te redisse saluom uideam, ut inimicos tuos
Ulciscar*e* et mihi, ut erga te fui et sum, referas gratiam.
Nimium difficilest reperiri amicum ita ut nomen cluet,
Quoi tuam quom rem cre*di*deris, sine omni cura dormias.
Sed generum nostrum ire e*c*cillum uideo cum adfini suo.
Nescio quid non satis inter eos conuenit; celeri gradu
Eunt uterque; ille reprehendit hunc priorem pallio;
Haud ineuscheme astiterunt. Huc aliquantum abs*c*essero;
Est lubido orationem audire duorum adfinium.

ADULESCENTES II. SERUOS. C

Lysiteles

Sta ilico; noli auorsari neque te occultassis mihi.

Lesbonicus

Potin ut me ire quo profectus sum sinas?

613 Isus *C* 619 charmides quom *B*, quoniam *C* absente te 620 salū *B*, saluam *C* 621 Ulciscar ut mihi 622 repperiri *C* inimicum 623 crederis 624 ecillum 625 gradus 626 in eusche mea 627 absessero 628 adfinium Lisitelis Lesbonicus Stasimus *B* C *om.* *C* 730 quod

Lysiteles

Si in rem tuam,
Lesbonice, esse uideatur, gloriae aut famae, sinam.

Lesbonicus

Quod est facillumum facis.

Lysiteles

Quid id est?

Lesbonicus

Amico iniuriam.

Lysiteles

Neque meumst neque facere didici.

Lesbonicus

Indoctus quam docte facis!
Quid faceres, si quis docuisset te ut sic odio esses mihi?
Bene quom simulas facere mih*i* te, male facis, male consulis.

Lysiteles

Egone?

Lesbonicus

Tu ne.

Lysiteles

Quid male facio?

Lesbonicus

Quod ego nolo, id quom facis.

Lysiteles

Tuae rei bene consulere cupio.

Lesbonicus

Tu mihi es melior quam ego mihi?
Sat sapio; satis in rem quae sint meam ego conspicio mihi.

Lysiteles

An id est sapere, ut qui beneficium a beneuolente repudies?

633 meust *BC* quan *C* 635 Qui bene 637 egomet 639 a *om. BC*

Lesbonicus

Nullum beneficium esse duco id, quod quoi facias non placet.
Scio ego et sentio ipse quid agam, neque mens officio migrat,
Nec tuis depellar dictis, quin rumori seruiam.

Lysiteles

Quid ais? nam retineri nequeo quin dicam ea quae promeres:
Itan tandem hanc maiores famam tradiderunt tibi tui,
Ut uirtute eorum anteparta per flagitium perderes
Atque honori posterorum tuorum ut index fieres?
Tibi paterque auosque facilem fecit et planam uiam
Ad quaerundum honorem; tu fecisti ut difficilis foret,
Culpa maxume et desidia tuisque stultis moribus.
Praeoptauisti amorem tuum uti uirtuti praeponeres.
Nunc te hoc pacto credis posse optegere errata? aha, non ita est.
Cape sis uirtutem animo et corde expelle desidiam tuo.
In foro operam amicis da, ne in lecto amicae, ut solitus es.
Atque istum ego agrum tibi relinqui ob eam rem enixe expeto,
Ut tibi sit qui te corrigere possis, ne omnino inopiam
Ciues obiectare possint tibi, quos tu inimicos habes.

Lesbonicus

Omnia ego istaec quae tu dixti scio; uel exsignauero,
Ut rem patriam et gloriam maiorum foedarim meum.
Scibam ut esse me deceret, facere non quibam miser;

---

640 cum cui *A* 641 mse officiũ *BC* 642 depellor *BC* 644 Itanc hanc *om. BC* 645 anteuerta *A* 646 uindex 647 pater *A* facit *BC* 648 difficilius *C* 649 Culpā *B* 650 pracoptasuiti *A* 651 facto *A* ah *BC* 652 deisidiam *B* tuā *A* 653 amicis operam *A* ha da aut intellectu (intellecto *C*) amice *BC* 654 ego istum *BC* menixe *B*, enxie *C* 657 ista *B*, istic *C* dixisti *BC* 659 Sciebam *BC*

Ita ui Ueneris uinctus, otio aptus in fraudem incidi,
Et tibi nunc, proinde ut merere, summas habeo gratias.

Lysiteles

At operam perire meam et te haec dicta corde spernere
Perpeti nequeo; simul me piget parum pudere te.
Et postremo, nisi me auscultas atque hoc ut dico facis,
Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor;
In occulto iacebis, quom te maxume clarum uoles.
Pernoui equidem, Lesbonice, ingenium tuum ingenuum admodum;
Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
Pectus obscurasse; atque ipse amoris teneo omnis uias.
Ita est amor, ballista ut iacitur; nihil sic celere est neque uolat;
Atque is mores hominum moros et morosos ecficit.
Minus placet magis quod suadetur; quod dissuadetur placet.
Quom inopia est, cupias; quando eius copia est, tum non uelis.
[Ille qui aspellit, is conpellit; ille qui non suadet, uetat.]
Insanum est malum deuorti in hospitium ad Cupidinem.
Sed te moneo hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expetas,
Si conare istuc, ut facis indicium, tuum incendes genus;
Tum igitur tibi aquae erit cupido, genus qui restinguas tuum.
Atque si eris nanctus, proinde ut corde amantes sunt cati,
Ne scintillam quidem relinques, genus qui congliscat tuum.

---

660 iunctus *C* captus *BC* 661 ac *BC* 662 meam sic et haec *om.* *A* 663 piet *C* 664 ausultas *B* 666 oculto *C* 667 lesbonicem imperium tuum ingenium *BC* 668 tuapste *A* 669 amores tene *A* 670 balista *BC* celere sic *A* 671 his *ΜΩΡΩC A* 672 quod suadetur magis *A* 675 Insanum et *B*, Insanumst et *C* in hospitium deuorti 676 resputes *C* 677 istuc ut conare 678 aquerit *B*, querit *C* 679 erit si 680 Nesciunt illam *C* concliscat *B*, conclusit *C*

Lesbonicus

Facile est inuentu; datur ignis, tametsi ab inimico petas.
Sed tu obiurgans me a peccatis rapis deteriorem in uiam.
Meam sororem tibi dem suades sine dote. Aha, non conuenit
Me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in diuitiis,
Esse agrumque habere, egere illam autem, ut me merito oderit.
Numquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.
Sicut dixi, faciam; nolo te iactari diutius.

Lysiteles

Tanto*n* meliust te sororis causa egestatem exsequi
Atque eum agrum me habere quam te, tua qui toleres moenia?

Lesbonicus

Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leues,
Sed ut inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi,
Si sine dote *dem*, dedisse magis quam in matrimonium.
Quis me inprobior perhibeatur esse? Haec famigeratio
Te honestet, me conlutulentet, si sine dote duxeris.
Tibi sit emolumentum honoris; mihi quod obiectent siet.

Lysiteles

Quid? te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?

Lesbonicus

Neque uolo neque postulo neque censeo; uerum tamen
Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.

---

681 tamen et si inimicos 682 rapidis 683 Meam uis sororem ha a *B*, hac *C* 685 abere *B* 687 dixit 688—693 *post 707 iterant BC* 688 Tanto melius est B^2C^2 Soris C^1 689 tolleres C^1 munia B^2 693 dote B^2 dem *om.* dedissem C^2 694—96 *post 706 iterant BC* 694 famiferatio BC_1 695 me autem B^2C^2 696 ermolumenium B^1 mihi autem C^2 697 Cui *C* fores *BC* 698 postulo censeo *B* 699 honus *C*

Lysiteles

Scio equidem te animatus ut sis; uideo, subolet, sentio.
Id agis ut, ubi adfinitatem inter nos nostram astrinxeris
Atque eum agrum dederis nec quicquam hic tibi sit qui uitam colas,
Ecfugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,
Cognatos, adfinitatem, amicos factis nuptiis.
Mea opera hinc proterritum te meaque auaritia autument.
Id me comissurum ut patiar fieri, ne animum induxeris.

Stasimus

Non enim possum quin exclamen: euge, euge, Lysiteles, πάλιν.
Facile palmam habes; hic uictus*t*; uicit tua comoedia.
[Hic agit magis ex argumento et uersus meliores facit,
Etiam ob stultitiam tuam te † curis multabo mina.]

Lesbonicus

Quid tibi interpellatio aut in consilium huc accessio est?

Stasimus

Eodem pacto, quo huc accessi, abscessero.

Lesbonicus

I hac mecum domum,
Lysiteles; ibi de istis rebus plura fabulabimur.

Lysiteles

Nihil ego in occulto agere soleo; meus ut animust, eloquar:
Si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nuptum datur
Sine dote neque tu hinc abituru's, quod meum erit, id erit tuum;

---

700 ut si studio *C* sobolet *C* 701 Itagis *B* 702 nequicquam 703 profugiens deseres 704 Cognatos *om. C* *Post* 706 *leguntur iterum 694—96* 707 qui lystelis *B*, lysitelis *C* *Post* 707 *iterum leguntur 688—93* 708 uictus 710 tecuris multa ob omina *B*, teturis multa abomina *C* 711 concilium 713 lystelis *B*, lysitelis *C* 714 inoculto *C* animus ëe loquar *B* 715 dotē *B* habiturus

Sin aliter animatus es, bene quod agas eueniat tibi;
Ego amicus numquam tibi ero alio pacto; sic sententia est.

Stasimus

Abiit hercle ille. Ecquid audis, Lysiteles? ego te uolo.
Hic quoque hinc abiit. Stasime, restas solus. Quid ego nunc agam,
Nisi uti sarcinam constringam et clupeum ad dorsum adcommodem,
Fulmentas iubeam suppingi soccis? Non sisti potest;
Uideo caculam militarem me futurum haud longius.
At*que* aliquem ad regem in saginam si erus se coniexit meus,
Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore,
Et capturum spolia illum qui meo ero aduorsus uenerit.
Egomet autem quom extemplo arcum et pharetram et sagittas sumpsero,
Cassidem in caput, dormibo placid*ul*e in tabernaculo.
Ad forum ibo; nudius sextus quoi talentum mutuum
Dedi, reposcam, ut habeam mecum quod feram uiaticum.

MEGARONIDES CALLICLES SENES II DU

Megaronides

Ut mihi rem narras, Callicles, nullo modo
Pote fieri prosus quin dos detur uirgini.

717 eueniet 718 si 719 ille quidem ecquid lystelis *B*, lysitelis *C* 720 habiit *B* qui *B* 722 socios *B*, sotios *C* 723 cacula *B*, caula *C* aut 724 At *B*, aut *C* merus sese *B*, Meruisse se *C* coniecit 726 spolia ibi illum 727 quo me exemplo *C* arcum mihi et 728 placide 729 nuudius 730 uiaticum megaronides callides *B* 732 Potest

Callicles

Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Ut eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.

Megaronides

. . . .
Parata dos domist; nisi expectare uis
Ut eam sine dote frater nuptam conlocet,
Post adeas tute Philtonem et dotem dare
Te ei dicas; facere id eius ob amicitiam patris.
Uerum hoc ego uereor, ne istaec pollicitatio
Te in crimen populo ponat atque infamiam.
Non temere dicant te benignum uirgini;
Datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre,
Ex ea largiri te illi, neque ita ut sit data
Columem te sistere illi, et detraxe autument.
Nunc si opperiri uis aduentum Charmidi,
Perlongum est; huic ducendi interea abscesserit
Lubido; atque ea condicio huic uel primaria est.

Callicles

Nam hercle omnia istaec ueniunt in mentem mihi.
Uide si hoc utibile magis atque in rem deputas,
Ut adeam Lesbonicum, edoceam ut res se habet.
Sed nunc ego adulescenti thensaurum indicem
Indomito, pleno amoris ac lasciuiae?

Megaronides

Minume.

Callicles

Minume hercle uero; nam certo scio,

---

735 quin *B* 739 amiticiam *B* 740 pollititatio *C* 741 incremen 742 benignem *C* 743 et *A* deres *BC* 744 largitate 745 Columente *BC*, Incolumem *A* detraxi *BC* 746 Nuc *B* charmidis *BC* 748 *om. BC* 749 Eadem omnia *A* 751 Ipsum adeam *A* 752 Sed ut ego nunc *BC* thensarū *C* 754 Minime minime uero *om. A* certe *C*

Locum quoque illum omnem ubi situst comederit;
Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat,
Neu rem ipsam indaget, dotem dare si dixerim.

Megaronides

Quo pacto ergo igitur clam dos depromi potest?

Callicles

Dum occasio ei *rei* reperiatur, interim
Ab amico alicunde mutuum argentum rogem.

Megaronides

Potin est ab amico alicunde exorari?

Callicles

Potest.

Megaronides

Gerrae; ne tu illud uerbum actutum inueneris:
Mihi quidem hercle non est quod dem mutuum.
[Malim hercle ut uerum dicas quam ut des mutuum.]
Sed uide consilium si placet.

Callicles

Quid consili est?

Megaronides

Scitum, ut ego opinor, consilium inueni.

Callicles

Quid est?

Megaronides

Homo conducatur aliquis iam quantum potest.
[Quasi sit peregrinus.

Callicles

Quid is scit facere postea?]

---

755 situmst *A* 757 ipsam rem *C* indacet 758 B *præfigit B* ergo *om. A* 759A *præf. B* rei *om.* 760 mutuum *om. BC* roges 761 B *et* # *B* 764 quam uides *BC* mutaui *C* 767 iam aliquis *A* 768 iscit *A*

Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Ignota facie, quae non uisitata sit,
[Falsidicum, confidentem. Quid tum postea?]
Quasi ad adulescentem a patre ex *Se*leucia
Ueniat. Salutem ei nuntiet uerbis patris;
Illum bene gere*re* rem et ualere et uiuere
Et eum rediturum actutum. Ferat epistulas
Duas; eas nos consignemus, quasi sint a patre.
Det alteram illi, alteram dicat tibi
Dare sese uelle.

Callicles

Perge porro dicere.

Megaronides

Seque aurum ferre uirgini dotem a patre
Dicat, patremque id iussisse aurum tibi dare.
Tenes iam?

Callicles

Propemodum, atque ausculto perlubens.

Megaronides

Tum tu igitur demum adulescenti aurum dabis,
Ubi erit locata uirgo in matrimonium.

Callicles

Scite hercle sane.

Megaronides

Hoc, ubi thensaurum ecfoderis,
Suspicionem ab adulescente amoueris.
Censebit aurum esse a patre adlatum tibi;
Tu de thensauro sumes.

Callicles

Satis scite et probe,

---

769 grapphice *A* 770 facies *Ante* 770 *A*: Mendacilocum aliquem ⌗ quid is iscit facere postea 771 cumfidentem *BC* quiddum *C* 772 exleutia *B*, exleucia *C* 773 nuncii et *B* 774 gererem 775 auctutum 776 noston signemus *C* 781 propemodo 784 A *utroque loco B* 784—86 thensaurū esse a patre alienatū Abadulescente amoueris censebit aurū esse a patre alienatū Tibi *C* 787 thensu aro *B* sumens *C* prope *C*

Quamquam hoc me aetatis sycophantari pudet.
Sed epistulas quando obsignatas adferet,
Nonne arbitraris tum adulescentem anuli
Paterni signum nosse?

Megaronides

Etiam tu taces?
Sescentae ad eam rem causae possunt conligi.
[Illum quem habuit perdidit, alium post fecit nouom.]
Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest
Apud portitores eas resignatas sibi
Inspectasque esse. In huius modi negotio
Diem sermone terere segnities merast;
Quamuis sermones possunt longi texier.
Abi ad thensaurum iam confestim clanculum;
Seruos, ancillas amoue. Atque audin?

Callicles

Quid est?

Megaronides

Uxorem quoque ipsam hanc rem uti celes face;
Nam pol tacere numquam quicquamst quod queat.
Quid nunc stas? quin tu hinc amoues et te moues?
Aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod sat est;
Continuo operito denuo, sed clanculum,
Sicut praecepi; cunctos exturba aedibus.

Callicles

Ita faciam.

Megaronides

At enim nimis longo sermone utimur;

---

788 mea etatis *B*, mea aetatis *C* sicoplantari *B* 789 B *præf. B* *Post* 789 *legitur* Sed quō obsignatas attulerit epistolas 790 eum 792 Sescentē *B* 795 portitorem 796 modo *B* 797 sermonem terrere 799 Tibi athenas aurum 801 Uoxorem *B* ut 802 pod *B* 803 hunc *C* 804 auriat *B*, hauriat *C* 806 precepit

Diem conficimus, quom iam properatost opus.
Nihil est de signo quo*d* uereare; me uide.
Lepida est illa causa, ut conmemoraui, dicere
Apud portitores esse inspectas. Denique
Diei tempus non uides? quid illum putas
Natura illa atque ingenio? Iam dudum ebriust;
Quiduis probar*i* *e*i poterit. Tum, quod maxumumst,
Adferre, non petere hic se dicet.

Callicles

Iam sat est.

Megaronides

Ego sycophantam iam conduco de foro
[Epistulasque iam consignabo duas]
Eumque huc *ad* adulescentem meditatum probe
Mittam.

Callicles

Eo ego igitur intro ad officium meum;
Tu istuc age.

Megaronides

Actum reddam nugacissume.

CHARMIDES SENEX C

Salsipotenti et multipotenti Iouis fratri aetherei Neptuno
Laetus lubens laudes ago et grates, gratiasque habeo fluctibus salsis,
Quos penes me*i* *fuit summa* potestas, bonis m*e*is quid foret et meae uitae,

808 quod 809 quo 810 ille *B* commeraui *B* 814 probare poterit maxumist 816 sycoplantam *B* defero *C* 818 ad *om.* 820 nugacesunt nisi charmidis CHARMIDES *om. BC* C *om. C* 821 et nerei neptuni 822 e fluctibus 823 Quō *B*, Qm̄ *C* me potestas mis mea iuite *B*

Quom suis me ex locis in patriam urb*em saluom incolumem* reducem faciunt.
Atque ego, Neptune, tibi ante alios deos gratias ago atque habeo summas;
Nam te omnes saeuomque seuerumque atque auidis moribus conmemorant.
Spurcificum, inmanem, intolerandum, uesanum; *ego* contra opera expertus.
Nam pol placido te et clementi meo usque modo, ut uolui, usus sum in alto.
Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam nobilis apud homines,
Pauperibus te parcere solitum, diuites damnare atque domare.
Abi, laudo; scis ordine ut aequomst tractare homines; hoc dis dignumst.
[Semper mendicis modesti sunt.]
Fidus fuisti; infidum esse iterant; nam absque foret te, sat scio in alto
Distraxissent disque tulissent satellites tui me miserum foede
Bonaque omnia item una *mea* mecum passim caeruleos per campos;
Ita iam quasi canes haud secus circumstabant nauem turbines uenti;
Imbres fluctusque atque procellae *ferri* infensae, frangere malum,
Ruere antemnas, scindere uela; — ni tua pax propitia foret praesto.

824 Qm *C* urbis cumā redeunt *C* 824 neq' neptune *C* 826 auidus *B* 827 ego *om.* intolerandam *C* 828 alio 829 et nobilis apra *B*. et nobiles apud *C* 830 dampnare *C* 831 ordinē ut equnct *B* dignuust *B* 832 siut *B* 833 foret et stat *B* 835 mea *om.* 836 uenit *BC* 837 ferri *om.* 838 propitia pax *A*

Apage a me sis; dehinc iam certumst otio dare me; satis partum habeo,
Quibus aerumnis deluctaui, filio dum diuitias quaero.
Sed quis hic est qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu specieque simul?
Pol quamquam domi cupio, opperiar; quam hic rem gerat animum aduortam.

SYCOPHANTA SENEX.

Sycophanta

Huic ego die nomen Trinummo facio; nam ego operam meam
Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.
Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia.
Quas ego neque oculis neque pedibus umquam usurpaui meis.
Uiden egestas quid negoti dat homini misero mali?
Quin ego nunc subigor trium nummum causa ut hasce epistulas
Dicam ab eo homine me accepisse, quem ego qui sit homo nescio
Neque noui neque natus necne is fuerit id solide scio.

Charmides

Pol hic quidem fungino genere est; capite se totum tegit.
Hilurica facies uidetur hominis; eo ornatu aduenit.

Sycophanta

Ille qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum;

---

839 a *om.* *BC* messis *C* deinde hinc *BC* iam *om.* *BC* me dare *BC* 841 planteam *B* ornatus peciaque *B* 842 Sol *B* domum *BC* operiar *BC* rem agat gerit animum aduortam *A*, rem charmides *BC* CHARMIDES *A* 843 diei faciam *BC* 844 artis *B* nauigatorias *A* 846 nec pedibus *BC* usurpauimus *BC* 848 Qui *BC* nummorum has *BC* 850 is *om.* *A* 851 Sol *B* gerere *B* capit ēē *B*, capite *C* 852 Hillurica *BC*

Quae uoluit mihi dixit, docuit et praemonstrauit prius,
Quo modo quidque agerem, nunc adeo si quid ego addidero amplius,
Eo conductor melius de me nugas conciliauerit.
[Ut ille me exornauit, ita sum ornatus; argentum hoc facit.
Ipse ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo;
Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,
Dabo operam ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat.]

Charmides

Quam magis specto, minus placet mihi hominis facies. Mira sunt,
Ni illic homo est aut dormitator aut sector zonarius.
Loca contemplat, circumspectat sese atque aedis noscitat;
Credo edepol, quo mox furatum ueniat, speculatur loca.
Magis lubidost obseruare quid agat; ei rei operam dabo.

Sycophanta

Has regiones demonstrauit mihi ille conductor meus;
Apud illas aedis sistendae mihi sunt sycophantiae.
Fores pultabo.

Charmides

Ad nostras aedis hic quidem habet rectam uiam.
Hercle opinor mihi aduenienti hac noctu agitandumst uigilias.

Sycophanta

Aperite hoc, aperite. Heus, ecquis his foribus tutelam gerit?

Charmides

Quid, adulescens, quaeris? quid uis? quid istas pultas?

---

855 quitq. *A*, quique *BC* 856 conducto *A* nogas *B* 857 exornaui *B* urnatus *B* hac *AB* 858 periculo XXXXX *B* 860 ipsum plane esse *A* sycoplantam *B* 861 mihi hacc hominis *C* 862 Nillinc *B* haut dormitator *A*, audorminitator *B* 864 speculator 864—65 locagis *C* 866 ha *C* 868 putabo ⌗ at edia chic *B* habeat 869 agitandum si uigilias *B*, Agitandum si uigilas *C* 870 X *B* hec quis *B*

Sycophanta

Heus, senex,
Census quom *sum*, iuratori recte rationem dedi.
Lesbonicum hic adulescentem quaero, in his regionibus
Ubi habitet, et item alterum ad istanc capitis albitudinem;
Calliclem aiebat uocari qui has mihi dedit epistulas.

Charmides

Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quaerit et amicum meum,
Quoi ego liberosque bonaque conmendaui, Calliclem.

Sycophanta

Fac me, si scis, certiorem, hisce homines ubi habitent, pater.

Charmides

Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es? aut unde aduenis?

Sycophanta

Multa simul rogitas; nescio quid expediam potissumum.
Si unum quidquid singillatim et placide percontabere,
Et meum nomen et mea facta et itinera ego faxo scias.

Charmides

Faciam ita ut uis. Age dum, nomen tuum primum memora mihi.

Sycophanta

Magnum facinus incipissis petere.

Charmides

Quid ita?

Sycophanta

Quia, pater,
Si ante lucem ire *hercle* occipias a meo primo nomine,
Concubium sit noctis prius quam ad postremum perueneris.

---

871 heu 872 sum *om.* 874 istane *BC* 875 Calliclen dedit mihi *B* 878 sis certiore hosce habitem 881 Sin percuntabere *C* 882 numen faxos *B* 884 incipis sic *C* patrem 885 hercle *om. C*, *spatium B*

Charmides

Opus factost uiatico ad tuum nomen. ut tu praedicas.

Sycophanta

Est minusculum alterum quasi uexillum uinarium.

Charmides

Quid *id* est tibi nomen, adulescens?

Sycophanta

Pax, id est nomen mihi;
Hoc cotidianumst.

Charmides

Edepol nomen nugatorium;
Quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax, periisse ilico.
Hic homo solide sycophanta est. Quid ais tu, adulescens?

Sycophanta

Quid est?

Charmides

Eloquere, isti tibi quid homines debent. quos tu quaeritas?

Sycophanta

Pater istius adulescentis dedit has duas mihi epistulas.
Lesbonici; is mihi est amicus.

Charmides

Teneo hunc manufestarium;
Me sibi epistulas dedisse dicit. Ludam hominem probe.

Sycophanta

Ita ut occepi, si animum aduortas, dicam.

Charmides

Dabo operam tibi.

---

887 factost ct at *B* 888 iuxillum *B*, uixillum *C* 889—91 *leguntur post 938* 889 id *om.* 890 cotidianust 892 sycoplantast *B* es 893 X *B* 894 ω *B* mihi *om. C* 895 Lesbonicis mihi.

Sycophanta

Hanc me iussit Lesbonico suo gnato dare epistulam
Et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.

Charmides

Mihi quoque edepol, quom hic nugatur, contra nugari lubet.
Ubi ipse erat?

Sycophanta

Bene rem gerebat.

Charmides

Ergo ubi?

Sycophanta

In Seleucia.

Charmides

Ab ipsone istas accepisti?

Sycophanta

E manibus dedit mihi ipse in manus.

Charmides

Qua facie est homo?

Sycophanta

Sesquipede quidamst quam tu longior.

Charmides

Haeret haec res, si quidem ego absens sum quam praesens longior.
Nouistin hominem?

Sycophanta

Ridicule rogitas, quicum una cibum
Capere soleo.

Charmides

Quid est ei nomen?

Sycophanta

Quod edepol homini probo.

---

900 nuguratur *B*. nugaratur *C* iubet *C* 901 seleutia *C* 903 quiddamst quantu *B*, quantum *C* 904 *om*. *C* sum quia presens 905 Nouisti in *B* quocum 906 X quid ei nom̄ e *B* dedepol *B*, de edepol *C*

Charmides

Lubet audire.

Sycophanta

Illi edepol — illi — illi — uae misero mihi.

Charmides

Quid est negoti?

Sycophanta

Deuoraui nomen inprudens modo.

Charmides

Non placet qui amicos intra dentis conclus*o*s habet.

Sycophanta

Atque etiam modo uorsabatur mihi in labris primoribus.

Charmides

Temperi huic hodie anteueni.

Sycophanta

Teneor manufesto miser.

Charmides

Iam recommentatu's nomen?

Sycophanta

Deum hercle me atque hominum pudet.

Charmides

Uide, homo, ut hominem noueris.

Sycophanta

Tam quam me. Fieri istuc solet;
Quod in manu teneas atque oculis uideas, id desideres.
Litteris recomminiscar. *C* est principium nomini.

Charmides

Callias?

Sycophanta

Non est.

---

907 ille edepol 908 ω deuoraui *B* 909 concluso 912 Rem commentatus es *C* 913 Uide modo ut *B* ω fieri *B* 915 X Litteris *B* C *om.* 916 Callicias

Charmides

Callippus?

Sycophanta

Non est.

Charmides

Callidemides?

Sycophanta

Non est.

Charmides

Callinicus?

Sycophanta

Non est.

Charmides

Callimarchus?

Sycophanta

Nihil agis,

Neque adeo edepol flocci facio, quando egomet memini mihi.

Charmides

At enim multi Lesbonici sunt hic; nisi nomen patris
Dices, non possum istos monstrare homines, quos tu quaeritas.
Quod ad exemplum est? coniectura si reperire possumus.

Sycophanta

Ad hoc exemplum est, ad Chares, ad Charmenes.

Charmides

Num Charmides?

Sycophanta

Em istic erit; qui istum di perdant.

---

916 calliclemides *C* 917 calimarchus 919 Atq; *B* 920 monstrare possum istos 922 *post 931 scriptus in B* anchares-ancharmides *Θ* mim *B*, min *C* 923 hem *C*

Charmides

Dixi ego iam dudum tibi:
Te potius bene dicere aequomst homini amico quam male.

Sycophanta

Satin inter labra atque dentis latuit uir minumi preti?

Charmides

Ne male loquere absenti amico.

Sycophanta

Quid ergo illi ignauissimus
Mihi latitabat?

Charmides

Si appellasses, respondisset nomini.
Sed ipse ubi est?

Sycophanta

Pol illum reliqui Adamante in Cercopum insula.

Charmides

Qui homo est me insipientior, qui ipse egomet ubi sim quaeritem?
Sed nihil disconducit huic rei. Quid ais? quid hoc quod te rogo?
Quos locos adisti?

Sycophanta

Nimium mirimodis mirabilis.

Charmides

Lubet audire, nisi molestumst.

Sycophanta

Quin discupio dicere.
Omnium primum in Pontum aduecti Arabiam terram sumus.

---

926 loquar eapsenti 927 nomine 928 adihadamante *B*, ad rhadamantem *C* cecropio *B*, cecropia *C* 931 locus *C* a distix *B* miris modis 932 audires *B* molestum si 933 inpotentum *C* aduectia arabiam *BC*

Charmides

E*h*o an etiam Arabia est in Ponto?

Sycophanta

Est; non illa ubi tus gignitur,
Sed ubi apsinthium fit atque cunila gallinacea.

Charmides

Nimium graphicum hunc nugatorem. Sed ego sum insipientior,
Qui, egomet unde redeam, hunc rogitem, quae ego sciam atque hic nesciat;
Nisi quia lubet experiri quo euasurust denique.
Sed quid ais? quo inde isti porro?

Sycophanta

Si animum aduortes, eloquar.
Ad caput amnis, qui de caelo exoritur sub solio Iouis.

Charmides

Sub solio Iouis?

Sycophanta

Ita dico.

Charmides

E caelo?

Sycophanta

Atque *e* medio quidem

Charmides

Eho an etiam in caelum escendisti?

Sycophanta

Immo horiola aduecti sumus
Usque aqua aduorsa per amnem.

Charmides

E*h*o an tu etiam uidisti Iouem?

---

934 Eo ubi cubitus *B* 935 apsentium 937 rogitem quia ego *B* 938 *sequuntur 889—91* 940 quod 941 atque medio 942 Eo *B* doriola 943 eo ante

Sycophanta

Eum alii di isse ad uillam aibant seruis depromptum cibum.
Deinde porro . .

Charmides

Deinde porro nolo quicquam praedices.

Sycophanta

Taceo ego hercle, si es*t* molestum.

Charmides

Nam pudicum neminem
*Deputa*re oportet, qui abs terra ad caelum peruenerit.

Sycophanta

*Cata*mit*um* haud te uelle uideo. Sed monstra hosce homines mihi,
Quos ego quaero, quibus me oportet has deferre epistulas.

Charmides

Quid ais? tu nunc si forte eumpse Charmidem conspexeris,
Illum quem tibi istas dedisse conmemoras epistulas,
Norisne hominem?

Sycophanta

Ne tu me edepol arbitrare beluam,
Qui quidem non nouisse possim, quicum aetatem exegerim.
An ille tam esset stultus, qui mihi mille nummum crederet
Philippum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum
Atque ad amicum Calliclem, quoi rem aibat mandasse hic suam?
Mihi concrederet, ni me ille et ego illum nosse*m* probe?

Charmides

Enimuero ego nunc sycophantae huic sycophantari uolo,

---

944 Calliclise *B*, calliclis *C* aiebant 945 Mande 946 X O hercle *B*, ... o hercle *C* si es molestus 947 Pre *B*, ... ere *C* 948 X Mit aut te *B*, . . . mit aut *C* mostra *B* hominis *B* 949 Hos 950 eum ipsum 952 Nouerisne 953 Quid *C* 954 ille ita esset *C* nummos *C* 955 philippeum adgnitum *B* 956 aiebat 957 nosse aprobe

Si hunc possum illo mille nummum Philippum circumducere.
Quod sibi me dedisse dixit. Quem ego qui sit homo nescio
Neque oculis ante hunc diem umquam uidi, eine aurum crederem?
Quoi, si capitis res sit, nummum numquam credam plumbeum.
Adgrediundust hic homo mi astu. Heus, Pax, te tribus uerbis uolo.

Sycophanta

Uel trecentis.

Charmides

Haben tu id aurum, quod accepisti a Charmide?

Sycophanta

Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa manu.
Mille nummum.

Charmides

Nempe ab ipso id accepisti Charmide?

Sycophanta

Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem, qui sunt mortui.

Charmides

Adulescens, cedo dum istuc aurum mihi.

Sycophanta

Quod ego aurum dem tibi?

Charmides

Quod a me te accepisse fassu's.

Sycophanta

Abs te accepisse?

Charmides

Ita loquor.

---

959 nummos *C* philippo ciuē ducere 961 'mirum 962 siet
963 Adgrediundus est *B* masticheus *C* 966 nummos *C* uepe *B*
967 mirum quid eiuis *B*

Sycophanta

Quis tu homo es?

Charmides

Qui mille nummum tibi dedi, ego sum Charmides.

Sycophanta

Neque edepol tu is es neque hodie is umquam eris auro huic quidem.
Abi sis, nugator; nugari nugatori postulas.

Charmides

Charmides ego sum.

Sycophantes

Nequiquam hercle es; nam nihil auri fero.
Nimis argute *me* obre*p*sisti in eapse occasiuncula;
Postquam ego me aurum ferre dixi, pos*t* tu factu's Charmides.
Prius tu non eras quam auri feci mentionem; nihil agis.
Proin tu te, itidem ut charmidatus es, rursum decharmida.

Charmides

Quis ego sum igitur, si quidem is non sum, qui sum?

Sycophanta

Quid id ad me attinet?
Dum ille ne sis quem ego esse nolo, sis mea causa qui lubet.
[Prius non is eras qui eras; nunc is factu's qui tum non eras.]

Charmides

Age si quid agis.

Sycophanta

Quid ego agam?

---

970 est 971 tuis ses *B* 972 Asi *B*, ac si *C* 974 argute obresisti (se) 975 postu 976 nonceras *B* aurifici 977 recharmida 978 Quid *B*

Charmides

Aurum redde.

Sycophanta

Dormitas, senex.

Charmides

Fassu's Charmidem dedisse aurum tibi.

Sycophanta

Scriptum quidem.

Charmides

Properas an non propere abire actutum ab his regionibus,
Dormitator, prius quam ego hic te iubeo mulcari male?

Sycophanta

Quam ob rem?

Charmides

Quia illum quem ementitus es, ego sum ipsus Charmides,
Quem tibi epistulas dedisse aiebas.

Sycophanta

Eho, quaeso, an tu is es? 986

Charmides

Is enimuero sum.

Sycophantes

Ain tu tandem? is ipsusne's?

Charmides

Aio.

Sycophanta

Ipsus es?

Charmides

Ipsus, inquam, Charmides sum.

Sycophanta

Ergo ipsusne es?

---

983 properas abire (abere *B*) actuum *C* 985 X quia *B* 986 aiebat *B* quescantuises *B*, quæ . . . . . es *C* 987 isipsusnes *Θ* aio *Z* p *X* ipsuses *B*, is ipsus es *C*

Charmides

Ipsissumus.

Ab*in* hinc ab oculis?

Sycophanta

Enimuero sero quoniam aduenis,
Uapula*b*is meo arbitratu et nouorum aedilium.

Charmides

At etiam maledicis?

Sycophanta

Immo, saluos quando quidem aduenis,
Di me perdant, si te flocci facio an periisse*s* prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi; te macto infortunio.
Ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interdu*i*m.
Ibo, ad illum renuntiabo, qui mihi tris nummos dedit,
Ut sciat se perdidisse. Ego abeo; male uiue et uale;
Qui te di omnes aduenientem peregre perdant, Charmides.

SENEX DU

Postquam ille hinc abiit, post loquendi libere
Uidetur tempus uenisse atque occasio.
Iam dudum meum ille pectus pungit aculeus,
Quid illi negoti fuerit ante aedis meas.
Nam epistula illa mihi concenturiat metum
In corde et illud mille nummum, quam rem agat.
Numquam edepol temere tinnit tintinnabulum;
Nisi qui illud tractat aut mouet, mutumst, tacet.
Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
Lubet obseruare quid agat; huc concessero.

989 Abhinc serio 990 Uapulais *C*, Uapulis *B* 992 periisse 993 accep emacto inportunio 994 Sed erum interdum 995 Ibi id 996 siat *B* 997 Quo dite 1000 Laududum *B* 1002 contenturiat metuū *B* 1004 Numquem temeret innitin nabubulum *B*, temere tintinnabulum *C* 1005 mutus 1007 concessero Stasimus charmides *B*

STASIMUS SERUOS. *CHARMIDES* SENEX. C

Stasimus

Stasime, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum,
Ne subito metus exoriatur scapulis stultitia *tua*.
Adde gradum, adpropera; iam dudum factumst quom abisti domo.
Caue sis tibi ne bubuli in te cottabi crebri crepent,
Si aberis ab eri quaestione; ne destiteris currere.
Ecce hominem te, Stasime, nihil*i*; satin in thermopolio
Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem?
Recipe te et recurre petere *re* recenti.

Charmides

Huic, quisquis est,
Gurguliost exercitor; is hunc hominem cursuram docet.

Stasimus

Quid, homo nihili, non pudet te? Tribusne te poteri*i*s
Memoria*m* esse oblitum? an uero, quia cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus —
Trochus fuit, Cerconicus, Crinnus, Cerdobulus, Collabus,
Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigae —
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas?
Eorum quiuis surpuerit currenti cursori solum.

Charmides

Ita me di ament, graphicum furem.

Stasimus

Quid ego quod periit petam?

I*n titulo nomina propria om.* C *om. C* 1009 stultitiam 1010 factum si *B* 1012 abieris 1013 nihil in *om. C* termi polio *B* 1015 re *om.* 1016 gurgiliost *C* cursur indocet *B* 1017 poteris 1018 Memoria 1020 Truthus *B*, trochus *C* cercobulus 1021 Oculi crepide crurii crepide (cerpidæ *C*) *BC* 1023 Quorum eorum unus surrupuit *B*, surripuit *C* 1024 amant furorem *C* quid ego quid *C*

Nisi etiam laborem ad damnum adponam epithecam insuper.
Quin tu quod periit periisse ducis? cape uorsoriam;
Recipe te ad erum.

Charmides

Non fugitiuost hic homo; conmeminit domi.

Stasimus

Utinam ueteres homin*um* *more*s, ueteres parsimoniae
Potius *in* maiori honore hic essent quam mores mali.

Charmides

Di inmortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui;
Uetera quaerit, uetera amare hunc more maiorum scias.

Stasimus

Nam nunc homines nihil*i* faciunt quod licet, nisi quod lubet.
Ambitio iam more sanctast, liberast a legibus;
Scuta iacere fugereque hostis more habent licentiam;
Petere honorem pro flagitio more fit.

Charmides

Morem inprobum.

Stasimus

Strenuos*os* praeterire more fit.

Charmides

Nequam quidem.

Stasimus

Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,
Magisque is sunt obnoxiosae quam parentes liberi*s*,
Et miserae etiam ad parietem sunt fix*a*e clauis ferreis,
Ubi malos mores adfigi nimio fuerat aequius.

1025 apothecam 1027 *ω om.* huic *C* 1028 homines 1029 Potius maiori honori 1031 quæ Erit *C* morem 1032 nunc mores nihil 1033 Ampitio *C* 1035 honore *ω om.* 1036 strenuos idem *C* 1038 magis qui sunt liberi 1039 Ea miserere fixe

Charmides

Lubet adire atque appellare hunc; uerum ausculto perlubens
Et metuo, si conpellabo, ne aliam rem occipiat loqui.

Stasimus

Neque istis quicquam lege sanctumst; leges mori seruiunt,
Mores autem rapere properant qua sacrum qua publicum.

Charmides

Hercle istis malam rem magnam moribus dignumst dari.

Stasimus

Non hoc publice animaduorti; nam id genus hominum hominibus
Uniuorsis est aduorsum atque omni populo male facit.
Male fidem seruando illis quoque abrogant etiam fidem,
Qui nihil meriti; quippe eorum ex ingenio ingenium horum probant.
Hoc qui in mentem uenerit mihi? Re ipsa modo conmonitus sum.
Si quoi mutuum quid dederis, fit pro proprio perditum;
Quom repetas, inimicum amicum beneficio inuenias tuo.
Si mage exigere occipias, duarum rerum exoritur optio:
Uel illud quod credideris perdas uel illum amicum amiseris.

Charmides

Meus est hic quidem Stasimus seruos.

Stasimus

Nam ego talentum mutuum
Quoi dederam, talento inimicum mihi emi, amicum uendidi.

1042 Sed 1043 isti sanctust *B* 1044 pullicum *B* 1045 Θ *om.* dignust *AB* 1046 K *om.* pullice *B* animum aduerti *BC* omnibus 1049 ex eorum *BC* 1050 modo re ipsa commotussu *A* 1051 Si quid *BC* dederit *BC* 1052 Qui *C* inuenias ex beneficio *A* 1053 exgenere cupias *BC* 1054 miseris *BC* 1055 meust *A* 1056 Quod *BC* deram *C* em *C* uendedi *B*

Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius quam, id quod proxumumst, meo tergo tutelam geram.
Eo domum.

Charmides

Heus tu, asta ilico. Audi, heus tu.

Stasimus

Non sto.

Charmides

Te uolo.

Stasimus

Quid, si egomet te uelle nolo?

Charmides

Ah nimium, Stasime, saeuiter.

Stasimus

Emere meliust, quoi imperes.

Charmides

Pol ego emi atque argentum dedi;
Sed si non dicto audiens est, quid ago?

Stasimus

Da magnum malum.

Charmides

Bene mones; ita facere certum est.

Stasimus

Nisi quidem es obnoxius.

Charmides

Si bonust, obnoxius sum; sin secust, faciam ut mones.

Stasimus

Quid id ad me attinet, bonisne seruis tu utare an malis?

1057 pullicis *B* 1058 tute iam *C*, cute iam *B* 1060 egometeuellet *A* Aha *A* 1061 Et mere *C* em *C* 1062 es *BC* dānū *B*, dampnū *C* 1064 bonus es secus es uti iubes *BC* 1065 bonis me *C*

Charmides

Quia boni malique in ea re pars tibi est.

Stasimus

Partem alteram
Tibi permitto, illam alteram apud me, quod boni est, adponito.

Charmides

Si eris meritus, fiet. Respice huc ad me; ego sum Charmides.

Stasimus

Hem, quis est qui mentionem facit homo hominis optumi?

Charmides

Ipsus homo optumus.

Stasimus

Mare, terra, caelum, di, uostram fidem,
Satin ego oculis plane uideo? estne ipsus an non est? Is est.
Certe is est; is est profecto. O mi ere exoptatissume,
Salue.

Charmides

Salue, Stasime.

Stasimus

Saluom te . .

Charmides

Scio et credo tibi.
Sed omitte alia; hoc mihi responde: liberi quid agunt mei,
Quos reliqui hic filium atque filiam?

Stasimus

Uiuont, ualent.

Charmides

Nempe uterque?

1066 Qui *B* 1067 ad *BC* 1068 fies *BC* ad me huc *BC* 1069 homo hominis fecit *A* 1070 Ipse *BC* 1071 oculis ego *A* estne hic an *A* 1072 is est *alterum om. A* 1074 omitto *BC* Alio *C* qui dac un mei *B* 1075 uiunt *A*

Stasimus

Uterque.

Charmides

Di me saluom et seruatum uolunt.
Cetera intus otiose percontabor quae uolo;
Eamus intro; sequere.

Stasimus

Quo tu te agis?

Charmides

Quonam nisi domum?

Stasimus

Hicine nos habitare censes?

Charmides

Ubinam ego alibi censeam?

Stasimus

Iam

Charmides

Quid iam?

Stasimus

Non sunt nostrae aede*s* istaec.

Charmides

Quid ego ex te audio?

Stasimus

Uendidit tuus *g*natus aedis.

Charmides

Perii.

Stasimus

Praesentariis
Argenti minis numeratis.

1077 intu socios se *B* percunctabor *BC* 1078 Quonam tu te agis ╫ quonam cen *A* 1079 hiccine *C* 1080 edis ste *B*, ædis *C* 1081 natus

Charmides

Quot?

Stasimus

Quadraginta.

Charmides

Occidi.

Quis eas emit?

Stasimus

Callicles, quoi tuam rem conmendaueras.
Is habitatum huc conmigrauit nosque exturbauit foras.

Charmides

Ubi nunc filius meus habitat?

Stasimus

Hic in hoc posticulo.

Charmides

Male disperii.

Stasimus

Credidi aegre tibi id, ubi audisses, fore.

Charmides

Ego miser summis periclis sum per maria maxuma
Uectus, capitali periclo per praedones plurumos
Me seruaui, salu*o*s redii; nunc hic disperii miser
Propter eosdem, quorum causa fui hac aetate exercitus.
Adimit animam mihi aegritudo. Stasime, tene me.

Stasimus

Uisne aquam

Tibi petam?

Charmides

Res quom animam agebat, tum esse offusa*m* oportuit.

1082 quod 1083 Qui *C* 1085 K *om.* 1087 miserum meis periculis 1089 salus 1092 quoniam *C* offusa

CALLICLES CHARMIDES, SENES II. STASIMUS SERUOS

Callicles

Quid hoc hic clamoris audio ante aedis meas?

Charmides

O Callicles, o Callicles, o Callicles,
Qualine amico mea conmendaui bona?

Callicles

Probo et fideli et fido et cum magna fide.
Et salue et saluom te aduenisse gaudeo.

Charmides

Credo, omnia istaec si ita sunt ut praedicas.
Sed quis iste est tuus ornatus?

Callicles

Ego dicam tibi.
Thensaurum ecfodiebam intus dotem filiae
Tuae quae daretur. Sed intus narrabo tibi
Et hoc et alia; sequere.

Charmides

Stasime.

Stasimus

Hem.

Charmides

Strenue
Curre in Piraeum atque unum curriculum face.
Uidebis iam illic nauem, qua aduecti sumus.
Iubeto Sangarionem quae imperauerim
Curare ut ecferantur, et tu ito simul.

Titulo C *addit B* 1097 saluae *C*, saluet *B* 1098 si itast ut 1103 inpira euū *B*, inpira aeuū *C* 1105 Uideto angarione *C*

Solutu*m*st portitori iam portorium;
Nihil est morae. Cito ambula; actutum redi.

Stasimus

Illic sum atque hic sum.

Callicles

Sequere tu hac me intro.

Charmides

Sequor.

Stasimus

Hic meo ero amicus solus firmus restitit
Neque demutauit animum de firma fide,
Quamquam labores multos . . .
. . . .
Sed hic unus, ut ego suspicor, seruat fidem.

LYSITELES ADULESCENS C

Hic homo est omnium hominum praecipuus,
Uoluptatibus gaudiisque antepotens;
Ita commoda quae cupio eueniunt.
Quod ago, adsequitur, subest, subsequitur;
Ita gaudiis gaudium suppeditat.
Modo me Stasimus Lesbonici seruos conuenit *domi*;
Is mihi dixit suum erum peregre huc aduenisse Charmidem.
Nunc mihi is propere conueniundust, ut quae cum eius filio
Egi, ei rei fundus pater sit potior. Eo . . .
Sed fores hae sonitu suo mihi moram obiciunt incommode.

1107 Solutust portitorium *C* 1108 moracii ambula *BC* 1110 amico 1112 sq. *lacuna non indicatur* *Post* 1114: Ob rem laboremeum ego cepisse censeo, *quibus* lysitelis *addit B* C *om. C* 1116 ante ponens *C* 1119 suppetat *C* 1120 sq. conuenitis 1122 conueniundus est 1123 *lacuna non indicatur* 1124 *B addit*: Chamides Callides Lystelis Lesbonicus

CHARMIDES CALLICLES, SENES II. LYSITELES ADULESCENS

Charmides

Neque fuit neque erit neque esse quemquam hominem in terra arbitror,
Quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuam;
Nam exaedificauisset me ex his aedibus absque te foret.

Callicles

Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter,
Non uideor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.
Nam beneficium homini proprium quod datur, pro *suo* sumpserit;
Quod datur utendum, id repetundi copiast, quando uelis.

Charmides

Est ita ut tu dicis. Sed ego hoc nequeo mirari satis,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam.

Charmides

Lysiteli quidem Philtonis filio.

Lysiteles

Enim ne nominat.

Charmides

Familiam optumam occupauit.

Lysiteles

Quid ego cesso hos conloqui?
Sed maneam etiam, opinor; namque hoc commodum orditur loqui.

Charmides

Uah.

ADULESCENS II 1125 hominum *C* interdum 1126 suum 1128 benefici *B* 1130 prosumpserit 1131 datum utendumst id repetundi uelit 1132 metuo 1134 piltonis 1137 Є Uha

Callicles

Quid est?

Charmides

Oblitus intus dudum tibi sum dicere:
Modo mihi aduenienti nugator quidam occessit obuiam,
Nimis pergraphicus sycophanta; is mille nummum se aur*e*um
Meo datu tibi ferre et gnato Lesbonico aibat meo;
Quem ego ne*c* qui esset noram neque eum ante usquam conspexi prius.
Sed quid rides?

Callicles

Meo adlegatu uenit, quasi qui aurum mihi
Ferret abs te, quod darem tuae gnatae dotem, ut filius
Tuus, quando illi a me darem, esse adlatum id abs te crederet
Neu qui rem ipsam posset intellegere, thensaurum tuum
Me esse penes, atque eum me lege populi patrium posceret.

Charmides

Scite edepol

Callicles

Megaronides communis hoc meus et tuus
Beneuolens conmentust.

Charmides

Quin conlaudo consilium et probo.

Lysiteles

Quid ego ineptus, dum sermonem uereor interrumpere,
Solus sto nec, quod conatus sum agere, ago? Homines conloquar.

Charmides

Quis hic est, qui huc ad nos incedit?

1137 ω Uidest B *B* 1138 accessit 1139 aurum 1140 alebat 1141 nequi 1143 Ferrent *C* 1145 quis intelligere et 1146 eum a me elege *C* 1148 comentust *B*, commetūst *C* quinunc laudo *C* 1150 hominis

Lysiteles

Charmidem socerum suum
Lysiteles salutat.

Charmides

Di dent tibi, Lysiteles, quae uelis.

Callicles

Non ego sum dignus salutis?

Lysiteles

Immo salue, Callicles.
Hunc priorem aequomst me habere; tunica propior palliost.

Callicles

Deos uolo consilia *uobis* uostra recte uortere.

Charmides

Filiam meam tibi desponsam esse audio.

Lysiteles

Nisi tu uenis.

Charmides

Immo haud nolo.

Lysiteles

Sponden t*u* ergo tuam gnatam uxorem mihi?

Charmides

Spondeo et mille auri Philippum dotis.

Lysiteles

Dotem nihil moror.

Charmides

Si illa tibi placet, placenda dos quoque est quam dat tibi.
Postremo quod uis non duces, nisi illud quod non uis feres.

1152 Lysteus 1153 salute dignus 1154 B tunica *B* 1155 ⊖ Deus uobis *om.* 1156 tu neuis *om.* 1157 spondent *C*, ⁄ sponden *B* 1158 ⁄ dotem *B* morer *B* 1160 fores *C*

Callicles

Ius hic orat.

Lysiteles

Impetrabit te aduocato atque arbitro.
Istac lege filiam tuam sponden mihi uxorem dari?

Charmides

Spondeo.

Callicles

Et ego spondeo idem hoc.

Lysiteles

O saluete adfines mei.

Charmides

Atque edepol sunt res, quas propter tibi tamen suscensui.

Callicles

Quid ego feci?

Charmides

Meum corrumpi quia perpessu's filium.

Callicles

Si id mea uoluntate factumst, *est* quod mihi suscenseas.
Sed sine me hoc abs te impetrare, quod uolo.

Charmides

Quid id es*t*?

Callicles

*S*cies:
Si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia.
Quid quassas caput?

Charmides

Cruciatur cor mihi et metuo.

1161 Lus *B* ɷ impetrabit *B* arbitrio *C* 1162 Є Istac *B* 1163 Adfines mei XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX *B* 1165 Є Quid *B* 1166 est *om.* 1167 es *B* cies 1168 missam

Callicles

Quidnam id est?

Charmides

Quom ille itast ut esse nolo, id crucior; metuo, si tibi
Denegem quod me oras, ne te leuiorem erga me putes.
[Miserumst male promerita, ut merita sint, si ulcisci non licet.]
Non grauabor; faciam ita ut uis.

Callicles

Probus es. Eo, ut illum euocem.
Aperite hoc, aperite propere, et Lesbonicum, si domist,
Foras uocate; ita subitost propere quod eum conuentum uolo.

LESBONICUS. LYSITELES. CHARMIDES. CALLICLES.

Lesbonicus

Quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit foras? 1176

Callicles

Beneuolens tuus atque amicus.

Lesbonicus

Satine salue? dic mihi.

Callicles

Recte. Tuum patrem redisse saluom peregre gaudeo.

Lesbonicus

Quis id ait?

1170 nolo ul crucior *C* 1172 Miseris mst *B* sinis ulcisci 1173 ω Non *B* probus sese 1174 ω Aperite *B* propere quod eum conuentum uolo *B* 1175 euocate *Codd. novam scenam non incipiunt.* 1176 exciuit subito foras 1177 amicus : *B*, amicumst *C* satinst *B*, satin est *C* 1178 ϵ Recte *B*

Callicles
Ego.
Lesbonicus
Tun uidisti?
Callicles
Et tute item uideas licet.
Lesbonicus
O pater, pater mi, salue.
Charmides
Salue multum, gnate mi.
Lesbonicus
Si quid tibi, pater, laboris —
Charmides
Nihil euenit, ne time;
Bene re gesta saluos redeo, si tu modo frugi esse uis.
Haec tibi pactast Callicli *huius* filia.
Lesbonicus
Ego ducam, pater,
Et eam et si quam aliam iubebis.
Callicles
Quamquam tibi suscensui,
Miseria *una* uni quidem hominist adfatim.
Charmides
Immo huic parumst;
Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parumst.
Lesbonicus
At iam posthac temperabo.
Charmides
Dicis, si facies modo.

1179 Ɛ ego *B* idem 1182 redio *B* es seus *B* 1183 callicli filia 1184 Etiam Ɛ quāquā *B* 1185 B Miseria *B* una *om.* homini stat fati Ɛ *B*, hoministat fatim *C* 1186 uxoris *B* 1187 faciaes *B*

Lysiteles

Num quid causaest quin uxorem cras domum ducam?

Charmides

Optumumst.

Callicles

Tu in perendinum paratus sis ut ducas.

Ω

Plaudite.

1188 Nunc quid causa est ducat *C* optimumst licet

TRUCULENTUS.

ARGUMENTUM.

Tres unam pereunt adolescentes mulierem,
Rure unus, alter urbe, peregre tertius;
Utque ista ingenti militem tangat bolo,
Clam sibi supposuit clandestino editum.
Ui magna seruos est ac trucibus moribus,
Lupae ne rapiant domini parsimoniam;
Et is tamen mollitur. Miles aduenit,
Natique causa dat propensa munera.
Tandem compressae pater cognoscit omnia,
Utque illam ducat, qui uitiarat, conuenit,
Suumque is repetit a meretrice subditum.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (*B*). Heidelbergensis (*C*), Ambrosiani (*A*), ubi apparuit.

1 perunt *B* 3 polo *C* 5 at crucib; imorib; *B* 6 Lut poeni *B*, I poeni *C* domi *C* parsimonia *B* 7 Edis *B* 8 Natimque *B* 9 Tamen 10 litam

PERSONAE FABULAE.

Diniarchus adulescens
Astaphium ancilla
Stratyllax, seruos truculentus
Phronesium meretrix
Stratophanes miles
Cyamus, seruos Diniarchi
Strabax, adulescens rusticus
Callicles senex
Ancillae duae

PROLOGUS.

Perparuam *p*artem postulat Plautus loci
De uostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat.
Quid nunc? daturin estis an non? Adnu*u*nt.
Credo equidem uobis me ablaturum sine mora;
Quid si de uostro quidpiam orem? Abnuunt.
Eu hercle in uobis resident mores pristini,
Ad denegandum ut celeri lingua utamini.
Sed hoc agamus, qua huc uentumst gratia.
Athenis tra*nslatum huc* hoc est proscenium
Tantisper dum transigimus hanc comoediam.
Hic habitat mulier, nomen quoist Phronesium;
Haec huius saecli mores in se possidet:
Numquam ab amatore postulat id quod datumst,
Sed relicuum dat operam ne sit relicuum
Poscendo atque auferendo, ut mos est mulierum;
Nam omnes id faciunt, quom se amari intellegunt.
Ea se peperisse puerum simulat militi,
Quo citius rem ab eo auorrat cum puluisculo.
Quid multa? . . † . . Stuic superet muliere.
† Hiscum anima ad eum habenti erce teritur.

* * *

1 artem plaudi loco 2 Deum eris 3 arcus pletis 4 adnunt 5 Melior me quidem abiaturum 6 ore *C* abduunt 7 Eum inuodiis *B*, inodiis *C* more *B* 8 ut animi *B* 10 Athinis *B* tracto ita ut hoc proscinium *B*, proschenium *C* 11 Tantis perdunt transicimus *B* 12 nomine cui est phonesium *B* 14 amatore suo 15 reliquam reliquum 19 cicius *B* auferat 20 multa Superet mulierem *C*

DINIARCHUS DU

Non omnis aetas ad perdiscendum sat est
Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis,
Neque eam rationem eapse umquam educet Uenus,
Quam penes amantum summa summarum redit,
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat quotque exoretur exorabulis.
Quot illic blanditiae, quot illic iracundiae
Sunt, quot *subeunda imperia.* Di uostram fidem, hui,
Quid perferundum est etiam praeter munera!
Primum dum merces annua; is primus bolust.
Ob eam tres noctes dantur. Interea loci
Auctarium orat uinum aut oleum aut triticum;
Temptat, benignusne an bonae frugi sies.
Quasi in piscinam rete qui iaculum parat —
Quando abiit rete pessum, adducit lineam;
Si inierit rete piscis, ne effugiat cauet;
Dum huc dum illuc rete *uortit*, inpedit
Piscis usque adeo donicum eduxit foras —

DIMARCHUS *B*, DINARCHUS *C* 23 Nāantidum ad quod pereat motus 24 ea ratione me abse (absq' se *C*) 25 penis *B* suū masum marum *B* 26 Quod *B* quod *B* 27 quoque *B* exoritur 28 Quod *B* blanditer quod *B* 29 quod *B* sui perclamanda 30 perierandum 31 miros annua is *B*, miror annuus *C* primos *B* ebolust 32 dutor *B*, Tutor *C* 33 Aut ara ut *B*, aut ara aut *C* 34 ambo ne *B* 36 persum *C* finfa *B*, infra *C* 37 Siniecit *B*, sinietit *C* 38 or 39 Discis *B* doliū foras eduxit

Itidem est amator. Si id quod oratur dedit
Atque est benignus potius quam frugi bonae,
Adduntur noctes; interim ille hamum uorat.
Si semel amoris poculum accepit meri,
Eaque intra pectus se penetrauit potio,
Extemplo et ipsus per*i*it et res et fides.
Si iratumst scortum forte amatori suo,
Bis perit amator, ab re atque *ab* animo simul;
Sin aliter *animus eius* est, *it*idem perit.
Si raras noctes ducit, ab animo perit,
Sin crebra*s* *du*cit, ipsus gaudet, res perit;
Ita *nihil omnino* in aedibus *linquet* s*u*is.
Prius quam unum dederis, centum quae poscat parat.
Aut per*i*it aurum aut conscissa pallula est,
Aut empta ancilla aut aliquod uasum argenteum
Aut uasum ahenum antiquom aut lectus sculptilis
Aut armariola Graeca, aut aliquid semper *est*,
Quod *optet* debeatque amans scorto suo.
Atque haec celamus nos*tra* damna industria,
Quom rem fidemque nosque nosmet perdimus,
Ne qui parentes neu cognati sentiant.
Quos quom celamus si faximus conscios,
Qui nostrae aetati tempestiuo temperent,
Una anteparta demus postpartoribus
[Faxim lenonum et scortorum plus est]
Et minus damnosorum hominum quam nunc sunt siet.

---

40 Ibidem set *B*, sed *C* 41 bone *B* 42 hamam *B* 43 mere 45 exemplo *C* perit 46 iratum scortum fortest 47 periit atque animo (ammo *C*) 48 alter *B* alteri potius idem 49 periit 50 Sin crebrauit *B*, si increpauit *C* gaudit *B* 51 Iteca *B*, ita et *C* lenosis 52 centumq; *B* 53 perit aut *om.* concissa *C* 54 tempta *B* 55 aliquod electus *B* laptiles 56 est *om.* 57 petra 58 celumus *B*, cælamus *C* nos clammina 59 Quō *B*, quoniam *C* 60 Neq; parentis neq; *C* cognatis *B* 61 facimus conscias 62 temperint 63 Unne *B*, unde *C* anteparata 65 minos dānos horum *B*

Nam nunc lenonum et scortorum plus est fere
Quam olim muscarum est, quom caletur maxume.
Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
Scorta et lenones qui sedent cotidie,
Ea nimia est ratio; quippe qui certo scio
Ibi plus scortorum esse iam quam ponderum.
Quos quidem quam ad rem dicam in argentariis
Referre habere nisi pro tabulis, nescio,
Ubi ae*ra* perscribantur usuraria;
Accepta dico, expensa ne qui censeat.
Postremo ut magno in populo, innumeris hominibus,
Re placida atque otiosa, uictis hostibus,
Amare oportet omnis, qui quod dent habent.
Nam mihi haec meretrix, quae hic habet, Phronesium,
Suum nomen omne ex pectore exmouit meo,
Phronesium, nam phronesis est sapientia.
Nam me fuisse huic fateor summum atque intumum,
Quod amantis multo pessumum est pecuniae.
Eadem postquam alium repperit, qui plus daret,
Damnosiorem, exinde me mouit loco.
Quem antehac odiosum sibi esse memorabat mala,
Babyloniensem militem, is nunc dicitur
Uenturus peregre; eo *hunc* nunc conmenta est dolum.
Peperisse simulat sese, ut me extrudat foras;
Eum esse simulat militem puero patrem;
Atque ut cum solo pergraecetur milite,
Eum isti suppositum puerum opinor pessumae.

---

66 ferre *C* 67—68 *inverso ordine* 67 Quā nus *B* 69 Scorti lenones quasi 70 Fanimia *B* 71 Eri eam ponderunt *C* 74 ac *B*, hæ *C* 75 Accipiat neq; censeat 76 id populo in *B* mulier 77 plagida 79 meretrixq; *B* pronesium *B* 80 omnes 84 reperit *B*, repperi *C* pius *B*, prius *C* 85 mihi exine (exinde *C*) immouit 86 Qui manifesta ac odiosum 87 Babiloniensem 88 hunc *om.* 89 Reperisse 90 Cum simulant puerū *B* 91 Adq; *C* peregre getur militi 92 opus pessime *B*, pessum *C*

Mihi uerba retur dare se; a*n* me censuit
Celare se potesse, grauida si foret?
Nam ego Lemno aduenio Athenas nudius tertius,
Legatus quo cum publico imperio fui.
Sed haec quidem eius Astaphium est ancillula;
Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

ASTAPHIUM ANCILLA DINIARCHUS IDEM

Astaphium

Ad fores auscultate atque adseruate aedis,
Ne qui aduentor grauior abitat quam adueniat,
Neu qui manus attulerit sterilis intro ad nos,
Grauidas foras exportet. Noui ego hominum mores.
Ita nunc adulescentes morati sunt: quini aut seni adueniunt
Ad scorta conge*r*rones.
Consulto consilio quando intro aduenerunt,
Oenus eorum aliqui ioculum amicae usque oggerit, dum illi agant.
Sin uident quempiam se adseruare, obiectant qui custodem oblectent.
Per ioculum et ludum de nostro † sepe aedunt quod fartores faciunt.
Fit pol hoc, et pars spectatorum scitis pol haec uos me haud mentiri.
Ibist ibus pugnae et uirtuti de praedonibus praedam capere.

93 berba *B* se ame 94 potest se *B* 96 Legatus hinc quod cum 97 hæc quibus melius est 98 Cum ergo quoque comertium *B* DIMARCUS *B*, DINARCUS *C* 99 Aut foras *B* adseruas *B*, seruas *C* 100 quis abaetat *B*, abeat *C* qua *B* 101 steriles 102 exortet hominum ego *B* 103 quinei aut senec Aut *cett. cum proximo versu iungit B* 104 congerones 105 Consulta sunt consilio 106 Unus *C* aliquis oculum amicensq; *Sequitur novo versu* S͠S CETERI CLEPTAE *rubrica B*, *lacuna C* 107 obludeant 108 quod fector̃ faciunt *B* 109 scistis poli ec uos *B* aut *B* 110 Ibi sibiq; *B*, ibi usibus *C* pugne *B*

At ecastor nos rursum lepide referimus gratiam furibus nostris;
Nam ipsi uident eorum quom abgerimus bona atque etiam ultro ipsi adgerunt ad nos.

Diniarchus

Me illis quidem haec uerberat uerbis,
Nam ego huc bona mea degessi.

Astaphium

Commemini; iam pol eumpse ad nos, si domi erit, mecum adducam.

Diniarchus

Heus mane dum, Astaphium, prius quam abis.

Astaphium

Qui reuocat?

Diniarchus

Scies; respice huc.

Astaphium

Quis est?

Diniarchus

Uobis qui multa bona esse uolt.

Astaphium

Dato, si esse uis.

Diniarchus

Faxo erunt; respice huc.

Astaphium

Odio enicas me miseram, quisquis es.

---

111 ecastor *om. BC* rusū *B* 112 cum eorum *BC* accerimus *A*, aggerimus *BC* bona loqui etiam *BC* 113—14 *uno versu BC* 113 nerberant *A* 114 done adecessi *B*, dona concessi *C* 115 pol ego *BC* eum ipsum *A*, um sum *BC* ad nos *om. BC* erat *BC* 116 adstaphius *B*, astaphius *C* auis *BC* qui *om. C* reuoca *B* 118 huc modo ⌗ io tenicos *BC*, oh enicas *A*

Diniarchus

Pessuma mane.

Astaphium

Optume, odio es.

Diniarchusne illic est? Atque is est.

Diniarchus

Salua sis.

Astaphium

Et tu.

Diniarchus

Fer contra manum et pariter gradere.

Astaphium

Tuis seruio atque audiens sum imperiis.

Diniarchus

Quid agis?

Astaphium

Ualeo et ualidum teneo.

Peregre quoniam aduenis, cena detur.

Diniarchus

Benigne dicis, bene uocas, Astaphium.

Astaphium

Amabo,

Sine me ire, era quo iussit.

Diniarchus

Eas; sed quid ais?

Astaphium

Quid uis?

---

119 pessimam anel *BC* 120 optune *B* odio est *A*, odiosus es *BC* 121 Dinarchusne *BC* isertis *B*, Isestis *C* ad uas lissi ituli *B C* (*nisi quod* ittuli) 122 Fert *BC* 123 Tibi *BC* audies *BC* inperis *BC* 124 Tute quid *BC* uade *BC*, uale *C* 125 aduenis centur *BC* 126 Benedicis benigneque uocas *A*, Benigne dicis *BC* Astat eū ambo *B*, astate ambo *C* 127 era *om. BC* Quid ius *B*

Diniarchus

Dic quo iter inceptas? quis est, quem arcessis?

Astaphium

Archilinem
Tonstricem.

Diniarchus

Mala tu femina es; oles eam unde es disciplinam.
Manifesto mendaci, mala, te teneo.

Astaphium

Quid iam, amabo?

Diniarchus

Quia te adducturam huc dixeras eumpse, non eampse;
Nunc mulier facta est iam ex uiro; mala es praestrigiatrix.
Sed tandem eloquere, quis is homo est, Astaphium, nouos amator?

Astaphium

Nimis otiosum te arbitror hominem esse.

Diniarchus

Qui arbitrare?

Astaphium

Quia tuo uestimento et cibo alienis rebus curas.

Diniarchus

Uos mihi dedistis otium.

Astaphium

Qui, amabo?

---

128 Istic *BC* quies *BC* accersis *A* archinam *BC* 129 Meretricem *A*, Obstetricem *BC* tu *om. BC* soles *BC* eam *om. BC* unies *BC*, unde tu es *A* 130 Manifesta *BC* mendatii B, mendacia *C* teneo te *A* 131 Qua te adducituram *BC* eum ipsum non eampsa *A*, inonea asæ *B*, inonea ase *C* 132 iam *om. BC* est prestigiator *BC* 133 loquere *BC* astaphiunous *B*, asta phi Unus *C* 134 Nistus *B* te *om. BC* qui nam *BC* 136 otiosum *BC* quid iam *BC*

Dinarchus

Ego expedibo.
Rem perdidi apud uos; uos meum negotium abstulistis.
Si rem seruassem, fuit ubi negotiosus essem.

Astaphium

An tu te Ueneris publicum aut Amoris alia lege
Habere posse postulas, quin otiosus fias?

Diniarchus

Illa, haud ego, habent publicum; peruorse interpretaris;
Nam aduorsum legem meam ob meam scripturam pecudem cepit.

Astaphium

Plerique idem, quod tu facis, faciunt rei male gerentes:
Ubi non est scripturam unde dent, incusant publicanos.

Diniarchus

Male uortit res pecuaria mihi apud uos; nunc uicissim
Uolo habere aratiunculam pro copia hic apud uos.

Astaphium

Non aruos hic, sed pasc*u*us ager est; arationes
Habituris, qui arari solent, ad pueros ire meliust.
Hunc nos habemus publicum, illum alii publicani.

Diniarchus

Utrosque pergnoui probe.

Astaphium

Em, istoc pol tu otiosu's,

---

136 ego *om.* *C* expediuo *B* 137 apud uos *om.* *BC* 138 seruauissem *A* 139 bene respublicū *B*, bene rempublicam *C* 140 posses *BC* quintuosius *B*, quintu otiosius *C* 141 aut *C* pullicū *B* 142 amem ob meam *BC*, me obmeam *A* accip *BC* 143 Fierique idest *C* malae gerentis *C* 144 scriptura *C* pullicanos *B* 146 copiae lic *B*, copiæ *C* 147 pascus est agere si 148 Habituris *B*, habituris *C* melius est 149 pullicum *B* illi alii sunt publicani 150 percognouit trobe idem Estoc *C*

Quom et illi et hic peruorsus es. Sed utriscum rem esse mauis?

Diniarchus

Procaciores estis uos, sed illi periuriores.
Illis perit quidquid datur, neque post apparet quicquam;
Uos saltem si quid quaeritis, ecbibitis et comestis.
Postremo illi sunt inprobi, uos *ne*quam et gloriosae.

Astaphium

Male quae in nos dicis, ea omnia tibi dicis, Din*i*arche,
Et nostrum et illorum uicem.

Diniarchus

Qui istuc?

Astaphium

Rationem dicam.
Quia qui alterum incusat probri, se eumpse intueri oportet.
Tu a nobis, sapiens, nihil habes, nos nequam abs te*d* habemus.

Diniarchus

O Astaphium, *h*aud istoc modo solita es me ante adpellare,
Sed blande, quom illuc, quod apud uos nunc est, apud me haberem.

Astaphium

Dum uiuit, hominem noueris; ubi mortuust, quiescat.
Te, dum uiuebas, noueram.

Diniarchus

An me mortuum arbitrare?

Astaphium

Qui potis, amabo, planius? Qui antehac amator summus
Habitus sit, hunc ad amicam *iam* querimo*nias* deferre.

151 illic esse 152 Procatiores periuriosi 153 neque ipsis apparet 154 et bibitis et commestis 155 quam gloriosi 156 Maleque in nos illis dinarche 157 quia 158 Quia quia sumpsit seniteri 159 te habeamus 160 Ostaphium *C* aut est *C* appellari 161 biande 162 Dum *B* mortuus est quiescas 363 noueras si at 164 potis est 165 si istunc *B*, est istunc *C* iam *om* uerius (*B*: ueruis) uerimonia referre

Diniarchus

Uostra hercle factum iniuria, quae properauistis olim.
Rapere otiose oportuit, diu ut essem incolumis uobis.

Astaphium

Amator similist oppidi hostilis.

Diniarchus

Quo argumento?

Astaphium

Quam primum expugnari potist, *t*am id optumum est amicae.

Diniarchus

Ego fateor; sed longe aliter est amicus atque amator.
Certe hercle quam ueterrumust, *t*am optumus*t* amicus.
Non hercle *ego omnino* occidi; sunt mihi etiam fundi et aedes.

Astaphium

Cur, obsecro, e*r*go ante ostium pro ignoto alienoque adstas?
I *i*ntro; *h*aud alienus tu quidem es; nam ecastor neminem hodie
Mage amat corde atque animo suo, si quidem habes fundum atque aedis.

Diniarchus

In melle sunt linguae sitae uostrae atque orationes,
Facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo aceto.
Eo dicta lingua dulcia datis, corde amara fertis.
Amantes si qui non danunt, non est *boni quod sperent.*

---

166 que properauit is 167 incolomis 168 similest *B*, similis est *C* argumentost *B*, argumento est *C* 169 potis est amit *B*, potis est amat *C* amica et 171 ueterrimus àmomini optimus 172 hercle occide edis 173 ego ignato 174 Intro aut esse 176 melie *B*, medic *C* 177 Fac atq; *B*, nacatq; *C* belle *B*, bella *C* aceruo *BC* 178 Eo *om. BC* Linguis dicta *BC* amare *BC* factis *BC*, facitis *A* 179 Amantis *BC*, Amanti *A* quit non danunt *B*, quid n̄ · damint *C*, cuiùquod dabo *A* non est *A*, non didici fabulare *BC*

Astaphium

Non istaec, mea benignitas, decuit te fabulari,
Sed istos, qui cum geniis suis belligerant parcepromi.

Diniarchus

Mala es atque eadem quae soles inlecebra.

Astaphium

Ut exspectatus
Peregre aduenisti! quam, obsecro, cupiebat te era uidere!

Diniarchus

Quid tandem?

Astaphium

Te unum ex omnibus amat.

Diniarchus

Euge, fundi et aedes.
Per tempus subuenistis. Sed quid ais, Astaphium?

Astaphium

Quid uis?

Diniarchus

Estne intus nunc Phronesium?

Astaphium

Ut ut aliis, tibi quidem intus.

Diniarchus

Ualetne?

Astaphium

Immo edepol melius iam fore spero, te ubi uidebit.

Diniarchus

Hoc nobis uitium maxumum est: quom amamus, tum perimus.

---

180 docuit *BC* 181 genis *BC* parcepromis (o) *A* 182 eademque *BC* inlecebru *B*, inlecebrii *C* 183 nam 184 funde *BC* edis *B*, aedis *C* 185 subuenistis mihi *BC* quit ait *B* ut quid uis *BC* 186 Estine *A* proncsiū *B*, prunesinm *C* ut ut aliis *om.* *BC* 187 ualete *C* credo fore ubi te *BC* uideret *A* 188 maxumum si cum *A*

Si illud, quod uolumus, dicitur, palam quom mentiuntur,
Uerum esse insciti credimus neque aestuamur ira.

Astaphium

Heia! *h*aud ita est res.

Diniarchus

Ain tu eam me amare?

Astaphium

Immo unice unum.

Diniarchus

Peperisse audiui.

Astaphium

Ah, obsecro, tace Diniarche.

Diniarchus

Quid iam?

Astaphium

Horresco misera, mentio quotiens fit partionis;
Ita paene nulla sibi fuit Phronesium. I intro, amabo;
Uise illam. Atque opperimino; iam exibit; nam lauabat.

Diniarchus

Quid ais tu? quae numquam fuit praegnas, qui parere potuit?
Nam equidem illi uterum, quod sciam, numquam extumere sensi.

Astaphium

Celabat metuebatque te, ne tu sibi persuaderes,
Ut abortioni operam daret puerumque ut enicaret.

---

189 uolimus *A* 190 neuiasutamur *A*, neutinestumutuamur *BC* 191 aut an intume amaret *B*, anintute amaret *C* 192 eam audiui *C*, eā audiue *B* quideam 193 Horrisco *BC* sentio quod diis fit parationis *BC* 194 paene tibi *BC* pronesiū *B* i *om. BC* 195 Uisse *BC* operire ibi iam exiuit *BC* lauabit *BC* 196 ais liquæ *BC* fuit quam praegnas *C* 197 ut erum illi *BC* scias *BC* 198 teu aut sibi *B*, te aut sibi *C* 199 lite necaret *BC*

Diniarchus

Tum pol isti est puero pater Babyloniensis miles,
Quoius nunc ista aduentum expetit.

Astaphium

Immo ab eo ut nuntiatumst,
Iam hic adfuturum aiunt eum; nondum aduenisse miror.

Diniarchus

Ibo igitur intro?

Astaphium

Quippini? Tam audacter quam domum ad te.
Nam tu quidem edepol noster es etiam nunc, Diniarche.

Diniarchus

Quam mox te huc recipis?

Astaphium

Iam hic ero; prope est profecta quo sum.

Diniarchus

Redi uero actutum; ego interim hic apud uos opperibor.

ASTAPHIUM C

Ha ha ha! Requieui,
Quia intro abiit odium meum.
Tandem sola sum; nunc quidem meo arbitratu
Loquar libere quae uolam et quae lubebit.

200 dumpol *C* isti puēro quid est *BC* pataer *C* babiloniensis *BC* 201 expetiti *B*, expetiit *C* nuntatust *BC* 202 moror *BC* 203 quam audacter quam *BC* atte *AB* 204 quidem *om.* *BC* noster set iam *BC* (*qui* sed) 205 te recepisti *BC* 206 Rede *B*, Redde *C* interim te apud *BC* apperibor *BC* ZASTRAPHIV̄ C *B* 207 VL *anteponit B* Ha *A*, *sed antecedenti versu post personæ spatium* hercle quieui *BC* 208 auit *B*, iuit *C* hodiū *B* meum *om.* *BC* 210 iubebit *BC*, licebit *A*

Huic homini amanti neniam mea era apud nos dixit de bonis.
Nam fundi et aedis obligatae sunt Amori praedium.
Uerum apud hunc mea era sua consilia summa eloquitur libere,
Magisque adeo ei consiliarius hic amicust quam auxiliarius.
Dum fuit, dedit; nunc nihil habet; quod habebat nos habemus;
Iste id habet, quod nos habuimus; humanum facinus factum est.
Actutum fortunae solent mutari; uaria uita est.
Nos diuitem istum meminimus, atque iste pauperes nos.
Uorterunt sese memoriae; stultus sit qui id miretur.
Si eget, necesse est nos pati; amauit; aequom ei factum est;
Piaculum est misereri nos hominum rei male gerentum.
    Bonis esse oportet dentibus lenam probam,
    Adridere ut quisquis ueniat, blande adloqui,
    Male corde consultare, bene lingua loqui.
    Meretricem sentis esse similem condecet;
Quemquem hominem attigerit, profecto ei aut malum aut damnum dare.
Numquam amatoris meretricem oportet causam noscere,
Quin ubi nihil det, pro infrequente eum mittat militia domum.

---

211 homini aput nos mea era amantinneiam dixit *A*, hominē amanti meer ap̄ nos neniā dix̄ *B*, hominem amanti me era apud nos dixit neniam *C* 212 fundit aedis obligate *BC* ob amoris *A*, ob moris *BC* prandium *BC* 213 sua *om. BC* 214 ei *om. A* amicus est $\overset{i}{\text{q}}$ *B*, amicus est quod *C* 216 Istinc *B*, *C* facimus *B* factust *A* 217 At tutū *B* mutauit *BC* 218 eum *BC* isti *BC* 219 memoria est uitus sit quid ita *BC* 220 patiā a uita equō me *B*, patiar auita Aequum me *C* 221 Pilaculum *B* gerentium *C* 222 probram *BC* 223 quisq. *A* blandeque 224 consultari loqui lingua *BC* 225 sentis similem esse *A*, esse similem sentis *BC* addecet *A* 226 attingerit *BC* ei *om. BC* dari 228 cum mittas *BC*

Neque umquam erit probus quisquam amator, nisi qui rei inimicust suae.
Dum habeat, dum amet; ubi nihil habeat, alium quaestum coepiat.
Aequo animo, ipse si nihil habeat, aliis qui habent det locum.
Nugae sunt, nisi modo quom dederit, dare iam lubeat denuo.
Is hic amatur apud nos, qui quod dedit id oblitust datum.
Probust amator qui relictis rebus rem perdit suam.
At nos male agere praedicant uiri solere secum
Nosque esse auaras. Qui sumus? quid est quod male agimus tandem?
Nam ecastor numquam satis dedit suae quisquam amicae amator.
Neque pol nos satis accepimus neque umquam ulla satis poposcit,
Nam quando sterilis est amator ab datis,
Si negat se habere quod det, soli credimus,
Nec satis accipimus, satis quom quod det non habet.
Semper datores nouos oportet quaerere,
Qui de thensauris integris demus danunt,
Uelut hic agrestis est adulescens, qui hic habet,
Nimis pol mortalis lepidus nimisque probus dator.
Is clam patrem etiam hac nocte illac

229 Nec *BC* quisquam probus erit *BC* 230—31 *post* 232—33 *ponunt BC* 230 Dum habeat tum habet *A* 231 nil *BC* dent *BC* 232 que modo cum *A*, quodo modo cū *B*, quod amodo cum *C* libeat *A*, iubeat *BC* 233 amatur hic quot dedit *A*, quodedit *BC* iobiatus *B*, Iobatus *C* 234 Probus est 235 Ad *A* 236 qui si mumquā alenos *B*, qui sim umquam Alienos *C* 237 dedit amicae quisquiamat tor suae *A* 238 nos *om. BC* umquam *om. BC* 239 a *B*, *om. C* 240 quod et *BC* credimus *om. BC* 241 accepimus *C* 243 then auris *B* demum occeruut *A* 244 Ui ut *BC* habit *B*, abit *C* Uelut hic est adulescens qui habitant hic agrestis rusticus *A* 245 pol *om. A* datur *BC*, amator *A* 246 Sed is pater *BC* illa *A*

Per hortum transiliuit ad nos. Eum uolo conuenire;
Sed est huic unus seruos uiolentissumus,
Qui ubi quamque nostrarum uidet prope aedis adgrediri,
Item ut de frumento anseres clamore absterret abigit;
Ita est agrestis. Sed fores, quidquid est futurum, feriam.
Ecquis huic tutelam ianuae gerit? ecquis intus exit?

STRATYLLAX ASTAPHIUM

Stratyllax

Quis illic est qui tam proterue nostras aedis arietat?

Astaphium

Ego sum; respice ad me.

Stratyllax

Quid? ego?

Astaphium

Nonne ego uideor tibi?

Stratyllax

Quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio?

Astaphium

Salue.

Stratyllax

Sat mihi est tuae salutis; nihil moror; non salueo?
Aegrotare malim quam esse tua salute sanior.
Sed uolo scire: quid debetur hic tibi in nostra domo?

---

247 Por *B* transit *A* 248 hic *A* uiolentissimū *B* 249 aebis *A* hac si adgredias *BC* 250 Item uide *BC* 251 Is item est *BC* 252 exit ancilla *BC* TRUCULENTUS AS...HIUM *A*, ASTAPHIUM TRUCULENTUS *B*, *om.* *C* 253 propterue *A* erietat *C* 254 Nonne uideor *A* te tibi *BC* 255 ab-hasce *C*, ab asce *B* est aedis *BC* pultatiost *BC* 256 satis *BC* miror *B* sat salueo *A* 257 Egrotarem aliquam essem suam *BC* 258 Ad *B*, aut *C* nostræ domi *BC*

Astaphium

Conprime sis iram.

Stratyllax

Iam quidem hercle, tu quae solita's comprimi,
Inpudens quae per ridiculum rustico suades stuprum.

Astaphium

Iram dixi. Ut tu accepisti, dempsisti unam litteram.
Nimis quidem hic truculentust.

Stratyllax

Pergin male loqui mulier mihi?

Astaphium

Quid tibi maledico?

Stratyllax

Quia enim me truncum lentum nominas.
Nunc adeo nisi abis actutum aut dicis quem quaeras cito,
Iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos pedibus proteram.

Astaphium

Rus merum hoc quidem est.

Stratyllax

Pudendum et uero clurinum pecus,
Aduenisti huc te ostentatum cum exornatis ossibus,
Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam?
[An eo bella es, qui*a* accepisti armillas aeneas?]

---

259 sis iram ⌗ eam *A*, spero meam *BC* tuq; solitas comprime *A*, comprimas *BC* 260 Inprudens per ridiculum ut suadet *BC* 261 te decepisti *A*, esse cepisti *BC* sidem sistun alteram *B*, fidē si est una altera *C* 262 hic quidem *BC* mihi es *BC* 263 tibi ego aut medico *BC* truculentum nomines *BC* 264 ac dicis quidque ras scito *BC* 265 quasi sus catulos mulier *A* 266 pudendum est uero *A* 267 huc sistentatum exornatis *BC* 268 resnasu *BC* palliniam *BC* 269 della *C* est *BC* quiac . epistibi *A*, quiaccepisti *BC* armilias *A*, arme *B*, arma *C* aduenias *BC*

Astaphium

Nunc places, quom mihi inclementer dicis.

Stratyllax

Quid hoc quod te rogo?
Mancupion qui accipias gestas tecum ahenos anulos?
Pignus da, ni ligneae haec sint quas habes Victorias.

Astaphium

Ne attigas me.

Stratyllax

Tene ego tangam? Ita me amabit sarculum,
Ut ego me ruri amplexari mauelim patulam bouem
Cumque ea noctem in stramentis pernoctare perpetem,
Quam tuas centum cenatas noctes mihi dono dari.
Rus tu mihi opprobras; ut nancta es hominem, quem pudeat probri!
Sed quid apud nostras negoti mulier est aedis tibi?
Quid tu huc occursas, in urbem quotienscumque aduenimus?

Astaphium

Mulieres uolo conuenire uostras.

Stratyllax

Quas tu mulieres
Mihi narras? ubi musca nulla femina est in aedibus.

Astaphium

Nullan mulier istic habitat?

Stratyllax

Rus abierunt, inquam. Abi.

---

270 cum me illi uel inmentiri *B*, Cūme illi uelim mentiri *C* hoc *om.* *BC* 271 Mancupium *BC* gesta *BC* aenos anulos *A*, he nos an uos *BC* 272 Dignus dant lauiniæ *BC* hae sint *A*, hic sunt *BC* 273 attingas *A*, atticas *BC* Tene ego *om.* *BC* 274 meruriā exarma ueu *B*, me ruriam exama uelim *C* patulū uoueri *BC* 275 Cumq; ita noctem *BC* perpetim *BC*, perpetim totā *A* 276 patri *BC* 277 Rustum iodbras *BC* est *A*, esse *BC* 278 ad *A* 279 hoc occurras *BC* 280 conuenire uolo *BC* quos *C* 282 Nullā *B*, nulla *C* istinc mulier *BC* inquam abierunt pabi *BC*

Astaphium

Quid clamas, insane?

Stratyllax

Abire hinc ni properas grandi gradu,
Iam hercle ego istos fictos, compositos, crispos cincinnos tuos
Unguentatos usque ex cerebro euellam.

Astaphium

Quanam gratia?

Stratyllax

Quia ad fores nostras unguentis uncta es ausa accedere,
Quiaque bucculas tam belle purpurissatas habes.

Astaphium

Erubui mecastor misera propter clamorem tuum.

Stratyllax

Itane? erubuisti? Quasi uero corpori reliqueris
Tuo potestatem coloris ulli capiendi, mala.
Buccas rubrica, creta omne corpus intinxti tibi.
Pessumae estis.

Astaphium

Quid est quod uobis pessumae haec malefecerint.

Stratyllax

Scio ego plus quam tu arbitrare scire me.

Astaphium

Quid id obsecrost,
Quod scias?

---

283 mi *C* propera *BC* grandi gras *BC* 284 hercle *om. BC* istoc *BC* cinnos *C* 285 Uni uentatos *BC* e *A* expellam *BC* grat *B*, gratias *C* 286 adeo foras *BC* unguaut iuncta esse audes *BC* 287 istas buccas *BC* purporis satis habeost *BC* 288 Eruibui *B* 289 erubuit sti *B* 291 rubrice ceta *B*, rubriceta *C* intinxit *BC*, inteai *A* 292 Pessume *B* pessume *B* hae *A*, hec *B* malefecerint *A*, ma *B*, *C om.* 293 quam me arbitrarier scire *BC* est obsecro *BC*

Stratyllax

Erilis noster filius apud uos Strabax
Ut pereat, ut eum inliciatis in malam fraudem et probrum.

Astaphium

Sanus si uideare, dicam: dicis contumeliam.
Nemo homo hic solet perire apud nos; res perdunt suas.
Ubi res perdidere, abire hinc, si uolunt, saluis licet.
Ego istunc non noui adulescentem uostrum.

Stratyllax

Ueron serio?
Quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in noctes singulas
Latere fit minor, qua is ad uos damni permensust uiam?

Astaphium

Nihil mirum — uetus est maceria — lateres si ueteres ruunt.

Stratyllax

Ain tu uero? ueteres lateres ruere? Numquam edepol mihi
Quisquam homo mortalis posthac d*iuin*arum rerum creduit,
Ni ego ero maiori uostra facta denarrauero.

Astaphium

Estne item uiolentus ut tu?

Stratyllax

Non enim ille meretriculis
Munerandis rem coegit, uerum parsimoniae

---

294 heriis *B*, herus *C* uostram pax *BC* 295 Ut per ex tut *B*, ut per ex tute *C* inleciatis *A*, iniciatis *BC* premium *BC* 296 uidearis *A* 297 hominem *BC* hec *B*, haec *C* perire solet *BC* 298 perdiderunt res *BC* abiere *A* ut uis *BC* 299 Ego nunc noui *BC* serion *BC* 300 Qui in *BC* aut *B* 301 Lateri *BC* is aput uos *A*, isti nos *BC* damnis *A* permensus tuum *B*, permensus tum *C* 302 Non *B*, no *C* macere *BC* 303 Ain tu male *B*, amtumale *C* lateres ucteres *BC* rure *A*, uere *BC* 304 tomo *BC* postquam *A* duarum 305 Ni esse ego uestra ero amari facta *BC* 306 ille uiolentus suum *BC* meretriculus *C* 307 Moniendis *BC* re *B* cogi *BC* parsimonia *A*, parsimonie *B*

Duritiaeque, quae nunc ad uos clam exportatur, pessumae.
Uos eam exestis, exunguimini, ebibitis; egone haec mussitem?
Iam quidem hercle ibo ad forum atque haec facta narrabo seni,
Neque istuc huius scelesti tergo coget examen mali.

Astaphium

Si ecastor hic homo sinapi uictitet, non censeam
Tam esse tristem posse; at pol ero beneuolens uisust suo.
Uerum ego illum, quamquam uiolentust, spero inmutari pote
Blandimentis, oramentis, *ille*cebris meretriciis;
Uidi equidem ex indomitis domitas fieri aeque alias beluas.
Nunc ad eram reuidebo. Sed eccum odium progreditur meum.
Tristis exit; haud conuenit etiam hic dum Phronesium.

DINIARCHUS ANCILLA ASTAPHIUM DU

Diniarchus

Piscis ego credo, qui usque dum uiuont lauant,
Minus diu lauare, quam haec lauat Phronesium.
Si proinde amentur mulieres diu quam lauant,
Omnes amantes balneatores sient.

---

308 Duritiaque *A*, durieque *BC* que nunc duo sciam *BC* exportantur *A* pessumū *BC* 309 Ea uos estis *A*, Em tuos *BC* exungula male uiuitis *BC* hic *BC* 310 Iam enim exercere ibi forum *BC* 311 istuc in se gestit ergo exanimen *B*, exanimem *C* 312 senapi *BC* 313 ad *AC* polerro *B* utis est suos *BC* 314 uiolentum est *A* pero *BC* imutari *C*, imitari *B* potest 315 ornamentis *BC*, hortamentis *A* ceteres *B*, ceteris *C* meretrices *BC* 316 exinem in tu *B*, exinë intum *C* domito atque uelbas *B* 317 re iubebo *B* et cum procreditur 318 exit ad conuenire hic bnm pronesium *B* DIMARCUS *BC* ASTAPNIUM *B*, ASTAPHUM *C* DU *om.* *C* 319 quit *B*, quid *C* 320 lauere *B* proneshium *B*, proneschium *C* 321 iuuant *B*, uiuant *C* 322 amatores *C* stent *B*

Astaphium

Non quis parumper durare opperirier?

Diniarchus

Quin hercle lassus iam sum durando miser;
Mihi quoque prae lassitudine opus est *ut* lauem.
Sed obsecro hercle, Astaphium, *i* intro ac nuntia
Me adesse, ut properet † suaue iam, ut satis lauerit.

Astaphium

Licet.

Diniarchus

Audin etiam?

Astaphium

Quid uis?

Diniarchus

Di me perduint,
Si te reuocaui. Non tibi dicebam: i modo?

Astaphium

Quid iam reuocabas, inprobe nihilique homo?
Ipse tibi mille passum peperist*i* morae.

Diniarchus

Sed quid haec hic autem tam diu ante aedis stetit?
Nescio quem praestolata est; credo militem.
Illum student iam; quasi uolturii triduo
Prius praediuinant de quoio e*s*uri sient.
Illum inhiant omnes; illi est animus omnibus;
Me nihilo magis respiciet, ubi is huc uenerit,
Quam si *ab*hinc ducentos annos fuerim mortuus.

---

323 parum perdurari *BC* opperimer *B* 324 ercle *B* 325 est laue 326 i *om.* 327 adesse tui 328 aitd metiam *C* 329 Qui reuocabi *B* 330 Quid iam me *B* 331 Que *B*, quæ *C* peperit 333 praesto ita lata est 334 uolo turiceri duo *B*, uolturi heri duo *C* 335 quo die euri sicut 336 iniant 337 nimo *B*, nimio *C* ubi is est huc 338 si hinc

Ut rem seruare suaue est! Uae misero mihi,
Post factum plector, quia antepartum perdidi,
Uerum nunc si qua mihi obtigerit hereditas
Magna atque luculenta, nunc postquam scio,
Dulce atque amarum quid sit ex pecunia,
Ita ego illam edepol seruem itaque parce uictitem,
Ut nulla faxim cis dies paucos siet.
Ego istos, qui nunc me culpant, confutauerim.
Sed aestuosas sentio aperiri fores,
Quae obsorbent quicquid uenit intra pessulos.

PHRONESIUM DINIARCHUS DU

Phronesium

Num tibi nam amabo ianua est mordax mea,
Quo intro ire metuas, mea uoluptas?

Diniarchus

Uer uide,
Ut tota floret, ut olet, ut nitide nitet!

Phronesium

Qui tam inficetu's, Lemno adueniens qui tuae
Non des amicae, Diniarche, sauium?

Diniarchus

Uah, uapulo hercle ego nunc, atque adeo male.

Phronesium

Quo*r* te auortisti?

---

339 Utrū seure *B*, Utrum seruire *C* salue est ueue 340 flector 341 obtegerit 346 nuncine *B* confutauerunt 347 Sed est nos adsentio 348 infra PRONESTUM DINARCUS DU *om.* *C* 350 uoluntas *BC* feruide *C* 351 utole lui *B*, ut ole ui *C* 352 Quid tam facetus *A* quid ne *BC* 353 amice diniarchis auiuium *BC* (*qui* auiuum) 354 hercule *A* 355 Quo auortistis *BC*

Diniarchus

Salua sis, Phronesium.

Phronesium

Salue. Hicine cenas hodie, saluos quom aduenis?

Diniarchus

Promisi.

Phronesium

Ubi cenabis?

Diniarchus

Ubi tu iusseris.

Phronesium

Hic. Me lubente facies.

Diniarchus

Edepol me magis.

Nempe tu eris hodie mecum, mea Phronesium?

Phronesium

Uelim, si fieri possit.

Diniarchus

Cedo soleas mihi.

Properate, auferte mensam.

Phronesium

Amabo sanun es?

Diniarchus

Non edepol bibere possum iam; ita animo malest.

Phronesium

Mane; aliquid fiet. Ne abi.

Diniarchus

Ah, aspersisti aquam.

Iam rediit animus; deme soleas; cedo bibam.

---

355 salua sim *B*, sim salua *C* pronesium *B* 356 hic ne hodie cenas *BC* 357 Promis iube *BC* cenabist *BC*, cinas *A* luseris *BC* 358 iubente *B*, libente *C* 359 promestum *BC* 360 Uellem *A* posset *A* credo *BC* soleas puer *A* 363 Male *B* fi *BC* ha aspersisti *A*, ab has persisti *BC* 364 uiuam *B*, uiuum *C*

Phronesium

Idem es mecastor, qui soles. Sed dic mihi,
Benene ambulatumst?

Diniarchus.

Huc quidem hercle ad te bene,
Quia tui uidendi copia est.

Phronesium

Complectere.

Diniarchus

Lubens. Heia, hoc est melle dulci dulcius.
Hoc tuis fortunis, Iuppiter, praestant meae.

Phronesium

Dan sauium?

Diniarchus

Immo uel decem.

Phronesium

Em, istoc pauper es:
Plus pollicere quam abs te posco aut postulo.

Diniarchus

Utinam a principio rei item parsisses meae,
Ut nunc repercis sauiis.

Phronesium

Si quid tibi
Compendi facere possim, factum edepol uelim.

---

365 ecastor *BC*   dicat *BC*   366 Bene nābulasti *B*, benenā ambulasti *C*   at te bene *A*, attibent *BC*   367 Qua *BC*   tu *A*   uidentū est copia *BC*   368 ad hoc est me illi *BC*   370 Dant *BC*, Da *A*   suauium *BC*   utem *BC*   esse *BC*   371 quam ego a te *BC*   372 item a principio rei *A*   parsissi *BC*, pepericisses *A*   373 reparcis sauis *BC*   374 factam *BC*

Diniarchus

Iam lauta es?

Phronesium

Lauta mihi quidem atque oculis meis.
Num tibi sordere uideor?

Diniarchus

Non pol mihi quidem.
Uerum tempestas — memini*stin*? — quondam fuit,
Quom inter nos sordebamus alter prae altero.
Sed quod ego facinus audiui adueniens tuum,
Quod tu hic me absente noui negoti gesseris?

Phronesium

Quid id est?

Diniarchus

Primum dum, quom tu es aucta liberis
Quomque bene prouenisti salua, gratulor.

Phronesium

Concedite hinc uos intro atque operit*e* ostium.
Tu nunc superstes solus sermoni meo es.
Tibi mea consilia semper summa credidi.
Equidem neque peperi puerum neque praegnas fui,
Uerum adsimulasse me esse praegnatem haud nego.

Diniarchus

Que*m* propter, o mea uita.

Phronesium

Propter militem

---

375 Iam iauiaisse iam pol mihi *BC* 376 sorbere *A* 377 memini quondam *BC*, quondam dum uixi *A* 378 sorderemus *BC* de altero *A*, alteri *BC* 379 quid *BC* 380 me hic absente *A*, hic absente me *BC* negotiis *BC* 381 *om. BC* 382 præuenisti *BC* gaudeo *BC* 383—84 *om. BC* 383 operit *A* 385 summas semper crebri *BC* 386 nec *BC* perperi *B* nec *C*, nã *B* pregnam *BC* 387 adsimulaui meis se *BC* pregnantem *C* ego *BC* 388 Quo *B*, Quæ *C* propter meam uitam *C*

Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi
Me habebat anno dum hic fuit.

Diniarchus

Ego senseram.
Sed quid istuc, quoi rei te adsimulare retulit?

Phronesium

Ut esset aliqui laqueus et redimiculum,
Reuorsionem ut ad me faceret denuo.
Nunc huc remisit nuper ad me epistulam,
Sese experturum, quanti sese penderem.
Si quod peperissem, id *non n*ecarem ac tollerem,
Bona sua me esse habituram omnia.

Diniarchus

Ausculto lubens.
Quid denique agitis?

Phronesium

Mater ancillas iubet,
Quoniam iam decumus mensis aduentat prope,
Aliam a*l*iorsum ire, praemandare et quaerere
Puerum aut puellam, qui supponatur mihi.
Qui*d* multa uerba faciam? Tonstricem Syram
Nouisti*n* nostram, quae mercede sese habet?

Diniarchus

Noui.

Phronesium

Haec ut opera*ns* circumit per familias,
Puerum uestigat, clanculum ad me detulit;
Datum sibi esse dixit.

---

390 anno um dum *BC* 391 istic *C* reitē *B*, rei item *C* 392 si aqueust *B*, siaquæ usq; est *C* 395 perderem 396 Siquid id ecarem at *C* 397 summe habiturum omnia esse 398 mather *B* 399 quoniam non decimus *B* 400 Alia maiorsum 401 qui so upponantur *B*, quis opponantur *C* 402 Qui surā 403 Noui si quem erga ædem 404 opera 405 clanculit *C*

Diniarchus

O mercis malae!
Eum nunc non illa peperit, quae peperit prior,
Sed tu posterior.

Phronesium

Ordine omnem rem tenes.
Nunc ut praemisit nuntium miles mihi,
Non multo post hic aderit.

Diniarchus

Nunc tu te interim
Quasi pro puer*pe*ra hic procuras?

Phronesium

Quippini?
Ubi sine labore res geri pulcre potest.
Ad s*u*um quemque aequom est esse quaestum callidum.

Diniarchus

Quid me futurum est, quando miles uenerit?
Relictusne abs te uiuam?

Phronesium

Ubi illud quod uolo
Habebo ab illo, facile inueniam quo modo
Diuortium et discordia*m* inter nos parem;
Postid ego tecum, mea uoluptas, usque ero
Adsiduo.

Diniarchus

Immo hercle uero adcubuo mauelim.

Phronesium

Dis hodie sacruficare pro puero uolo,
Quinto die quod fieri op*or*tet.

---

406 o *om. C* male 407 patior 408 tenis *B* 409 milles 410 hec *B*, hæc *C* 411 puera procurast 412 lauore *B* pulcri 413 Adsum quaestum esse 414 futurun *B* 416 inuenio *B* 417 discordia 418 Post ida *B* ego totum tecum uoluntas aero 420 Quin his sacruficare 421 fleri optet

Diniarchus

Censeo.

Phronesium

Non audes aliquid mihi *hodie* dare munusculi?

Diniarchus

Lucrum hercle uideor facere mihi, uoluptas mea,
Ubi quippiam me poscis.

Phronesium

At ego ubi abstuli.

Diniarchus

Iam faxo hic aderit; seruolum huc mittam meam.

Phronesium

Sic facito.

Diniarchus

Quicquid attulerit, boni consulas.

Phronesium

Ecastor munus te curaturum scio,
Ut quoius me non paeniteat mitta*s* mihi.

Diniarchus

Num quippiam aliud me uis?

Phronesium

Ut, quando otium
Tibi sit, ad me reuisas et ualeas.

Diniarchus

Uale.
Pro di inmortales! non amantis mulieris,
Sed socie*nni* unanimantis, fidentis fuit

421 icenseo *B* 422 aliquod *C* hodie *om.* munusciuilim *B*, munus ciuilium *C* 423 facerē uoluntas mehica *B*, meheia *C* 424 posces astulit *B*, abstulit *C* 426 ait uierit bona 428 mitta *B*, mitte *C* 429 me uis alium otihum *B* 430 reuisast ualeas 431 dii *C* immortalis *B* 432 sotic

Officium facere, quod modo haec fecit mihi,
Suppositionem pueri quae mihi credidit,
Germanae quod sorori non credit soror.
Ostendit sese iam mihi medullitus,
Se mihi infidelem numquam, dum uiuat, fore.
Egone illam ut non amem? egone illi ut non bene uelim?
Me potius non amabo, quam huic desit amor.
Ego isti non munus mittam? Immo ex hoc loco
Iubebo ad istam quinque perferri minas,
Praeterea *una* opsonari dumtaxat mina.
Multo illi potius bene sit, quae bene uolt mihi,
Quam mihi, qui mihimet omnia facio mala.

PHRONESIUM MERETRIX

Puero isti date mammam. Ut miserae
Matres sollicitaeque ex animo sunt cruciant*ur*que!
Edepol conmentum male; quomque eam rem in corde agito,
Nimio minus perhibemur malae quam sumus ingenio.
Ego *id* prime de me domo docta dico.
Quanta est cura in animo, quantum corde capio
Dolorem, dolus ne occidat morte pueri,
Mater dicta quoi sum! eo magis studeo uitae,
Quae hu*n*c ausa tantum dolum sum adgrediri;

---

433 quo *C* ficit *B*, facit *C* 434 puerim *B* quem hinc redidit (reddidit *C*) 435 Germane 436 mihi iam sese 437 ne uiuat 438 illud (*pro* illi ut) 440 iammo *B*, iammodo *C* 442 una *om.* dumtaxat at 443 eritq; bene 444 Quam mihimet omnia qui mihi facio PRONESIUM *B* 445 amam mā *B* misere 446 matris *C* solliciteque ex animos uni cruciautque 448 Male 449 Ego prima modo dicta dicito 452 quod uite *B* 453 Que huc *B*, *om.* *C* ausa sum tantum dem dolum adgrediar

Lucri causa auara probrum sum exsecuta,
Alienos dolores mihi supposiui.
Nam nullam rem oportet dolose adgrediri,
Nisi astute *eam* adcurateque exsequare.
Uosmet iam uidetis ut ornata incedo;
Puerperio ego nunc me esse aegram adsimulo.
Male quod mulier facere incepit, nisi *id* ecficere perpetrat,
Id illi morbo*st*, id illi senio est, ea illi miserae miseriast.
Bene si facere incepit, eius e*am* nim*is* cito odium percipit.
Nimis quam paucae sunt defessae, male quae facere occeperunt.
Nimisque paucae ecficiunt, si quid facere occeperunt bene.
Mulieri nimio male facere leuius onus est quam bene.
Ego quod mala sum, matris opera mala sum et meapte malitia,
Quae me grauidam esse adsimulaui militi Babylonio.
Eam nunc malitiam adcuratam miles inueniat uolo.
Is hic *h*aud multo post, credo, aderit; nunc prius praecaueo sciens,
Eumque ornatum mihi prouidi, quasi puerperio cubem.
Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut uenerem Lucinam meam.
Hic adponite atque abite ab oculis. Eho, Pithecium,
Face ut adcumbam, accede, adiuta. Em, sic decet puerperam.

---

455 supposui *C* 456 Nam *om.* 457 eam *om.* exsequere 459 essem egrā *B*, egratia *C* 460 id *om.* 461 morbo est *om. B* misere 462 si Bene *C* eius enī scito 463 *om. B* quæ pauce *C* defesse maleque *C* occeperent *C* 464 Nimis quæ *C* pauce occeper̄ bene facere *B*, occeperint bene facere *C* 465 melius est onus *C* 469 Istic aut prece caueo 470 ornatum ut grauida quasi puer perlocubem 471 eiectam benerem iucinā *B*, uicinā *C* 472 c opi hecium *B*, opihetium *C* 473 adiutare sic pueri eram

Soleas mihi *de*duce, pallium iniice in me huc, Archilis.
Ubi *es*, Astaphium? fer huc uerbenam mihi, tus et bellaria;
Date aquam manibus. Nunc ecastor huc ueniat miles uelim.

MILES MERETRIX ANCILLA

Stratophanes

Ne exspectetis, spectatores, meas pugnas dum praedicem;
Manibus duella praedicare soleo, haud in sermonibus.
Scio ego multos memorauisse milites mendacium;
† Ethomeronidam et post illam illi memorari potest,
Qui et conuicti et condemnati falsis de pugnis sient.
[Non laudandum est, cui plus credit qui audit quam qui uidet.]
Non placet. quem illi plus laudant, qui audiunt, quam qui uident.
Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem;
Qui audiunt, audita dicunt; qui uident, plane sciunt.
Non placet, quem scurrae laudant, manipulares mussitant,
Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem praestringit domi.
Strenui nimio plus prosunt populo quam arguti et cati.
Facile sibi facunditatem uirtus argut*am* inuenit.
Sine uirtute argutum ciuem mihi habeam pro praefica.
Quae alios conlaudare, eapse ses*e* uero non potest.
Nunc ad amicam decumo mense post Athenas Atticas
Uiso, quam grauidam hic reliqui meo compressu, quid ea agat.

---

474 Solias mihi duce minice 475 Ubi saphilim uerbanā *B* thus *C* 476 Data quā ecastorū ueniret miles Statopimones Fronetium Astaphium *add. B* *Titulum om. C* 477 exspectens *C* 478 duellis 479 memora iussē *B*, memorauis sem *C* 481 pugnas 483 placet cum illi audiunt qui qui *B*; audiunt Quia qui *C* 484 unus *om.* aurite decet 485 auditas scient *C* 486 scurre *C*, curre *B* manipularis mussitan *B* 488 arguit ec 489 arguta 490 uirtuti profecta 491 Que alias conlaudate apsa se B. abse se *C* 492 Nunc amicam 493 hic *om.* conpressū quit *B*

Phronesium

Uide quis loquitur tam propinque.

Astaphium

Miles, mea Phronesium,

Tibi adest Stratophanes; nunc tibi opust aegram ut te adsimules.

Phronesium

Tace.

Simulo; ne me mone; te rerin me maleficio uincere?

Stratophanes

Peperit mulier, ut ego opinor.

Astaphium

Uin adeam ad hominem?

Phronesium

Uolo.

Stratophanes

Euge, Astaphium eccam it me aduorsum.

Astaphium

Salue, ecastor, Stratophanes.

Uenire saluom —

Stratophanes

Scio. Sed peperitne, obsecro, Phronesium?

Astaphium

Peperit puerum nimium lepidum.

---

494 Uibet iam propinqua *C* 495 ades stratophones opus est mutte *B* 496 Cui adhuc ego tu mala meam emonet ruria me mal ficio uincerest (C: mafficio) 497 Reperit adea aut hominem ut uolo 498 Eugusta phin maccam id *B*, Euge staphin maccam id *C* ecastror stratio panes 499 pronesiū *B*

Stratophanes

Ecquid mihi similist?

Astaphium

Rogas?

Qui *extemplo* ubi natust, machaeram et clipeum poscebat sibi.

Stratophanes

Meus est; scio iam de argumentis. Quid? uis*u* similist?

Astaphium

Papae!

Iam magnust.

Stratophanes

Iam ductat legionem? *ec*quae spolia rettulit?

*Loqu*ere.

Astaphium

Nudius quintus natus quidem illic est.

Stratophanes

Quid postea?

Inter tot dies quidem hercle aliquid actum oportuit.

Quid illi ex utero exitiost prius quam poterat ire in proelium?

Astaphium

Consequere atque illam saluta et gratulare illi.

Stratophanes

Sequor.

Phronesium

Ubi illa, obsecro, est, quae me hic reliquit? *ubi* ea se abstulit?

---

500 ehec quit *B*, haec quit *C* si mille est 501 Quin ubi macerā clippeum *C* 502 Nimium quidui similest pape *B*, Papa *C* 503 iamne letat, iam ne lectat *C* q̄spoliaret uelit 504 Ere nudiis *B* ille 505 actum aliquid 507 gratulari 508 eabse abisti *B*, abse abisti *C*

Astaphium

Adsum; adduco tibi exoptatum Stratophanem.

Phronesium

Ubi is est. obsecro?

Stratophanes

Mars peregre aduenieus salutat Nerienem uxorem suam.
Quom tu recte prouenisti quomque es aucta liberis.
Gratulor, quom mihi tibique magnum *pe*peristi decus.

Phronesium

Salue, qui me interfecisiti paene uita et lumine,
Uimque mihi magni doloris per uoluptatem tuam
Condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum.

Stratophanes

Eia, haud ab re. mea uoluptas, tibi istic obuenit labos;
Filium peperisti, qui aedis spoliis opplebit tuas.

Phronesium

Multo ecastor magis oppletis tritici opust granariis,
Ne. ille prius quam spolia capiat, hinc nos exstinxit fames.

Stratophanes

Habe bonum animum.

Phronesium

Sauium sis hinc pete. Ah nequeo caput
Tollere; ita dolet itaque aegre moueo neque etiam queo
Pedibus mea sponte ambulare.

Stratophanes

Si hercle me ex medio mari

---

509 adduce strato pane *B*, stratopanen *C* nubilis est 510 nericne uoxorē *B* 511 quamqua 512 deristi 513 ut ulta *B*, ut ultra *C* 514 Quiquē ibi 516 Cela ad ob rem obuenit labos istec 517 oppleuit 518 opus est tritici granareis *B*, granarii *C* 520 Habebo unumanunt suauium *C* pete hinc ab 521 ita do ut ego medulo *B*, ego me dolo *C* eliā *B*, iam *C* 522 meas ponite *B* sih plane maria *C*

Sauium petere tuum iubeas, petere haud pigeat, mel meum;
Id ita esse experta es. Nunc experiere, mea Phronesium,
Me te amare: adduxi ancillas tibi eccas ex *Syria* duas;
[Is te dono. Adduce hoc tu istas. Sed istae reginae domi
Suae fuere ambae; uerum patriam ego excidi manu.]
Is te dono.

Phronesium

Paenitetne te quot ancillas alam,
Quin examen superadducas, quae mihi comedint cibum?

Stratophanes

Hoc quidem hercle ingratumst donum. Cedo mihi, puere, perulam.
Mea uoluptas, attuli eccam pallulam ex Phrygia tibi;
Tene tibi.

Phronesium

Hocin mihi ob labores tantos tantillum dari!

Stratophanes

Perii hercle; miser*o mihi* iam auro contra constat filius.
Etiam nunc *mea* nihili pendit. Purpuram ex Sarra tibi
Adtuli, duas Ponto chlaenas; tene tibi, uoluptas mea.

Phronesium

Accipe hoc, *Astaphium*; abduce hasce *h*inc e conspectu Syras.

Stratophanes

Ecquid amas me?

---

523 hau *B* me imme (inme *C*) inmeum 525 cecas *B* exuri 526 Istas *C* istae *om. C* 527 excida *B* 528 quod ancilla siam *B*, ancillast iam *C* 529 etiam men comet incibum 530 hercles *B*, hercle si *C* ingratust *B* cedo tu mihi istam puere per uiam 531 Immea *B*, Imea *C* attolli paluuā *B*, palauiam *C* pari gra *B*, parigrā *C* 532 hoccine lauores *B* tantillis 533 per *C* miseriam 534 Etiamnum *B*, et iam mim *C* mali pendit addit purpuram exarat 535 tuas ponto *C*, tua sponte *B* amoenas 536 Accepi Astaphium *om.* ince *B*, in *C* conspectus uras (urās *C*) 537 Ec quidē asme *B*, et quidem has me *C*

Phronesium

Nihil *e*castor, neque meres.

Stratophanes

Nihilne huic sat est?
Ne bonum uerbum quidem *u*num dixit. Uiginti minis
Uenire illaec posse credo dona, quae ei dono dedi.
Uehementer nunc mihi est irata; sentio atque intellego;
Uerum adibo. Quid ais? num tu me neuis, uoluptas mea,
Quo uocatus sum, ire ad cenam? mox huc cubitum uenero.
Quid taces? Planissume edepol perii. Sed quid illuc noui est?
Quis *is* homo est, qui ducit pompam tantam? Certumst quo ferant
Obseruare; huic credo fertur; uerum iam scibo magis.

CYAMUS PHRONESIUM STRATOPHANES C

Cyamus

Ite, ita hac simul, muli eridamnigeruli,
Foras*e*uerrones, bonorum exagogae.
Satin si quis amat, nequit quin nihili sit a*t*que inprobis se artibus expoliat?
Nam hoc qui sciam, ne quis id quaerat ex me,
Domist, qui facit *tam* inprobe facta amator,
Qui bona sua pro stercore foras iubet *ec*ferri.
Metuit publicos, *ni intus* mundissumum sit.

537 castor nihil nec *B* 538 Nemonū *B*, ne unum *C* num 539 dedit *B* 541 abdibo *B* nunc tu num neuis me (mea *B*) 542 uocatū *B* adhuc *B* inero 543 planes sume *B* boni 544 is *om.* inducit cercū sit *B* GETA PHRONESIUM ASTAR C *B*, GETA PHRONESIUM ASTAPHIUM C *C* 546 muliere idamnegeruli 547 Foras gerronis axagoce *C*, maca goce *B* 548 se ne quid *C* nihilis itaq; inprouisse *B*, inprouise *C* partibus expoliat *C*, *om.* *B* 549 quis cieam itq; rat *B* 550 Domis itq; fač *B*, facta *C* inproba 551 stercore habet foras feri *B*, fieri *C* 552 ni intus *om.*

Puras sibi esse uolt aedis; domi quidquid habet uehitur ἔξω.
Quando *e*quidem ipsus perditum s*e* it, secreto hercle ego illum adiutabo.
Neque mea quidem opera umquam hilo minus propere quam potest peribit.
Iam de hoc opsonatu de mina una deminui modo
Quinque nummos; mihi detraxi partem Herculaneam.
Nam hoc adsimile est quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi;
Nisi deriuetur, tamen omnis *aeque* aqua abeat in mare.
Nam hoc in mare abit misereque perit sine bona omni gratia.
Haec quom uideo fieri, suffuror, subpilo,
De praeda praedam capio.
Meretricem ego item esse reor, mare ut est.
Quod des deuorat *nec dat*is umquam abundat.
[Hoc saltem seruat mecum † illi subeste adparet]
Des quantumuis, nusquam adparet neque datori neque acceptrici.
Uelut haec meretrix meum erum miserum sua blanditia intulit in pauperiem,
Priuauit bonis, luce, honore atque amicis.
Attat, eccam adest propinque; credo audisse haec me loqui.
Pallida est, ut peperit puerum. Adloquar, quasi nesciam.
Iubeo uos saluere.

Phronesium

Noster esto. Quid agis? ut uales?

---

553 uoltas dis neititur exo *B*, exeo *C* 554 quidem sit *B*, fit *C* hercle equidem illum ad uitabo *C* 555 nihili omnibus 556 Nam iam de hoc obsonio 559 diriuetur *C* ea qua mari 560 abiit omnia gratiam 561 si fieri sus furor *B*, sus furror *C* sopplicio *B*, Supplicio *C* 562 De prædam 563 esse *om. B* 564 deuoratis habundat *C* 566 dotari *C* acceptrice 567 haec *om. C* 568 Priuabit bones *B*, bonas *C* 569 ecam cre *C* audiuisse 571 saluare *C* noster geta quid

Cyamus

Ualeo et uenio ad minus ualentem et melius qui ualeat fero.
Erus meus *et* ocellus tuus adferre me haec iussit tibi
Dona, quae uides illos fe*rr*e et has quinque argenti minas.

Phronesium

Pol haud perit, quod illum tantum amo.

Cyamus

Iussit orare ut haec grata haberes tibi.

Phronesium

Grata ac*cept*aque ecastor habeo. Iube auferri intro, Cyame.

Cyamus

Ecquid auditis, haec quae inperat?
Uasa nolo auferant; desiccari iube.

Phronesium

Inpudens mecastor, Cyame, es.

Cyamus

Egone?

Phronesium

Tu.

Cyamus

Bona fide.
Tun *me* ais inpudentem esse. eapse quae sis *s*tabulum flagiti?

Phronesium

Dic, amabo te, ubi est Diniarchus?

Cyamus

Domi.

---

572 minu 573 et *om.* atte me ferre *B*, at te ferre *C* 574 fere 575 sq. amolus sit operare 577 acaque *B*, que *C* ichiame 578 Hec quid heq; tam inperat 579 Suasa iubet 580 Immo pudet cuamestegori 581 Tune as *B*, tune ans *C* me esse aipsa *B*, ipsa *C* sistabnlum flagitii 582 diniarcus *B*, dinarchus *C*

Phronesium

Dic ob haec dona, *dono* quae ad me miserit,
Me illum amare omnium plurumum hominum merito,
Meque honorem illi habere omnium maxumum.
Atque ut huc ueniat *ad me* obsecrato.

Cyamus

Licet.
Sed quisnam illic homost, qui ipsus se comest
Tristis oculis malis? Animo hercle homost suo miser.
Quisquis est.

Phronesium

Dignust mecastor. Quid? eum non nosti, obsecro.
Qui hic apud me erat? Huius pater pueri illic est; isque adeo eum
Iussit ali. Nunc auscultaui*t*, obseruaui*t*, quam rem agam.

Cyamus

Noui hominem nihil*i*; illicine est?

Phronesium

Illic est.

Cyamus

Me intuitur gemens.
Traxit ex intumo uentre suspiritum.
Hoc uide: dentibus frendit, icit femur.
Num obsecro nam ariolus*t*, qui ipsus se uerberat?

---

583 dono *om.* me *om. C* 584 plurimum omnium hominiū *B* ergo 585 Meumq; honorē illū 586 ad me *om.* obsecrat ilicet 587 secū est *C* 588 oculis malis *om. C* humost 589 dignus est ne quid est non nouisti 590 qui ilitic *B*, qui illic *C* pueri illic est *om. C* Usq; ad ecta culem *B*, usq' ad iectaculum *C* 591 alii mansi auscultaui obseruabi *B*, obseruaui *C* Quēper nā 592 nihil illic que intuetur 593 suspensus *B*, suspensum *C* 594 Frendidicit *C* fremur *B* 595 ariolus seueruerat *B*

Stratophanes

Nunc ego meos animos uiolentos meamque iram ex pectore iam promam.
Loquere, unde es, quoius es, cur ausu's mihi inclementer dicere?

Cyamus

Lubitum est.

Stratophanes

Istucine mihi responsas?

Cyamus

Hoc: non ego te flocci facio.

Stratophanes

Quid tu? Cur ausa es alium te dicere amare hominem?

Phronesium

Lubitum est.

Stratophanes

Ain tandem? Istuc primum experiar. Tun tantilli doni causa,
Holerum atque escarum et poscarum, moechum malacum cincinnatum
Umbraticulum tympanotribam amas hominem non nauci?

Cyamus

Quae haec res?
Meone ero tu, inprobe, maledicere audes, fons uiti et peiiuri?

Stratophanes

Uerbum unum adde istoc, iam hercle ego te hic hac offatim conficiam.

---

596 uiolentus *B* Expector etiam *C* 597 Loqueri *B* est inclementer mihi *C* lubido 598 Istuc nec responsis te *om. C* flacci *B* 599 amare homine *B* lubitunt *B*, lubitunst *C* 600 tum pentilli *C*, pertilli *B* 601 mecum 602 Umbraticolum lympha notribam quæ hercles 603 improbe et o *B*, improbe et *C* peiuri *C* 604 affatim *C* officiam

Cyamus

Tange modo, iam ego hic agnum *te* faciam et medium distruncabo.

Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina clue*o*.

Phronesium

Si aequom facias, aduentores *haud tu mihi* meos incuses.

Quorum dona accepta et grata habeo aeque ut ingrata, quae abs te accepi.

Stratophanes

Tum pol ego et donis priuatus sum et peri*i*.

Phronesium

Plane istuc est.

Cyamus

Quid nunc ergo hic odies † sees, confessus omnibus teus?

Stratophanes

Perii hercle hodie, nisi hunc a te abigo.

Cyamus

Accede huc modo, adi huc modo.

Stratophanes

Etiam, scelus uiri, minitare, quem ego offatim iam concipilabo.
Quid tibi huc uentio est? quid tibi hanc aditio est?
Quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam?
Emoriere ocius, ni manu uiceris.

Cyamus

Quid? manu uicerim?

---

605 te *om.* 606 Sit uellegionem ciuis cubilina *B* ciue 607 haud tu mihi *om.* 608 Quorum mihi dona habeo tuaque ingrataque 609 peri 611 abico *B* accede hunc modo 612 ueri mimitare *B* Affatim *C* iam iam iam 613 adito *B* 614 noctio est Umquā *B* 615 si

Stratophanes

Fac quod iussi; mane.
Iam ego te hic offatim conficiam. Occidi t*ed* optumum est.

Cyamus

Captio est; istam machaeram longiorem habes quam haec est.
Sed ueru m*e* sine dum petere, si quidem belligerandam est tecum.

Stratophanes

Abi domum.

Cyamus

Ego tecum, bellator, arbitrum aequom ceperim.
Sed ego cesso hinc me amoliri, uentre dum saluo licet.

MERETRIX MILES DU

Phronesium

Datin soleas? atque me intro actutum ducite;
Nam mihi de uento miserae condoluit caput.

Stratophanes

Quid mihi futurum est, quo*i* duae ancillae dolent,
Quibus te donaui? Iamne abisti? Em, sic datur.
Quo pacto excludi, quaeso, potis est planius,
Quam exclusus nunc sum? Pulcre ludificor. Sine.
Quantillo mi opere nunc persuaderi potest,
Ut ego his suffringam talos totis aedibus?
Num quippiam aura mutat mores mulierum?
Postquam filiolum peperit, animos sustulit.
Nunc quasi mihi dicat: nec te iubeo neque uoto

617 Affatim *C* occidit optumum 619 uerum sine 620 abo *B*, Ibo *C* belator *C* aecum *B* 621 mi hinc amo sire uentrem DU *om. B* 623 misere 625 sicoatur 626 excludis quam eso potius *B*, pitius *C* 629 hisce 630 Nunc *C* auarum ut at (ad *C*) 631 filiorum 632 uolo

Intro ire in aedis; at ego nolo; non eo.
Ego faxo dicat me in diebus pauculis
Crudum uirum esse. Sequere me hac; uerbum sat est.

STRABAX

Rus mane dudum hinc ire me iussit pater,
Ut bubus glandem prandio depromerem.
Postquam illoc ueni, adueni*t*, si dis placet,
Ad uillam, argentum meo qui debebat patri,
Qui ouis Tare*n*tinas erat mercatus de patre.
Quaerit patrem. Dico esse in urbe; interrogo,
Quid eum uelit.
Homo cruminam sibi de collo detrahit;
Minas uiginti mihi dat; accipio lubens;
Condo in cruminam. Ille abiit; ego † perpera minas
Ouis in crumina hac in urbem detuli.
Fuit edepol Mars meo p*er*iratus patri,
Nam oues illius *h*aud longe absunt a lupis.
Nunc ego *pol* istos mundulos amasios
Hoc ictu exponam atque omnis eiciam foras.
Eradicare est certum cum primis patrem.
Post id locorum matrem; nunc hoc deferam
Argentum ad hanc, quam mage amo quam matrem meam.
Tat, ecquis intust? ecquis hoc aperit ostium?

---

633 ad *B* 635 hanc *C* uerbu *B* Stratilex . RUSTICUS ANCILLA *B*, STRATILAX SERUUS ANCILLA *C* 637 Claudem *C* 638 Post illoc ueni quam aduenis ideis 639 billam 640 Quouistaret inaserant 642 uellit 643 erumenam detraxit 644 middat *B*, midat *C* 645 sq. ille .... crumina *om.* *B* 646 Quis *C* urbe me 647 piratus 648 au *B*, aut *C* 649 pol o*m.* mundulos urbanos amaspos *B*, amas *C* 650 itu ieciam 651 Eradicarensi *B*, eradicaremsi *C* 652 locarum hoc die efferā *B*, hodie efferam *C* 653 Ad hanc argentum 654 Tatec (tatet *C*) qui si nulla est et quis aperit hoc ostium

STRABAX ASTAPHIUM

Astaphium

Quid istuc? Alienun es, amabo, mi Strabax,
Qui non extemplo *intro* ieris?

Strabax

Anne oportuit?

Astaphium

Ita te quidem, qui es familiaris.

Strabax

Ibitur,
Ne me morari censeas.

Astaphium

Lepide facis.

SERUOS ANCILLA DU

Stratyllax

Mirum uidetur rure erilem filium
Strabacem non redisse, nisi si clanculum
Conlapsus est hic in corruptelam suam.

Astaphium

Iam pol illic inclamabit me, si adspexerit.

Stratyllax

Nimio minus saeuos iam sum, Astaphium, quam fui.
Iam non sum tru*n*cus le*n*tus; noli metuere.

Eadem scena continuatur 655 alienum *C* est 656 extemplo ire si 658 facis Truculentus Astaphium *B* ASTAPHIUM *a principio tituli addit C* 659 rurier item 660 Strabaccē *B* clauculum *B* 662 me inclamauit se asspexit *C* 663 inissæ (inisse *B*) uos sumas astaphium 664 truculentus metueris

Astaphium

Quid uis?

Stratyllax

Qui † tuam expector osculentiam.

Astaphium

Dicin clare mihi, quid tibi et quo uis modo?

Stratyllax

Nouos omnis mores habeo, ueteres perdidi.
Uel amare possum uel iam scortum ducere.

Astaphium

Lepide mecastor nuntias. Sed dic mihi
Haben t*u* —

Stratyllax

Pretium te fortasse dicere.

Astaphium

Intellexisti lepide, quid ego dicerem.

Stratyllax

Heus tu, iam postquam in urbem crebro commeo,
Dicax sum factus; iam sum caulator probus.

Astaphium

Quid id est, amabo? Istaec ridicularia
Cauillationes uis, opinor, dicere?

Stratyllax

Ita; *il*lud pauxillum differt a caulibus.

Astaphium

Sequere intro, amabo, mea uóluptas.

Stratyllax

Tene tibi;
Rabonem habeto, ut mecum *h*a*n*c nocte*m* sies.

666 Dic incipera mihi 668 uellam dicere *B* 669 Nuurias *C* 670 Habent parasitum et fortasse 672 cōmobeo *B*, commoueo *C* 673 Hic axsū (axum *C*) factum cauillator 675 suis *B* 676 ut cauillibus 677 intro me amabo uolupta si *B*, uoluptast *C* tene hoc tibi 678 a noctc *B*, acuocte *C*

Astaphium
Peri*i*, rabonem! quam esse dicam hanc beluam?
Quin tu arrabonem dicis?

Stratyllax
A facio lucri,
Ut Praenestinis conea est ciconia.

Astaphium
Sequere, obsecro.

Stratyllax
Strabacem hic opperiar modo,
Si rure ueniat.

Astaphium
Is quidem hic apud nos est. Strabax
Modo rure uenit.

Stratyllax
Prius ne quam ad matrem suam?
Eu edepol hominem nihili!

Astaphium
Iamne autem ut soles?

Stratyllax
*Qu*ian nihil*i* dico?

Astaphium
I intro amabo; cedo manum.

Stratyllax
Tene. In tabernam ducor deuorsoriam,
Ubi male accipiar mea mihi pecunia.

679 Peri nelbam 680 arabonem dicista facto 682 strauacem operiar 683 Serori uenietis quidem *B* apud nos est hic strapax *C* 685 nihilli *B*. nihil *C* anne 686 Iamne nihil Iintro 687 dulor 688 mea mea mihi pecunia diniarcus *B*

ADULESCENS C

Diniarchus

Neque gnatust neque progignetur neque potes*t* reperirier,
Quoi ego nunc dictum aut factum melius quam Ueneri m*eae* uelim.
Di magni, ut ego *lacte* laetus sum et laetitia differor!
Ita ad me magna nuntiauit Cyamus hodie gaudia,
Mea dona deamat*a* acceptaque esse apud Phronesium.
Quom hoc iam uolup est, *t*um hoc *est* nimium magnae melliniae mihi,
Militis odiosa ingrataque habita; totus gaudeo,
Mea pila est; si repudiatur miles, mulier mecum erit.
Saluos sum, quia pereo; si non peream, p*l*ane *int*erierim.
Nunc speculabor, quid ibi agatur, quis eat intro, qui foras
Ueniat; procul hinc obseruabo, meis quid fortunis fuat.
Quia nihil habeo, unum † animos moui mihi; omnia agam precario.

ANCILLA ADULESCENS

Astaphium

Lepide efficiam meum ego officium; uide intus modo tu t*u*um item efficias.
Ama, id quod decet, rem tuam; istum exinani.
Nunc dum instat, dum habet, tempus ei rei secundumst.

---

689 egnatus est *B*, gnatus est *C* procignetur *B* potes 690 benerem uelim 691 Dii laete *om.* 692 chyamus 693 deamat accepta qui 694 uolupestum est *om.* nimio magne mellinie *B* 695 habitato tuca audeo 696 milex prit 697 pane uriem (urient *C*) 698 quit 699 procui hunc miles 701 mea ero tutum 702 est um 703 dum iusti iubet dum secundas

Prome uenustatem amanti tuam, ut gaudeat quom perit.
Ego interibi hic tricis tuis praesidebo,
Istic dum suum faciat domum ad te exagogam,
*N*ec quemquam interim istoc ad uos, qui sit odio,
Mittam intro; tu perge ut lubet ludere istos.

Diniarchus

Qui est iste, Astaphium, indica, qui perit?

Astaphium

Amabo, hicine tu eras?

Diniarchus

Molestusne sum?

Astaphium

Nunc magis quam fuisti;
Nam si qui non usust nobis, *is* molestus*t*.
Sed obsecro, da mihi operam, ut na*r*rem quae uolo.

Diniarchus

Nam quid est? num *m*ea refert?

Astaphium

Non mussito.
Intus bolos dat —

Diniarchus

Quid? amator nouos quispiam?

Astaphium

Integram et plenum adortast thensaurum.

Diniarchus

Quis est?

704 gandia cumper eis 705 interim hic restiti tricis *B* (restitricis *C*) 706 Iste dum sic faciat 707 ec *B*, et *C* 708 Intro mittam perce iubet ludiu 709 iste ea hicinet uere 711 quid nobis usust nobis molestus 712 narem uolom *B*, uolti *C* 713 nam ea mussat 714 bolos quos dat nouis *C*

Astaphium

Eloquar, sed tu taceto. Nostin tu hunc Strabacem?

Diniarchus

Quid ni?

Astaphium

Solus summam habet hic apud nos; nunc is est fundus nouos.
Animo bono male *rem* gerit.

Diniarchus

Perii hercle ego.
Bona perdidi, mala repperi, factus sum uobis extumus.

Astaphium

Stultus es, qui facta infecta facere uerbis postules.
Thetis quoque etiam lamentando pausam fecit filio.

Diniarchus

Non ego nunc intro ad uos mittar?

Astaphium

Qui tu quam miles magis?

Diniarchus

Quia enim plus dedi.

Astaphium

Plus enim *tum* es intro missus, quom dabas.
Sine uicissim, qui dant, ob illud quod dant operis utier.
Litteras didicisti; quando scis, sine alios discere.

Diniarchus

Discant, dum mihi commentari liceat, ne oblitus siem
Quod didici.

---

716 Te loquar sed diu taceto nouistin tun hunc stabachem 717 summa Hiabet *B* nobis 718 malé gerit *B*, malegerit *C* perit ego idem 719 *om. codd. Plauti* extimus a nobis *Priscianus* 720 Sultus *B* est 721 lausum 722 quidum quam 723 enim se intro missus quam 724 dant operam oblitus (oblit *B*) quod 725 dicisti *C* dicere 726 argentarilliceam *B*, argentari illic eam *C* ni 727 Qui dedit 𝔊

Astaphium

Interea magistra, dum tu commentabere,
Uolt illa itidem commentari.

Diniarchus

Quid?

Astaphium

Rem accipere *i*dentidem.

Diniarchus

Dedi equidem hodie; *iussi* ei quinque argenti deferri minas,
Praeterea unam in opsonatum.

Astaphium

Idem istoc delatum scio.
De eo nunc bene sunt tua uirtute.

Diniarchus

Meane ut inimici mei
Bona istic c*om*edint? Mortuum hercle me quam id patiar mauelim.

Astaphium

Stultum est inuidia perire.

Diniarchus

Quid iam?

Astaphium

Quia pol mauelim
Mihi inimicos inuidere quam me*d* inimicis meis;
Nam inuidere alii bene esse, tibi male esse, miseria est;
Qui inuident, egent; illis quibus inuidetur, i rem habent.

Diniarchus

Non licet quod opson*au*i me participem fieri?

727 magister 728 Uolt *B* interim illa ididem deutidem 729 Dedit *B* iussi *om.* 730 unum ol sonatum 731 sum tua uirtutem imeme *B* (imæ *C*) iniem cimei 732 cedent quam ut id 733 *legitur post* 736 Stultus quid est aperire 734 inimicus inuiderem me 735 essem seria mesi *B*, esse inseriamesi *C* 736 Quid 737 licet do obsoni (obsomi *C*) participhe *B*

Astaphium

Si uolebas participari, auferres dimidium domum. Nam item ut Acherunti hic *apud nos* ratio accepti scribitur. Intro accipitur; quando acceptum est, non potest ferri foras. Bene uale.

Diniarchus

Resiste.

Astaphium

Omitte.

Diniarchus

Sine me ire intro.

Astaphium

Ad te quidem. 741

Diniarchus

Immo istoc ad uos *uolo* ire.

Astaphium

Non potest; nimium petis.

Diniarchus

Sine experiri.

Astaphium

Immo opperire; uis est experirier.

Diniarchus

Dic me adesse.

Astaphium

Abi; occupata est. Res ita est, ne frustra sis.

Diniarchus

Redin an non redis?

---

739 idem acheronti C, ageonti *B* apud uos *om.* accepii *B*, accepi *C* 740 accipiamur ferre 741 omittes inea mitto intro 742 uos irem pati 743 Experiri sine (sinē *B*) immō *B* opperirem experire 744 Dicam adesse ubi resistat ex ex (et *C*) frustra sit 745 redin

Astaphium

Si uocat me, quae in me potest plus quam potes.

Diniarchus

Uno uerbo.

Astaphium

Eloquere.

Diniarchus

Mittin me intro?

Astaphium

Mendax ex; abi.
Unum aibas; tria dixti uerba; atque *odi male* mendacia.

Diniarchus

Abiit intro; me lusit. Ego ut haec mihi patiar fieri?
Iam hercle ego tibi, inlecebra, ludos faciam clamore in uia,
Quae aduorsum legem accepisti a plurumis pecuniam.
Iam hercle apud hos omnis magistratus faxo erit nomen tuum;
Postid ego te manum iniciam quadrupli, uenefica.
Suppostrix puerum; ego edepol i*am* tua prob*r*a aperibo omnia.
Nihil *pudet* me; perdidi omne quod fuit; fio inpudens,
Nec mihi ade*o*st tantillum pensi iam quos capiam calceos.
Sed quid ego hic clamo? Quid si me iubeat intro mittier?
Conceptis me non facturum uerbis iurem, si uelit.
Nugae sunt; si stimulos pugnis caedis, manibus plus dolet.
De nihilo nihil est irasci, quae te non flocci facit.
Sed quid hoc est? Pro di inmortales, Calliclem uide*o* senem,

745 quam potest 746 mitti in 747 alebat stridia dixti (dixit *B*) uerbe *B* odi male *om.* 748 incluit *B*, induit *C* patiat *B* 749 clamore *B* 750 Que *B* accepistis ad 751 Iiam *C* nos 752 initiam quadrupiis (quadrupus *C*) beneficia 753 itua proba 754 Nihil me perdidi omne *B* 755 adest ad illum 756 mittiar *B*, mittar *C* 757 uerui sirem sileuit 758 Nuge *B* cedis 760 hoc *om.B* callictenui de

Meus qui adfinis fuit, ancillas duas constrictas ducere.
Alteram tonstricem huius, alteram ancillam suam.
Pertimui; postquam una cura cor meum mouit modo,
Timeo ne malefacta antiqua mea sint inuenta omnia.

SENEX ANCILLAE II ADULESCENS C

Callicles

Egon tibi male dicam aut tibi atque male uelim, ut animus meust?
Prope modum expertae estis, quam ego sim mitis tranquillusque homo.
Rogitaui ego uos uerberatas *am*bas pendentis simul.
Conmemini, quo quidque pacto sitis confessae; scio.
Hic nunc uolo scire, eodem pacto*n* sine malo fateamini.
Quamquam uos colubrino ingenio ambae estis, edico prius
Ne duplicis habeatis linguas, ne ego bilinguis uos necem.
Nisi si ad tintinnaculos uoltis uos educi uiros.

Ancilla

Uis subigit uerum fateri; ita lora laedunt brachia.

Callicles

At si uerum mihi eritis fassae, uinc*l*is exsoluemini.

Diniarchus

Etiam nunc quid sit negoti, falsus incertusque sum,
Nisi quia timeo tamen ego *mihi*, et quod peccaui scio.

761—62 *inverso ordine* 761 Meusq; fuit *om. B* 763 cura *om. B* 764 ne me malefacta sine inuenia *B*, inueniam *C* *Tituli spatium vacat C* 765 adte animu *B*, animo *C* meost *C* 766 experte *B*, ex parte *C* essetis similes tranquillus usque 767 uerberantis bas *B*, has *C* 768 quicquam 769 pacto 770 colubri non 771 habeas *C* linguam ibi linguis 772 Nesi si at tintinaculos *B* 773 subegit bracchia *B* 774 Ad uincis exsolue mihi 775 numquam fassi sincertusque 776 ego net *B*, ego nec *C*

Callicles

Omnium primum diuorsae state. Em sic; istuc uolo.
Ne inter uos *quid* significetis, ego ero paries. Loquere tu.

Ancilla

Quid loquar?

Callicles

Quid puero factumst, mea quem peperit filia,
Meo nepote? Capita rerum expedito.

Ancilla

Istae dedi.

Callicles

Iam tace. Accepistin puerum tu ab hac?

Archilis

Accepi.

Callicles

Tace.
Nihil moror praeterea; satis es fassa.

Archilis

Infitias non eo.

Callicles

Iam liuorem tute scapulis istoc concinnas tuis.
Conueniunt adhuc utriusque uerba.

Diniarchus

Uae misero mihi;
Mea nunc facinora aperiuntur, clam quae speraui fore.

Callicles

Loquere tu. Qui dare te hui*c* puerum iussit?

Ancilla

Era maior mea.

777 diuersa est etc em 778 quid *om.* loqueretur 779 Ɛ Quid loquar *B* datū sit *B*, datust *C* 780 nepoti expediti ω iste dedit 781 A Iam *B* accepisti in Ɛ accepit 782 est sassa *C* 783 luore mute *B*, liuorem ut est *C* capulis 784 adhunc A Tue *B*, tuæ *C* nisi 786 huc ω ira

Callicles

Quid tu? Cur eum accepisti?

Archilis

Era me ro*gita*uit minor,
Puer ut *sibi* ferretur eaque ut celarentur omnia.

Callicles

Loquere tu, quid eo fecisti puero?

Archilis

Ad meam eram detuli.

Callicles

Quid eo puero tua era fecit?

Archilis

Erae meae extemplo dedit.

Callicles

Quoi malum erae?

Archilis

Duae sunt istae.

Callicles

Caue tu, nisi quod te rogo
Atque exquiro.

Archilis

Mater, inquam, filiae dono dedit.

Callicles

Plus quam dudum loquere.

Archilis

Plus tu rogitas.

---

787 Quit *B* ϴ eram ero uit 788 sibi *om.* omniam *B* 789 quit *B* Є mea me re *B*, ad meam rem *C* 790 Quiite o *B*, Cui te *C* tuo era facit Γ Aerae *B* exemplo *B* 791 aere ϴ Due *B* Catu iste *B* rogonisi 792 Eate filiæ dono dedit inquem 793 dudum inqua

Callicles

Responde ocius:

Quid illa, quoi donatust, *fecit*?

Archilis

Suppos*i*uit.

Callicles

Quoi?

Archilis

Sibi.

Callicles

Pro filiolon?

Archilis

Pro filiolo.

Callicles

Dei, obsecro uostram fidem,
Ut facilius alia quam illa, unde est, puerum alienum parit!
Haec labore alieno puerum peperit sine doloribus.
Puer quidem beatus; matres duas habet, auias duas.
Iam metuo, patres quot fuerint. Uide sis facinus muliebre!

Ancilla

Magis pol haec malitia pertinet ad uiros quam ad mulieres.
Uir i*l*lam, non mulier praegnatem fecit.

Callicles

Idem ego istuc scio.
Tu bona ei custos fuisti.

Ancilla

Plus potest, qui plus ualet.
Uir erat; plus ualebat; uicit; quod petebat abstulit.

---

794 donatust Є Supposuit. *B* Cui. ⊖ Tibi 795 filio lotoni filio lodel 796 quam alie undē (aliæ unde *C*) puerum ut num paret 797 lauare *B* 798 mater onas habet et 799 quod muliebri 800 ⊖ Magis mılitia *C* muliebri 801 Uiri iam pregnantem *C* Et idem 803 adstuni *B*, ade uni *C*

Callicles

Et tibi quidem hercle idem *uir* adtulit magnum malum.

Ancilla

*I*dem istuc ipsa, etsi tu taceas, reaps*e* experta intellego.

Callicles

Nunquam te facere hodie quiui ut is quis esset diceres.

Ancilla

Tacui adhuc; nunc *non* tacebo, quando adest nec se indicat.

Diniarchus

Lapideus sum; commouere me miser non audeo.
Res palam omnis est; meo illic nunc sunt capiti comitia.
Meum illuc facinus, mea stult*iti*a est; timeo quam mox nominer.

Callicles

Loquere, filiam meam quis integram stuprauerit.

Ancillam

Uideo eccum, propter malefacta qui est patronus parieti.

Diniarchus

Neque uiuos neque mortuus sum ne*que* quid nunc faciam scio.
Neque ut hinc abeam neque ut hunc adeam scio; timore torpeo.

Callicles

Dicin an non?

Ancilla

Diniarchus, quoi illam prius desponderas.

---

804 Etibi *B* uir *om.* 805 ω De istoc reab 806 A hodie ut quiuis quis dicere *B*, diceret *C* 807 ad nanc *B*, at ne *C* non *om.* necesse indice 809 ineo *C*, neo *B* cōtia *B*, coitia *C*. 810 illac stultā *B*, stulta *C* non miner *B*, non minetur *C* 812 ω Uideo ego te propter mala facta 813 nequid 814 abeam (habeam *B*) ut neque Ad hunc adeam *C* 815 diniarcus *B* dicis ponderas

Callicles

Ubi is homost, quem dicis?

Diniarchus

Adsum, Callicles; per te obsecro
Genua, ut tu istuc insipienter factum sapienter feras
Mihique ignoscas, quod animi inpos uini uitio fecerim.

Callicles

Non placet, in mutum qui culpam confert, *qui non* quit loqui.
Nam uinum, si fabulari posset, se defenderet.
Non uinum *uiris* moderari, sed uiri uino solent.
Qui quidem probi sunt, uerum qui inprobust, si quid bibit
Siue adeo caret temeto, tamen ab ingenio inprobust.

Diniarchus

Scio equidem, quae nolo multa mihi audienda ob noxiam;
Ego tibi me obnoxium esse fateor culpae compotem.

Ancilla

Callicles, uide quaeso nobis ne facias iniuriam.
Reus solutus causam dicit; testis uinctos attines.

Callicles

Soluite istas. Agite abite tu domum et tu autem domum.
Eloquere haec erae tu, puerum reddat, si quis eum petat.
Eamus, tu, in ius.

Diniarchus

Quid uis in ius me ire? tu es praetor mihi.
Uerum te obsecro, ut tuam gnatam des mihi uxorem, Callicles.

---

816 tuo *B*, tua *C* 817 insipient' sipient' *B* 819 mutum cui pā *B*, mutum quippiam *C* confer quid 820 fabularem possit se defenderem 821 uiris *om* sed uim non solent 822 probri iam probus est si quam si bibit 823 te me Tu *C* timidus est improbus 824 obnoxia 825 essem cultæ *B*, culte *C* compote mi 826 ω Callicies nide *B* quæsomnem facias 827 ta (tam *C*) estis uicto sati ines 829 ere 830 eamust *C* intus et ues 831 mihi *om.* *C*

Callicles

Eumpse ul*tro* te iudicasse pridem istam rem intellego.
Nam haud mansisti, dum ego darem illam; tute sumpsisti tibi.
Nunc habeas ut nanctu's; uerum hoc ego te multabo bolo:
Sex talenta magna dotis demam pro ista inscitia.

Diniarchus

Bene agis mecum.

Callicles

Filium istinc tu*u*m te meliust repetere.
Ceterum uxorem quam primum potest abduce ab aedibus.
Ego abeo; iam illi remittam nuntium aequali meo;
Dicam ut aliam condicionem filio inueniat suo.

Diniarchus

At ego ab hac puerum reposcam, ne mox infitias e*a*t.
Nihil est; nam eapse ultro, ut factumst, fecit omnem rem palam.
Sed nimium pol opportuna eapse eccam egreditur foras.
Ne ista stimulum longum habet, quae usque illinc cor pu*n*git meam.

PHRONESIUM DINIARCHUS ASTAPHIUM

Phronesium

Blitea et lutea est meretrix nisi quae sapit in uino ad rem suam.
Si alia membra uino madeant, cor sit saltem sobrium.

832 Eundem pul quidem 833 dem *B*, idem *C* 835 malana dotes *B*, detes *C* dem an *C* istas cinscitia *B*, ista st incicidia *C* 836 tum te melius est 837 uxorū qua *C* potes *B* abdu *B*, abduci *C* 838 adeo adi meo 840 et 841 ipsa et factus 842 ecce ab se gregit' *B* 843 longē *B*, longe *C* pugit *Tituli spatium vacat* 844 lutea et meretrix nisiq; uno *B*

Nam mihi diuidiaest tonstricem meam *quae* simulabam male
Edixe et meum Diniarchi puerum inuentum filium.

Diniarchus

Lubet adire, quam penes est mea omnis res et liberi.

Phronesium

Uideo, eccum, qui *a*mans tutorem med opta*uit s*uis bonis.

Diniarchus

Mulier, ad *te* sum profectus.

Phronesium

Quid agitur, uoluptas mea?

Diniarchus

Non uoluptas; aufer nugas; nihil ego nunc de istac re ago.

Phronesium

Scio mecastor, quid uis, et quid postules et quid petas.
Nec me uis nec me te amare postulas; puerum petis.

Diniarchus

Di inmortales, ut planiloqua est! paucis ut rem ipsam attigit!

Phronesium

Scio equidem sponsam tibi esse et filium ex sponsa tua,
Et tibi uxorem ducendam Calliclai filiam,
Animum tuum ut quasi pro relicta sis habiturus; sed *t*amen
Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Aetatem qui no*n* cubili *uni* umquam committit suam,
Quin, si unum ostium obsideatur, aliud perfugium paret.

Diniarchus

Otium ubi erit, de istis rebus tum amplius tecum loquar;
Nunc puerum redde.

---

846 intonstricem meam sicut multam 847 Ea dixit eum 848 Ubi it (id *C*) audiuit quamquam 849 mausttutorem me adoptauis 850 adsum profectust 851 hunc 853 Me uidere uis et me 854 Dii repsā *B* 856 iam esse alibi iam 857 Et derelicta *B*, delicta *C* amen 358 uestia 859 quin ocabiliū quam suum 860 Quia si *B*, quasi *C* odium *B*, *om.* *C* obsidiator aliū perfugium gerit 861 Odium

Phronesium

Immo amabo ut hos dies aliquos sinas
Eum esse apud me.

Diniarchus

Minime.

Phronesium

Amabo.

Diniarchus

Quid *eo* opus*t*?

Phronesium

In re*m* mea*mst.*
Triduum hoc saltem, dum aliquo miles circumducitur.
Meam rem si quid ha*c re aug*ebo, tibi quoque etiam proderit;
Si aufers puerum, a milite omnis mihi spes anima*m* efflauerit.

Diniarchus

Factum cupio; nam *alit*er facere si uelim, non est locus.
Nunc puero utere, et procura, quando quo cures habes.

Phronesium

Multo amo te ob istam rem ecastor. Ubi domi metues malum,
Fugito huc ad me; saltem amicus mihi esto † manubinarius.

Diniarchus

Bene uale, Phronesium.

Phronesium

Iam *me* tu*u*m oculum *non* uocas.

---

863 apup *B* Iā abo *B*, iam abio *C* quid opus ⋕ iure mea 864 milis 865 In eam habebo 866 auferes tum mihi anima 867 nam re facere 868 quando procures 869 amabo mecastor 871 pronesiū *B* iam tum oculum uocas

Diniarchus

Id quoque interim futatim nomen commemorabitur.
Num quid uis?

Phronesium

Fac ualeas.

Diniarchus

Operae ubi mihi erit, ad te uenero.

Phronesium

Ille quidem hinc abiit, abscessit. Dicere hic quiduis licet.
Uerum est uerbum, quod memoratur: ubi amici, ibidem *sunt* opes.
Propter hunc spes etiamst hodie *probe* tactum *i*ri m*i*litem,
Quem ego ecastor mage amo qua*m* me, dum id quod cupio inde aufero.
Qui*pp*e, quom mu*l*tum abstulimus, *h*aud *id* mu*l*tu*m* apparet quod datum est;
Ita sunt gloriae meretricum.

Astaphium

Aha, tace.

Phronesium

Quid est obsecro?

Astaphium

Pater adest pueri. Sino eumpse adire huc?

Phronesium

Sine, si is est, modo.

Astaphium

Ipsus est.

872 commemorauiter *B*, commemorabiter *C* 873 facultas opere 874 ascessit *B*, accessit *C* quis uidelicet 875 ibidem (ibildem *B*) opus 876 etiam se hodie tantum rim litem 877 ego *om.* *C* ama qua me dudum *C* auferue *B*, Auferre *C* 878 Que *B*. quæ *C* mutum au *B*, aut *C* mutu 880 Pater *om.* sine eum ipse hunc 881 Ipsus est *om.*

Phronesium

Sin*e* eumpse adire, ut cupit, ad me adrecta † si tenent.
Ne istum ecastor hodie astutis conficiam fallaciis.

STRATOPHANES PHRONESIUM
ASTAPHIUM STRABAX

Stratophanes

Animo amaro fero supplicium damnis ad amicam meam.
Ut illud acceptum sit, prius quod perdidi, hoc addam insuper.
Sed quid uideo? eram atque ancillam ante aedis? adeunda haec mihi est.
Quid hic uos agitis?

Phronesium

Ne me appella.

Stratophanes

Nimium saeuis; ic....

Phronesium

Potin ut mihi molestus ne sies?

Stratophanes

Quid, Astap*hium*, litium est?

Astaphium

Merito eccastor tibi suscenset.

Phronesium

Egon*e*? atque isti etiam parum
Male uolo.

881 Sineum ipse 882 hastis confectum *Tituli spatium vacat* 883 Eo mihi amare 885 uidet est hæc mihi 886 appellat nimius eui sic 887 Potin es ut astapilitium 888 sibi legon atque ne

Stratophanes

Ego, mea uoluptas, si quid peccaui prius,
Supplicium hanc minam fero auri. Si minus *c*redis, *res*pice.

Phronesium

Manus uetat prius quam penes sese habeat quicquam credere.
Puero opust cibo, opus est matri autem, quae puerum lauit.
Opus nutrici, *l*act*e* ut habeat, ueteris uini la*r*giter,
Ut dies noctesque potet; opus ligno, opus carbonibus;
Fasciis opus est, puluinis, cunis, incunabulis.
Oleo opust, farina opust, *pulmento opust* totum diem.
Numquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus semper siet.
Non enim possunt militares pueri ut *c*atuli educier.

Stratophanes

Respice ergo. Accipe hoc, qui istuc ecficias opus.

Phronesium

Cedo, quamquam parum est.

Stratophanes

Addam minam alteram istoc post.

Phronesium

Parumst.

Stratophanes

Tuo arbitratu, quod iubebis, dabitur; da nunc sauium.

Phronesium

Mitte me, inquam; odiosu's.

Stratophanes

Nihil fit; non amor; teritur dies.
Plus decem pondo nunc auri pausillisper perdidi.

---

890 archanc *B*, adhanc *C* si mihi rides pice 891 pane sese *B* quicqua *B* 892 opus est cibum 893 attut *B*, actute *C* abeat *B* lagiter 894 potest *C* opustic no *B*, opus istic non *C* opus est carbonibus 895 Falciis *B*, faciliis *C* 896 Oleum opus est farina purus est totum 898 possum et auio exducier 899 exefficias 900 Ad omnae (omne *C*) manucistic poste parust 901 adabitur *B*, addabitur *C* 902 odiosus nihil 903 pondo moris pausilli perpendidi

Phronesium

Accipe hoc atque auferto intro.

Strabax

Ubi me*a* amica est gentium?
Neque ruri neque hic operis quicquam facio; corrumpor situ.
Ita miser cubando in lecto hic exspectando obdurui.
Sed eccam uideo. Heus amica, quid agis?

Stratophanes

Quis illic *est* homo?

Phronesium

Quem ego ecastor *m*age amo *multo* quam te.

Stratophanes

Quam me? Quo modo?

Phronesium

Hoc modo, ut molestus ne sis.

Stratophanes

Iam*ne* abis post quam aurum habes?

Phronesium

Condidi intro quod dedisti.

Strabax

Ades t*u*, amica; te adloquor.

Phronesium

At ego ad te ibam, mea delicia.

Strabax

Hercle uero serio,
Quamquam ego tibi uideor stultus, gaudere aliqui me uolo.
Nam quamquam es bella, malo tuo *es*, nisi nunc ego aliqui gaudeo.

---

904 me centium 905 facto 907 Sidecā *B* amicam agis mille quis illic homo 908 castor *C* age multo *om.* qua me *B* 909 iam auru *B* habens *C*, abis *B* 910 adest *B*, abest *C* 911 ibo ad me delicia 912 sultus *C* 913 est tuo nisi tu ego

Phronesium

Uin te amplectar et sauium dem?

Strabax

Quiduis face, *qui* gaudeam.

Stratophanes

Meosne ante oculos ego illam patiar alios amplexarier?
Mortuum hercle me *ho*die satius. Abstine hoc, mulier, manu*m*,
Nisi si te mea actutum machaera et hunc uis *e*mori.

Phronesium

Philippiari satiust, miles, si te amari postulas.
Auro, *haud* ferro deterrere potes *me* ne amem *hunc*, Stratophanes.

Stratophanes

Qui, malum, bellum aut faceta es, quae ames hominem isti modi?

Phronesium

Uenitne in mentem tibi quod uerbum in cauea dixi*t* histrio:
Omnes homines *qui* ad suum quaestum cal*l*ent, *nihil* fastidiunt.

Stratophanes

Huncine hominem te amplexari tam horridum ac tam squalidum!

Phronesium

Quamquam hic *s*qualet, quam*quam* hic horret, scitus *et* bellu*st* m*i*hi.

---

914 Uincte suauium qui *om.* 915 Me cosne 916 hercle medio manu 917 mea manu ui in (in *om.* *C*) macera mori 918 Nihilipphiari *B*, Nihiliphlari *C* satius ė 919 aufero potest neam et stratopanes 920 eacieta (eatieta *C*) est que homini 921 dixi 922 qui *om.* calent et fastidiunt 923 amplexares horri *B*, hordum *C* actasq; alidum *B*, atque squalidum *C* 924 quali est *B*, qualis est *C* quam hic horridus citus bellum hi

Stratophanes

Dedi*n* ego aurum?

Phronesium

Mihi*n*? Dedisti filio cibaria.

Astaphium

Nunc si hanc tecum esse speras, alia opust auri mina.

Strabax

In malam rem i, sed magno opere serua tibi *ui*aticum.

Stratophanes

Quid isti debes?

Phronesium

Tria.

Stratophanes

Quae tria nam?

Phronesium

Unguenta, noctem, sauium.
Par pari respondet.

Stratophanes

Uerum nunc saltem, si *etiam me* amas,
Dan tu mihi de tuis deliciis, quicquid *erit*, pusillulum?

Phronesium

Quid id amabo est quod dem?

Strabax

Dic tu m † super feri
† Capas dicit auaui consultam istuc mihi homo.
Caue faxis; uomus tibi *inic*iam, quoi sunt dentes ferrei.
Uolgo ad se omnis intro mittit.

---

925 Dedi u *B*, dedi mihi dedixisti cibariam 926 opus est *C* 927 In *om.* is et magna magno seruat ibi aticum *B*, seruatib: atticum *C* 928 Debe isi *B*, debet nisi *C* nocte *B*, noctes *C* 929 si amas 930 delictis sum quicquid pausillulum *C* 931 ita alabo *B*, ita ab auo *C* idem fert *C* 932 campas dicit ab aui *C* 933 uulnus *C* iam sum dentis *B*

Stratophanes

Abstine istac tu manum.

Strabax

Iam hercle cum magno *malo* tu uapula, uir strenuus.

Stratophanes

Dedi ego huic aurum.

Strabax

At ego argentum.

Stratophanes

At ego pallam et *pur*puram.

Strabax

At ego oues et lanam et alia multa, quae poscet, dabo.
Melius te minis certare mecum quam minaciis.

Phronesium

Lepidus ecastor mortali's, mi Strabax; perge obsecro.

Astaphium

Stultus atque insanus damnis certant; nos saluae sumus.

Strabax

Age prior prompta aliquid.

Stratophanes

Immo tu prior perde et peri.

Strabax

Em tibi talentum argenti.

Stratophanes

Philippeum ecce tene tibi.

Phronesium

Tanto melior. Noster esto, sed de uostro uiuito.

---

935 hercle iam magno tu (tut *B*) strenu's *B* 936 mirum eat apale puram 937 etia nam multaque roscet dolū *B* 938 minister certarē *B* minacus 939 mortalis est Strabax mi 940 Sultus *B* dannis salue sumis *B* 941 tirot *B*, tyranno *C* prio *B* 942 Hem *C* tale actum philippices est 943 sed et uestro

Stratophanes

Ubi est, quod tu das? Solue zonas, prouocator; quid times?

Strabax

Tu peregrinu's; hic *ego* habito; non c*um* zona ego ambulo;
Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero.
Quid? uidesne ut restinxi hominem?

Stratophanes

Immo ego uero, qui dedi.

Phronesium

I intro, amabo, tu ergo mecum. Tu *cras* eris mecum quidem.

Stratophanes

Quid tu? quid ais? cum hocin*e eris*? ego posterior *ero*, *qui* dedi?

Phronesium

Tu dedisti iam, *hic* daturust; istuc habeo, hoc expeto;
Uerum utrique mos geratur amborum ex sententia.

Stratophanes

Fiat. Ut rem gnatam uideo, hoc accipiundumst quo*d* datur.

Strabax

Meum quidem te lectum certe occupare non sinam.

Phronesium

Lepide ecastor aucupaui atque ex mea sententia.
Meamque ut rem *ui*deo bene gestam, uestram rursum bene geram.

---

944 xonas prouocatur 945 ego *om.* nunc meos nego *B*, nunc meos nonego *C* 946 hanc ego in crumina 947 Quid dedi ut distinxi 948 In intro et tu (tu *om. C*) uergo a mecum cras *om.* mecu *B* 949 hoc in ego posterior dedi 950 iam daturus est 952 hoccipiundumst *B* quo 953 ocupare *C* sinem 954 mecastor aucupabatq; 955 Aeque *C* rem debere ne rursu *B* gera *B*

Rem ac fortunas si quoi animust perdere, faciat sciam.
Ueneris causa adplaudite; eius haec in tutelast fabula.

Ω

[Spectatores, bene ualete, plaudite atque exsurgite.]

---

956 Romabo si quid animatust facere (facire *B*) faciam ut sciam
957 Ueneri *B* adpladite *C* heius *B*

COMMENTARIUS

IN

PERSAM.

Persæ argumentum exile est. Amores non liberorum hominum sed servorum tractat. Toxilus, qui, dum herus peregre est, condicionis suæ oblitus in conviviis et amoribus vitam degit, Lemniselenen amat, meretricem Dordalo lenoni servientem, eamque liberare cupit, sed sexaginta nummos, quos leno pro ea postulat, non habet. Nec Sagaristio amicus, alterius familiæ servus, cuius auxilium implorat, nummo ditior est. Sed dum amantes epistolis inter se missis se in vicem consolari conantur, fraude et fallaciis res ad exitum perducitur. Sagaristioni enim contra opinionem luculenta occasio offertur, quum eum herus ad mercatum mittit ut boves emat, et ad eam rem argento ornat. Quo argento postquam Toxilus puellam redemit, alio et callidiore consilio argentum Sagaristioni restituit. Saturioni enim, parasito suo, persuadet, ut filiam virginem quasi servam ex Arabia advectam dicis causa lenoni vendat. Sagaristio Persæ persona assumpta quasi ab hero Toxili missus virginem adducit, quam leno sexaginta minis emit. Quo facto statim pater adest puellamque in libertatem vindicat et lenonem ad prætorem trahit. Toxilus cum liberta et Sagaristione convivium instituit. Cui quum casu intervenit Dordalus damnum suum miserrime deplorans, a servis impudenter illuditur.

Huius fabulæ præcipuæ personæ servi sunt, quorum mores quum optime depingantur et omnia cum summa hilaritate agantur, ad risum movendum aptissima est. Sed ut argumentum ipsum exile et solutum est, ita minime æqualiter explicatur, et quæcunque non tam ad risum movendum pertinent quam ad argumentum explicandum, brevissime tractantur. Hoc et in principio fabulæ

ita Ladewigium offendit (Philolog. XVII p. 474 sqq.), ut priorem eius partem multis lacunis laborare censeret, in exitu autem post venditam parasiti filiam argumenti enarratio tanta festinatione præcipitatur, ut Ritschelius (præf. p. IX) eam scenam, quæ vulgo nona numeratur actus quarti, a diasceuasta in brevius contractam esse statueret. Goetzius vero (Act. soc. philol. Lips. VI p. 300 sqq.) quum Ladewigii dubitationes parvi momenti esse existimet, ita Ritschelii rationem amplectitur, ut etiam in reliqua, quæ scenam supra dictam sequitur, fabulæ parte eiusdem hominis operam agnoscat brevitatem nimis amantis. Equidem ut sæpe addendo histriones et grammaticos Plautinis fabulis nocuisse video, ita contractionis certa exempla requiro, nec quid in hac re ipse Plautus sibi permiserit, me scire credo. Quare dicere sufficiat, ut Horatiano verbo utar, in nulla fabula magis quam in hac mihi Plautum videri non adstricto socco pulpita percurrere. Quod autem nuper van Ijsendijk Batavus (de Plauti Persa, Traiecti ad R. 1884) Persam ex duabus fabulis contaminatam esse, et in Græco exemplari non servorum sed liberorum hominum partes fuisse pronuntiavit, id novitatis causa commemoro, argumenta veri similia desidero.

Græci auctoris nomen ignoratur. Nec magis constat, quo anno fabula Romæ acta sit. Ladewigius quidem (Ueber den Kanon des Volcatius Sedigitus p. 39) ad annum 197 a. Chr. refert propter ludorum circensium mentionem (v. 200 et 435), quos illo anno magnificentius quam alias factos esse narrat Livius XXXIII, 25, præsertim quum etiam bellum exstinctum v. 751 regesque Philippus et Attalus v. 338 commemorentur. Quæ omnia parvi momenti esse docuit Goetzius in Mus. Rhenan. XXX p. 162. Sed nihilo graviora sunt ea argumenta, quibus ipse fabulam a. 186 actam esse probare conatur, scilicet propter illius anni ludorum mentionem apud Liv. XXXIX, 22.

Personarum nomina Græca sunt, ne *Saturione* quidem excepto, quamquam Plautus Σατυρίωνα, quo nomine parasitus appellatur, ridiculi causa a Latino adiectivo, quod est satur, deducit, ut aptius Essurionem eum appellari dicat, v. 104. In titulo v. 328 A „Satyrio“ habet. Græcorum nominum rationes

si quis extricare conetur, vereor ne operam perdat; de formis hæc animadvertenda sunt. *Sagaristio* exstat v. 14, 16, 766 in omnibus codd., 308 et 458 in C, ubi B „Sagariscio“ præbet. Puellæ nomen in codd. v. 197 „lemniseleni“, 248 „lemniselenem“ est, quicum consentit quod in lemmatis cod. B constanter scribitur „Lemniselene“. Sed quoniam Græca hæc declinandi ratio a Plautina ætate abhorret, dubitari vix potest quin hæc forma grammatico posterioris temporis debeatur; Plautus aut *Lemniselenam* dixit aut alio prorsus nomini usus est. Itaque in illis versibus „Lemniselenae“ et „Lemniselenam“ scribendum videtur. Ritschelius „Lemniseleni“ et „Lemniselenim“ maluit, ut nominativus Lemniselenis fieret. Quod si ita esset, non dubito, quin Plautus Lemniselenidi et Lemniselenidem dicturus fuerit, ut Lucridi v. 621. Ceterum personarum nomina in hac fabula cod. C nulla omnino exhibet, cod. B præter lemmata scenis superscripta fere nulla; quare omnia nomina paucis iis exceptis, quæ in B exstent, cursivis litteris expressi.

Ambrosiani codicis folia servata Persæ hos habuerunt versus, 1—29 med., 169—195, 249—442, 478—740, sed varia admodum eorum condicio est, ut in aliis nihil aut fere nihil, in aliis aut pleraque aut omnia legi possint, v. Ritsch. præf. p. VIII. Codd. B et C ipse contuli, ne quis credat incuriæ deberi, si quid aliter quam apud Ritschelium indicatur.

Argumentum

acrostichon. 2. *Emit atque*, cf. Merc. Arg. I, 2. — 3. *ut* Pius. — *emeret*. Temporum ratio „emat“ requirit, quare Pyl. et R. „is emat“. Sed tales maculæ si non ipsi Plauto, nam Men. 750 huc non traho, at argumentorum scriptori relinquendæ sunt. — 4. *Subornata*, altera correpta. Both. R. licentius: „Suadet; subornat . . . filiam“. — 5. *Atque* correptum, v. Proleg. p. 205. R. transp.: „intricatum ita“.

Alterius argumenti vestigia in cod. palimpsesto Ambrosiano, sed recentiore manu scripta sibi reperire videbatur Studemund. de actæ Stichi tempore p. 10 annot. 2.

Prima fabulæ scena colloquium habet servorum duorum, qui inter se obviam fiunt. Toxilus amorem queritur egenti homini, qualis ipse sit, difficilem esse, Sagaristio servilem condicionem et dura heri imperia accusat. Primo neuter alterum videt, tum communiter de rebus suis consulunt. Canticum iambicis et trochaicis numeris varie scriptum est. V. 1—6 iambici octonarii sunt, 7—8 septenarii, 9—12 octonarii, 13—16 trochaici octonarii, 17 tetrameter creticus, 18 trochaicus septenarius, 19—22 iambici septenarii, 23—25 iambici octonarii, 26—27 trochaicus octonarius cum dimetro catalectico, 28 trochaicus septenarius, 29 trochaicus dimeter catalecticus, 30 trochaicus octonarius, 31—32 trochaici septenarii, 33 iambicus dimeter, 34 trochaicus septenarius, 35 iambicus octonarius hypermeter, 36 trochaicus septenarius, 37—38 troch. octonarius cum septenario, 39 iambicus dimeter, 40 iambicus septenarius, 41 trochaicus octonarius, 42—43 trochaici septenarii, 44—53 iambici septenarii.

1—5. Egentem amare, temerarium esse dicit, eumque qui primus huius rei exemplum dederit, maius opus aggressum esse quam Herculem duodecim ærumnas exsequentem. Hos versus affert Servius in Verg. Bucol. 10, 69 in primo *est* scribens, in altero: „aerumnis is suis aerumnas Herculis“, in tertio „et“ om., in quarto: „me deluctari malueram“. Quum scriptura codicum ἄμετρος esset, Guietus transposuit: *amoris in uias*; nec multum differt pluralis Trin. 669. Bergkius Beitr. I p. 41 scribebat:

Qui amans egens ingressus est princeps in amores, is uians
Superauit aerumnis suis aerumnas, Hercules, tuas,

quorum posterior versus admodum elegans est, sed facilior videtur emendatio Lomani *aerumnas omnis Herculi* (de qua genetivi forma v. Neue Formenl. I, 332), participium „uians“ vix cuiquam placebit. — 3. *et* Plautus interdum inter duo longioris seriei membra addit, quum cetera ἀσυνδέτως componantur, v. Rud. 918, al. Hic *et* omittitur in A et apud Servium. — *excetra* Servius, i. e. hydra Lernæa. — *Ætolico*; immo Erymanthium, non Calydonium aprum Hercules vicit; Plautus memoria lapsus est. — 4. *deluctari*, cf. Trin. 840; „quibus aerumnis

deluctaui". *mauelim* codd.; R. „malui"; non opus. — 5. *fio miser* corruptum est; Both. „fleo m." posuit, non melius. Sensus requirit „ita excrucior" aut simile quid. — 8. *illum edepol* A. — 11. *quasi lippo oculo*, cfr. Bacch. 908 sqq. — 12. *Quin* A. — *praefulciat*, subiiciat, v. ad Pseud. 776. — 13. *me contra*, anastrophe, v. ad Amph. 234. In eiusmodi sententiis paribus, ubi duæ personæ pro se quæque eadem proferunt, elocutio tamen paulum variari solet, ut in proximis, Epid. 536 sqq., al. Itaque priore loco *contra me* scribitur, posteriore *me contra*, priore *Quis illic est?* posteriore *Quis hic est?* Editores et illud mutarunt, et hiatu ante ultimam versus vocem offensi, quem in eadem vocali repetita ferendum puto, v. Proleg. p. 220, Guietus „contra med" scripsit, Herm. R. „Hic quis est", Spengel. „Quis istic est?" — 15. *adgredibor* A. — 16. *dabunt*, cf. 206.

17. *Ut queo*, cf. Ter. Andr. 805. — *Quid agitur?* quid agis? cf. infra 308. 405. Truc. 850. Pseud. 274. 457. Most. 1058. Ter. Eun. 271. 456. — 19. *Nimis stulte*; amicis ait eum uti nescire. — „quia iam", ex dittographia ortum, abest ab A. — 20. *uisitabam* A, v. Geppert. Stud. II p. 86. — 21. *Negotium*, sc. me impedivit. — *Ferreum*; compedes significat, ut proximo versu Sagaristio accuratius explicat, se paulo plus quam integri anni tempus in pistrino vinctum servisse. *Praeferratum*, i. e. ferro munitum, se recte dicit, nec minus recte *apud molas*; sed ut Pseud. 1100 iocandi causa molas cum colonia comparat, sic h. l. ad eandem similitudinem, quasi præferratus idem sit atque præfectus, *tribunum* se dicit, sed *uapularem*, quippe qui vapulare consueverit, non militarem. — 24. *Ergo edepol palles*, cf. Merc. 368. Servius ad Verg. Ecl. V, 58: „Antiqui 'ergo' pro 'merito' dicebant" laudans h. l. et Mil. 63. — 25. *Sagitta* media correpta, v. Proleg. p. 199. R. transp. „cor Cupido". — 26 ex A restitutus. *quasi*, ut, v. ad Amph. 159. Mil. 392. *Titani*, secundæ declinationis forma antiquis usitata, v. Varro L. L. VII, 16. Cic. Nat. deor. II, 28, 70. — *eis* A. — 27. *sat* etiam A. Charis. p. 193: „Satis accipitur ἀντὶ τοῦ par. Lucilius Saturarum I: cui, si coniuret, populus vix totu' satis sit." Gell. V, 5, 4: „Putasne, inquit, conferri posse ac satis

esse Romanis hæc omnia?" — 28. *ulmeae catapultae* A. Plagæ ulmeis virgis inflictæ cum catapultæ ictibus comparantur, cf. ad Poen. 201. — 29. *Basilice*, regio modo, cf. ad Curc. 359. *agito eleutheria*, i. e. libertatis diem festum ago, libertate gaudeo. Spengel. Reformvorschläge p. 386, quo numeri commodiores fierent, „eleutherum" scripsit omisso „diem", quod vix ferri potest. Both. R. „ago" scripserunt. — 30. *peregri* Charisius p. 189. — *Si tu* Spengel. l. l.; Camer. „tute" scripserat. — 32. *scapulae pruriunt*, v. ad Amph. 291. — 33. *hoc* correptum. — 34. *dies* Camer., v. ad Asin. 530. *summa*, extrema, qua decernetur, utrum libera futura sit an sempiterno dedecori destinata, v. 833. — Post *mea* hiatur, cf. 13. Ritsch. „mi" addebat; Spengel. „hodie meaest amicae". — 36. *Facere amicum* supplevit Camer. — 37 *Ut* modum indicat quasi „ea ratione, si", cf. Stich. 124. — *nummos sescentos* (cf. 436. 848) i. e. minas duodecim, v. ad Epid. 55. De pretio v. Marquardt Handb. d. röm. Alt. V, 1 p. 181. — 38. *reponam*, reddam, cf. Plin. Ep. VIII, 2, 6: „quosdam ex debito aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil reposuisse". Hor. Ep. I, 7, 39: „donata reponere". — *hoc* correptum ut 33; R. „in" delebat. — 40. „tua (tui a)" delevi versus causa. Speng. Reformvorschl. p. 386 trochæos constituens: „Qua tu confidentia rogare a me". Sed præpositio „a" vix scripta fuit, nec satis defenditur Asellionis loco Gell. XIII, 22, 8. — 41. *ueneam* edd. — 42. *pumice* ultima longa, v. Proleg. p. 195. De similitudine ad Aul. 289. — 43. *Rogas?* postulat Plauti consuetudo ut 108, v. Seyffert. Philol. XXIX p. 385, ne quis cum R. ex B pr. man. „Rogan?" scribat. — 46. „Iam igitur" inquit „paratum mihi est". Ita non dubitat quin amicus quærendo inveniat. Pius aliique „habes" voluerunt; illud recte tuetur Brix. Ann. phil. CXXIII p. 50. *in mundo*, v. ad Asin. 262. — 46 sq. Immo, respondet Sag., non domi est, sed sedulo quæram. — *recipe te ad me*, cf. 52. Eius opera opus esse, videbimus. — 48. Toxilus amicam orat, ut denuo quærat; ille respondet, se id agere, modo aliquid invenire possit; Toxilus, ne dubitet amicus, quin maximi sibi res momenti sit, preces repetit. In hunc sensum et personas distribui et *Ago ego id* scripsi. Alii aliter, velut Goetz. Act. Lips. IV p. 351:

„Curo tamen ego sedulo. SA. Si quid erit, iam faxo scias“; in quibus „tamen“ pravum est. — *ut scias*, cf. Trin. 499. al. — 48 sq. *obsecro resecroque te* R., cf. Aul. 675 sq. — 50. *morologus* edd., stulte loquens, cf. Pseud. 1264. — 52. *recipe* omisso „te“ versus causa Seyffert. Philol. XXV p. 454, v. ad Bacch. 291. R. cum Guieto pronomine retento: „quantum potest“. — *in quaestione.* v. ad Capt. 252. — 53. *rem magnam* supplevit R.

---

54. Saturio parasitus ingenium suum spectatoribus expromit. Senariis scena scripta est. — *Ueterem atque antiquom* cf. Amph. 118. Trin. 382. Most. 466. Mil. 751. Poen. 975. — *maiorum meum* Gruterus supplevit. — 57. *pauerint* post *quisquam*, cf. Pseud. 134. — 61. „Neque“ iure delevit Camerarius; ex antecedenti versu irrepsit. Bergk. Philol. XVII p. 44 cum aliis „Namque“ prætulit; Bugg. Opusc. ad Madvig. a discipulis miss. p. 175 versum excidisse ratus sic: „Neque [aulas frangi in caput eis melius perpeti, Ex quo] eis cognomentum erat duris capitonibus“. *Iis* monosyllabum, v. Prol. p. 212. — *Duri capitones*, i. e. quibus durum caput est, appellantur parasiti, quorum est „colaphos perpeti frangique aulas in caput“, ut legitur Capt. 88 sq., ubi vid. Simul significatur cognomen Romanæ familiæ Capitonis. Proximo enim versu non solum quæstum se ait a maioribus acceptum servare, sed etiam *locum* eorum et dignitatem in re publica; cui R. male „lucrum“ substituit. — *hunc ego* Cam. transpos.; Bergk. Philol. XVII p. 45 „ego nunc“ maluit; Muell. p. 431: „ego hunc nunc“. — 63. *quadruplari* se nolle dicit, i. e. συκοφαντεῖν, vel sui emolumenti causa quamvis innocentem accusare. Quadruplatores enim (v. 71) recte Fest. epit. p. 259 enarrat „qui eo quæstu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio“. Quadrupli autem poena non solum privata actione in fures manifestos constituta erat (Gai. III, 189) et in eos, qui, quod ex lege iudicioque restituere oportebat, non restituebant (Dig. IV, 2, 14); sed etiam publica actio in quadruplum erat

per manus iniectionem (v. 71. Trucul. 752) contra quosdam, velut feneratores (v. Cat. R. R. init.) aut qui rem publicam vectigali fraudaverant, ut Verres in edicto Siciliensi habuit, se in aratores iudicium in quadruplum, in decumanos etiam in octuplum daturum (Cic. Verr. III, 13, 34). Qui talia iudicio persequebantur, præmii loco partem poenæ, fortasse dimidium, accipiebant. Quo factum est, ut sui quæstus causa hoc opus exercerent et quadruplator Latine idem esset, qui Græce sycophanta, cf. Cic. Div. in Cæcil. 7, 24. Verr. II, 7, 21. 8, 22. Accusator autem si non omni periculo liber erat, nam Athenis qui quintam sententiarum partem non tulerat, mille drachmis multabatur, Romæ calumniæ actio erat, tamen tam exiguum hoc periculum erat, ut fere nullum videretur, unde v. 64 *sine meo periclo*; nec ullo modo probari potest, quod Scaliger et R. versuum 63 et 64 ordinem invertunt. — 65. „Plane loquar" Bergkius, ut ab initio in cod. C fuit, sed eadem manu correctum. — 66 sqq. quasi gravissime corruptos Goetzius Mus. Rhen. XXX p. 170 licenter refingere conatur; sed nulla fere mutatione opus est. 67 et 68 et 70 hiatur in cæsura, 68 autem etiam post „fidelem", ut in hoc quidem versu aliquid excidisse videatur. — *animus induci*, cf. Madv. Gr. Lat. 389 et Bemerkungen p. 11. — 69. *legirupam* ed. pr. Qui rei publicæ causa id faciat, eum ait se bonum civem existimare; sed tum oportere eum damnato reo dimidium præmii in publicum conferre. R. male edidit: „Set ni legirupam damnet, det". Immo proximo versu multo maiorem poenam ei intendit, non dimidiæ partis, sed totius. — 70. *in ea lege*, quam significavit antecedenti versu „det". *adscribitor* Dousa. Si infinitivus retinendus est, scribatur: in eo uolo lege adscribier. — 71. *quempiam* iure tuetur Bergk., cf. Trucul. 752: „ego te manum iniciam quadrupli". ad Capt. 543. Most. 828. Merc. 330. — *iniexit* Camer. — 72. *illum* Bergk. — 73. „*aequa parti*, pari utrinque periculo proposito" Gronov. — *trisuiros*, capitales, v. ad Amph. 155. — 74. *nusquam* Pylades. — 75. *albo rete*, si verum est, de legum et iudicii laqueis dicitur, ut cum Cicerone loquar, sed corruptum videtur. R. „ne laborent" proposuit; Bergk. Philolog. XVIII p. 51 „albo freti", cum Gu-

lielmo et Gronovio prætoris album intelligens, in quo edicta, actiones, interdicta proposita habebantur, coll. Gai. IV, 46: „formulæ in albo proponuntur“. Quint. XII, 3, 11: „alii se ad album et rubricas transtulerunt et formularii vel, ut Cicero ait, leguleii quidam esse maluerunt“. Senec. Ep. 48, 10: „turpes infamesque etiam ad album sedentibus exceptiones“. — 78. *Reliquias* cenæ hesternæ (v. 117) etiam nunc sibi servatas esse sperat. Eas se visurum dicit faceta usus comparatione, ut homo visitur, apud quem clientes „priusquam lucet, adsunt, rogitant noctu ut somnum ceperit“, ut ex Mil. 710 Gronovius. Id enim est v. 79 *Quieuerintne recte necne*, vel *Quierintne*, ut voluit Hauptius Op. III p. 375. Duæ primæ syllabæ in unam coalescunt, v. Fleckeis. Ann. phil. CI p. 74. Merc. 440, nisi forte „quierint“ legendum. Mox *fuerit* scripsi, i. e. adfuerit; Haupt. „afuerit“ voluit, cf. Curc. 17: „caruitne febris te?“ — 80. *Opertaene* Pylades. Reliquias nisi opertæ vel conditæ fuissent, putat aliquem rapuisse. — *ne*, v. ad 318.

82. Toxilus exit, postquam, ut v. 53 dixerat, lenoni magnum malum excoxit. — *sua sibi*, v. ad Amph. 265. — 85. *alliciam uirum* Camer. — 86. Hæc conservis intra ædes se dicere simulans magna voce loquitur, ut adveniens audiat parasitus. *ocius* Camer. ut Curc. 276. — 88. *Mulsum* fieri iubet, i. e. mustum melle mixtum. Hoc etiam aliis rebus additis condiri vult, *strutheis*, i. e. Cydoneis malis, quæ Columella in eadem re commemorat XII, 19: „sive mala Cydonia, quæ percocta sublaturus sit, seu quoscunque voluerit convenienter odores adiiciat“, et *coluteis*, i. e. fructibus sive siliquis coluteæ arboris, quam Theophrastus, Hist. plant. III, 17, 2 commemorat: *Ἴδιον τι καὶ ἡ κολουτέα περὶ Λιπάραν, δένδρον μὲν εὐμέγεθες, τὸν δέ καρπὸν φέρει ἐν λοβοῖς ἡλίκον φακόν.* Significatur siliqua Græca, quam Itali hodie carubam dicunt. *colutea* R.; edebatur „coluteaque“ contra versum. — 89. *in scutris* Camer., v. Cat. R. R. 157, 11; *concaleant* Acidalius; *iniice* ed. pr. — Plinium Hist. nat. XIV, 92 huius loci aliqua memoria tetigerat: „Lautissima apud priscos vina erant murræ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quamquam in ea et calamum addi iubet“. Sed non uno modo errat. Nec enim Plautus vinum, nedum

murrinum commemorat, sed mulsum, nec potioni calamum iniici iubet, sed igni, quo fortius ardeat. — 90. *congerro*, v. ad Most. 913. Hunc locum affert Varro L. L. VII, 55 et Nonius p. 118, qui explicandi causa addit: „ut collusor meus, qui easdem exercet nugas". — 92. *in ordine*, v. ad Poen. 589. — 93. *Collyrae* panis genus est, sed durum, ut madefieri debeat ante quam comedatur (cakes), v. ad Poen. 137; madefiunt autem coquendo, v. ad Men. 210. *Colyphia*, κωλύφια vel κωλήφια, teste Phrynicho p. 77 sunt κωλῆνες, i. e. pernæ pars inferior; cf. Iuv. 2, 53. Martial. VII, 67, 12. — 94. Post *mihi* hiatur, nisi cum Bothio transponas: „Incocta ne mihi". — *Rem loquitur meram*, Cam., cf. ad Men. 1050. — 95. *Nihili* em. Pius, ut 97 Scaliger, cf. 121, ubi C, et 180, ubi unus A verum servavit. — *gluttias*, devores. — 96. *stet cremore crasso ius* Guietus em. — 97. „*epicrocum*", ait Fest. Ep. 82 „genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum". Cum tali vestimento non propter colorem sed propter tenuitatem comparatur ius nimis tenue; pingue et crassum vult. — 98. *iurcam* non novimus nec, si quis „uiream" legerit, magis apparet. Num quid aliud latet? Ritsch. „sisuram" emendavit vel „sisurnam", ut Amm. Marc. XVI, 5, 5: „ex tapete et sisyra, quam vulgaris simplicitas sisurnam appellat". — 99. Cibum sicciorem in ventrem, liquidiorem in vesicam descendere censuerunt. Varro ap. Non. p. 78: „nobilius est philippeum, quod accipimus, quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam". — 100. „nescio qui" Charisius p. 191 hæc afferens. — 101. *coepulo compellat tuus* Guietus, nec forma coepulonus veri similis est. — 103. *idque* scripsi; R.: „atque id hau decet". — 104. Ludit in nomine suo, quasi saturum significet; se contrario nomine esse debere. — 105. *edes* et *uentris* Nonius p. 10. Is *focula* nutrimenta interpretatur, quasi quæ ventrem foveant; sed Capt. 841 batillus significatur. — 107. *Iusses* Buggius em. Opusc. ad Madvig. p. 176, cf. ad Men. 598. R. „Meliust" scripserat. — 108. *hallecis*, i. e. muriæ, sc. est, cf. 160. R.: „hallecist". — 109. *ad genium*, v. ad Aul. 717. Syllabam excidisse versus docet. Ijsendijk de Plauti Persa p. 15: „genium meum" coniecit. R. „ecquidnam" scripsit; melius Mueller Nachtr. p. 102

ecquid id. Mentionem autem Toxilus fecerat angustiæ suæ nummariæ, v. 117; parasitus, cuius mens in solis cibariis versatur, aliorum meminit. — 111 affert Priscianus VI p. 692. *conger frigidus* commendatur etiam Mil. 760. — 112. *obpectuntur*, discerpuntur. — 113. *proelium* parasiti cena est, cf. Men. 185. — 116. *procedit*, feliciter, ut sæpe apud Livium aliosque. — 117. *here* scripsi ut 109; res parvi momenti, v. ad Amph. 510. R. cum Both. ed.: „animum aduorte hoc: nam heri". — 118. *Tecum oraui*, v. ad Asin. 655. — 121. *domi est* Pylades. „quoi sit argentum domi" postulat Mueller; Gertz: „si quoi". — 122. *Lubido est*, sc. ubi argentum habet. — *coepere*, v. ad Men. 941. — 123. „*Tuburcinari*" ait Nonius p. 179 „significat raptim manducare" præter hunc locum Titinii versum afferens: „tuburcinari sine me uoltis reliquias", et Turpilii: „helluo tuburcinatur", cf. Cat. ap. Quintil. I, 6, 42. Imitatus est Apuleius Met. VI, 25: „prandio raptim tuburcinato." — 124. *egentem* cod. D. *Cynicum probe egentem* ait parasitum esse debere, ut nihil aliud habeat præter ea, quibus nemo Græcus carere potest, quæ ad balneum necessaria sunt, *ampullam*, *strigilem*, *scaphium*, cf. Stich. 234, v. Becker. Gall. tab. 1 n. 4. Addit *soccos* et *pallium*, ne quid desit personæ comoediæ. — 127. *Qui . . . modo*, i. e. tantum quo. *familiarem uitam*, quam cum suis degit, familiæ vitam. *oblectet*, sustentet, v. ad Asin. 141. — 129. *utendam dedi* ed. pr. — 130. *insimulas* Pius. — *eam uis* ed. pr. — 134. *Ita est*, ut 131: „Res ita est". R. „Si ita est" ed., non opus. — *Hoc*, ea re, v. ad Aul. 228. — 138. *Sicut*, i. e. nam, v. ad Mil. 520. Quia leno breve tempus Athenis habitavit, facile homo inveniri potest, quem non noverit et pro peregrino habere possit. Ritschelius ante hæc quædam excidisse putavit, eique adstipulatur Goetzius Act. Lipsiens. VI p. 300, qui fieri non posse putavit, quin pluribus Toxilus consilium suum explicaret. Versus causa Weisius „dum" sustulit, R. „hau dum" scripsit. Facilius „Sicut hic" scribitur, sed numeri horidiores fiunt. *Megaribus*, a nominativo „Megares", Merc. 638. — *sex mensis est quom*, cf. Aul. 4: „Iam multos annos est quom possideo". — 139. Parasitus respondendi moram quærit; illam rem differri posse dicit; reliquias veretur

ne, nisi statim prandium incipiatur, pereant. —' 140. *posterius istuc potest*, sc. agi, v. ad Amph. 169. — 141. *Numquam hodie*, v. ad Amph. 394. infra 220. *edes* Both. em. Ante *hodie* hiatur, nisi forte „hic hodie" scribendum est cum Spengelio, qui cetera recte tuetur, Plaut. p. 62; *frustra* apud Plautum ultimam brevem habet, v. Capt. 848. Men. 679. Merc. 520. Rud. 956. — 143. *quantum potest* ed. pr., v. ad Amph. 964. — 144. *Adducis*. Bergk. Ind. schol. Hall. 1858—59 „adduxis" voluit; non opus, v. ad Amph. 714. — *ex hac decuria*, ex hac societate. — 145. Verba *Quid est?* Seyffert. Philol. XXIX p. 406 parasito tribuit, vix recte. — 146. *etiam* cod. D. *quoque etiam*, v. ad Amph. 30. — *si lubet* Pyl. — 147. *si facturu's, face*, i. e. noli morari, ut „age, si quid agis". — 149. *astu*, v. ad Capt. 222. — 151. *unde* correptum, nisi cum Acidalio „surpta" legas. — 153. *Etiam tu taces?* v. ad Asin. 707. — 154. *ter tanto peior*, v. ad Amph. 936. — 155. *quid* Ald. — *facias*, v. ad Mil. 1029. — 156. *causeam*, v. ad Mil. 1172. — 157. *Eu probe*, v. ad Most. 331. — 158. *gnatam tuam* Cam. — 160. *Πόθεν ornamenta?* Pylades. De Græcis vocabulis intermixtis v. ad Bacch. 1161. — *chorago*, qui histrionibus vestimenta et ornamenta præbet, v. ad Curc. 460. — 161. *locauerunt* pænultima brevi, cuius Plautina exempla sunt Bacch. 923. Most. 275. Poen. 21. Langen. Beitr. p. 284 *debet* cum infinitivo a Plauto abiudicans versum spurium esse censet. — 162. *Sed ego nihil horunc scio*, sed ita hæc agi oportet, quasi ego nihil eorum sciam. — 164. *adserito manu*, in libertatem, nam libera puella iure venire non poterat. — 166. *cura. Interibi* Acidalius. — 167. Numeri duriores, sed non qui Ritschelianam transponendi rationem excusent. — 168. *hoc* add. Guiet.; „rem" Mueller.

---

169. Sophoclidisca, peculiaris Lemniselenæ (v. 202), cum epistola ad Toxilum missa est. Ægre ferens quod totidem admoneatur, cum ea expostulat et, ut sæpe apud Plautum fit, ipsa in scenam egressa illam intra ædes versantem alloquitur.

Editores quidem Lemniselenam simul exisse statuunt, eique verba „Miser est qui amat“ v. 180, tribuunt, quia sequentibus „Certo cett.“ cod. B (et qui eum sequitur D) „So“ præmittit. Sed quum ceteri personarum indices absint, veri simile est „So“ pro „sed“ scriptum esse, quod loci ratio commendat, quamquam hoc addito metrum violatur; verum etiam proximus versus vix hoc nomine appellari potest, nec tota sententia satis apta est; mihi uterque versus spurius videtur.

Canticum anapæsticis fere numeris scriptum est. 169 octonarius, 170 et 171 incerti, 172—73 septenarii, 174—75 octonarii, 176—79 dimetri, 182—83 trochaici octonarii (?).

169. *Satis* etiam A, vid. Gepp. Stud. II p. 83. Ritschelius Bothium secutus „Satius“, parum apte; hoc enim dicit: Si indoctæ et immemori totiens dixisses, satis fuit; mihi tam sæpe repetendum non est. Mutandi causa, credo, fuit hiatus post *indoctae*, cuius vitandi gratia potius „fuerat“ scripserim. Post *immemori* hiatus in cæsura. — 170. *barda*, i. e. stupida, v. Non. p. 10, qui hunc versum affert „tandem equidem“ scribens, et ann. ad Bacch. 1085. — *rustica* ut ultimam corripiat, fieri vix potest; Both. „pro“ omisit, quo facto „rustica“ primam corripiet. Ego olim: „pro rustica habitam reor abs te“. R. exempli causa „blenna“ substituit, Usener Mus. Rhen. XXIII p. 559 „rulla“, cf. ad Most. 40. — 171. *at* A. *mandata* ultimam produxisse censet Spengelius Reformvorschl. p. 326 propter cæsuram octonarii. Fuit quum mihi placeret: „at non sueui mandata simul bibere una“. R. omisso „at“ ed., „mandata hau consueui“. — 172. *tibi* et *censebam* A. — 173. Nec „cum interim“ ut ed. pr. nec „cum interea iam“ ut Camer. verum esse potest vel propter repetitionem versus 175. Sensus postulat, quod proposuit Gertzius, *quo in tempore*. — 174. *Ouis* Seyffert. Philol. XXV p. 443. — 175. *Quom interim*, v. ad Men. 435. — *fans atque infans*, et adulta et puellula. — *nondum etiam*, cf. Ter. Andr. 201 al., „non etiam“ Pseud. 281, „haud etiam“ infra 232. 549, „nihil adhuc etiam“ 627. — 176—81 dimetris discribit A. — 178. *id tuus scatet animus*, ea re (amore) nunc animus tuus plenus est. Ablativus exspectabatur ut Aul. 550; sed eadem vi ponitur accusativus in pro-

nomine neutri generis, v. ad Amph. 712 et Capt. 176. Coelius ad Cicer. Fam. VIII, 4, 2: „Curio totus, ut nunc est, hoc scaturit". — 179. *istuc*, quod scatet. Errorem palimpsesti miror Ritschelium recepisse; an solatium erit ei, cui fons ipse turbulentior videtur, pelagus fore? Saltem cum Ijsendijkio p. 18 scribendum erat: „Ego istuc placidum tibi pelagus ut sit, faciam". — 180—81 v. supra p. 425. — 182—83 anapæsticos faciunt R. et Spengelius in priore „ope" scribentes, in altero „et eius" et „sunt mandata"; mihi trochaici videntur, in altero autem „nunc" pro „hunc" scripserim et „sunt" omiserim. — Ante *quae* omissum „eis", v. ad Amph. 38.

184. Novæ scenæ titulus legitur in A. Toxilus exit ex alteris ædibus cum Pægnio servulo, cui, ut Lemniselena ancillæ ad eum mandata dedit, ita ipse ad illam dat; qui dum in altera scenæ parte colloquuntur, Sophoclidisca procul adstat. Trochaicis septenariis scena scripta est; admiscentur tamen octonarii 193—94 et 197, cui additur 198 dimeter catalecticus.

184. *plana* ed. pr. — 185. *tu*, quod desiderari Guietus viderat, exstat in A. — *uerbereum*, verberibus dignum, v. ad Capt. 946. — 186. *ergo* priore correpta, v. Proleg. p. 204. — 187. *Da pignus*, v. ad Epid. 697. Pignore eum provocans affirmat se omnia accuratissime scire; addit (v. 188) puerili impudentia Toxilum ipsum nihil scire. *Et quidem* Studemund. Annal. phil. XCIII p. 52 ex A, ubi ante Q duarum litterarum spatia sunt. Vulgo „Equidem" edebant, unde hunc versum prave Toxilo tribuebant, cf. Spengel. Plaut. p. 38. — *hodie habeas* A. — 189. *Egon dem* A, v. Studem. l. l.. — 191. *currere* A, v. Gepp. Stud. II p. 80. Antecedentia admodum incerta; parum fidei habet quod proponit: „Igitur uolo curare". Toxilus puerum tam cito currere iubet, ut iam domum reverterit, quum ipse eum apud Lemniselenam esse existimet. Quæ puer ludendi causa ita interpretatur, ut se confestim domum, non ad Lemniselenam conferat. — 193. *scelus pueri*, v. ad Curc. 614. — *aliqui* A. *a . te peculiabo*, i. e. peculii aliquid tibi dabo. Ironice hoc dici plagasque significari, facile intelligitur. Errant, qui obsceni aliquid hic inesse putant allegantes Pseudoli v. 1191 et spurium nec huic similem. — 194. *fide* A, cf. Trin.

118. Fidei dominorum ait exprobrari *inpudicitiam*, i. e. impudentiam, v. ad Amph. 920. Domini impudenter bona promittunt, mala dant. — 195. *Nec subigi queantur*, nec cogi, adduci possint. Verbum „queo“ passiva forma poni apud infinitivos passivi constat, v. Ter. Hec. 572: „forma in tenebris nosci non quita est“. Lucret. I, 1045: „dum suppleri summa queatur“. al. Neue Formenl. II p. 609. Similiter „nequitur“ Rud. 1051. Sall. Iug. 31, 8. „potestur“ v. Neue l. l. p. 603. Ex adiectivo *erili* auditur subiectum „eri“, v. ad Mil. 187. — *pro ea fide* cett. Dominos ait numquam de fide sua iudices habituros, numquam de fide sua iudicium fieri passuros. Exspectabatur igitur „de“ ut Cic. p. Cæcin. 17, 48: „Age vero, de vi te ipsum habebo iudicem“. *pro* eadem ratione dici videtur, qua dicitur „iudicium pro socio“. — 196. *ego* Acid. — „Et has tabellas“ Muell. — 197. *Lemniselenae* Cam., v. supra p. 415. — 198. *Cesso*, v. ad Aul. 389. — Versui imperfecto Ijsendijk addit: „Sed quis hic est, quem astare uideo?“ — 199. *I sane*, cfr. 571. ad Asin. 461. Post „sane“ hiatus. Muell. „et ego“. — *cura* edd. — 200. *curriculo*, cursu, v. ad Most. 354. — *Passer marinus*, ait Fest. Epit. p. 222, est quem vocat vulgus struthocamelum; *marinus* autem, ut ait Scaliger, est peregrinus et ultramarinus, διαπόντιος.

201—203 octonarii trochaici; reliqui septenarii. *Illic hinc abiit* R., quo ordine Plautus solet, cf. Seyff. Stud. p. 27 not. 18. 202. *est*, *peculiaris* hoc ordine Both. — 203. *Quo*, ad quam. Proximorum ordinem sine necessitate mutavit R. — 204. Versum mutilum sic supplerunt Pius et Camerarius: „Commorandum est mihi apud hanc obicem“, ut Sophoclidisca cum obice comparetur viam impediente, parum apte; ego: *obiecit moram* sc. mihi. — 205. *deliciae pueri*, cf. 193. ann. ad Asin. 470. — 206. *di me amabunt.* Si nihil aliud dicere voluisset quam se valere et deorum gratia frui, præsenti tempore dixisset: „di me amant“; sed aliud spectat, quo ancillam ludibrio habeat. Nam amici si inter se obviam fiunt, salutantes „di te ament“ aut „amabunt“ dicere solebant, v. 16. Sic hoc loco exspectabatur „di te amabunt“, et quum „me“ dixerit, illa *Quid me?* interrogat. Tum inde a Pylade et Camerario edebatur: „Quid me?

utrum? PAE. Hercle nescio." R.: „PAE. Utrum te, hercle hauscio". Equidem non dubito quin *utrum* adiectivum sit; scripsi: *Utrum hercle eis lubet*, vel amare vel odisse. — 211. *quoi pol cumque*, tmesis, cf. Bacch. 249. Trin. 834. ad Amph. 698. Mg. Gram. Lat. 203 ann. — 213. *Beia*, interiectionem „Heia" irridens detorquet, v. ad Epid. 99. — *probas*, æstimas, cf. Trin. 1049: „quippe eorum ex ingenio ingenium horum probant". — 214. *ego* Camer. — *ut*, i. e. qualem, v. ad Merc. 348. — *decet familiae*, v. ad Amph. 813. — 215. *confitere, ut te autumo?* sc. esse, omnium pessimum, v. 210. — 216. *Fatear, si ita sim*, v. ad Asin. 390. Bacch. 633. — *expedi*, v. ad Amph. 1097. — 217. *Quo agis?* sc. te, v. ad Bacch. 1103. Pronomen addunt Guietus et Ritschelius, qui hoc addito defectui versus succursum putavit. Weisius cum Bentleio „Dic tu" repetitum fuisse opinatus est ut 245 „Dic amabo". Sed veri similius, ut proximi versus lacuna ante „scelus" esse indicatur, ita huius quoque eodem versus loco fuisse statuitur, et cum Acidalio scribendum *posterior*. — 218. *tu is* add. R., et apparet aut hoc aut aliud simile excidisse, velut „te agis". Spengel. Plaut. p. 226: „SO. Ergo quo? PAE. Quo ergo scelus?" — 219. „Ni" pro *nisi* R. — *scies* cod. D. — 220. Post *quam* hiatus; R. „ego" addit. — 221. *Ita ne* scripsi sensu iubente, v. ad Asin. 875. add. Most. 937. Poen. 426. Errant qui interrogativum et affirmativum *ne* confundere et conflare conantur, Herm. XVIII p. 574 sq. — *haud dedecet* Rostius em., aut si malis cum Buggio Tidskr. f. Philol. VI p. 7: „hau dedecet". De prosodia cf. Proleg. p. 208. R.: „Me quidem item addecet". — 222. *certumne* Cam. — 223. *Offirmastin* id. Cf. Ter. Eun. 217. — 225. *Nihili facio* Cam., i. e. non cura. — *item* Cam. — 226. *Estne haec manus?* Dextram pridem ostenderat; lævam, qua pugillares tenet, ostendere non vult. Ijsendijk pro his substituit „Em tibi", iusto audacius. — 227. *altera* mediam syncope occulere videtur, v. Spengel. Plaut. p. 105. Proleg. p. 211. — *furtifica*; ad furta facienda aptior videbatur læva manus, quippe quam homines sæpe pallio vel toga occultarent, quamque ceteri minus observarent, cf. Catul. 12: „Marrucine Asini, manu sinistra

Non belle uteris in ioco atque vino; Tollis lintea neglegentiorum". — *Domi eccam*, cf. 247. Hiatus causa R. „nam" addit; Muell. „eccillam". — 228. *subigitatrix* R., cf. Mil. 653. — *Sin*, cf. Pseud. 254. — 229. *nihil amas*, i. e. frustra. — 230. Quia se amorem nolle dixit, Sophoclidisca abstinentiam eius ironice laudat. *temperi*, inquit, i. e. dum tempus est, cf. Rud. 909, puerilem istam formam et teneram ætatem *uigilare* oportet, i. e. summa cum cura servare, cf. Verg, Georg I, 313: „Quæ vigilanda viris?", ne flore ætatis amisso, ubi canus fieri coeperis, nihil habeas, quo peculium tibi compares ad libertatem emendam sufficiens. Hæc satis plane expressa videntur, quamquam R. v. 231 „*seruias*" inquit „vix expedias: pro quo num forte dormias scriptum fuit?" Goetz. Act. Lips. IV p. 353: „sordeas". Optime vero R. *uorsicapillus* emendavit, i. e. cuius capilli in canum colorem mutantur. — 232. *octoginta es* hoc ordine R. Plane puerum esse dicit et longe a viri pondere abesse, ut ne idoneus quidem veneri esse possit. — *confidentia*, cf. Mil. 191. Ter. Andr. 876. infra 284. — 233. *Illa* primam corripit. Guiet. R.: „Militia illa". — 234. *Atque ego*, i. e. ego vero; se reprehendit, v. ad Amph. 948. Both. R. „At", quo non opus. — „nunc" del. Both. — 235. *Ergo*, v. ad Amph. 172. *ero* add. Both. Scriptura tamen parum certa; Luchs. in Studem. Stud. I p. 50: „Ero quoque, nisi [iam] scio", ego olim: „Ero igitur quoque" aut „Porro ero quoque". — *nisi scio*, i. e. nisi rescivero, cf. 237. ad Most. 145. — 237. *Enim*, v. ad Mil. 431. — *uicissim*, ut ego tibi dixi, quo irem; R. recte cum sequentibus iunxit. — 238. *exterebrabis*, vi extorquebis, ut Non. p. 62 extr. — *tu* cum sequentibus iunxi. — *peior* Camer. — Ceterum recte hunc versum Pægnio continuavit ed. pr., nec enim mulieres per Herculem iurabant, v. Gell. XI, 6. Bugg. Philol. XXX p. 646. Male R. ancillæ dedit, unde etiam proxima duo nomina male inversa. — *Mers mala* frequenter de mulieribus, v. ad Men. 745. — 240. Quæ voc. *ergo* in codd. sequuntur, paulo post (241 sq.) ita repetuntur, ut alterum utrum spurium esse appareat; et priora quidem delenda esse vel structuræ hiatus ostendit vel vitiosum „edicerem" pro „eloquerer". His deletis Goetzius Act. Lips. VI p. 238 exitum versus proba-

biliter supplevit: *SO. At tu dic prius.* — 241. Ante *homini* hiatur, v. Proleg. p. 221; Muellerus „hoc" addit. — 242. *eloquerentur* Muell. Nachtr. p. 3. — 243. *leuifidae* ed. pr. — 244. „*Tippula*" ait Fest. Epit. p. 366 „bestiolæ genus sex pedes habentis, sed tantæ levitatis ut super aquam currens non desidat". Deinde hic versus affertur. Nonius p. 180: „Tippula animal levissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro Vimarco: Ut levis tippula limfon frigidos transit lacus. Plautus: leuior es quam tippula". Ex Varronis loco Vahlen. (Varr. Sat. Men. p. 136) pænultimam longam esse efficit; Scaliger. Both. „tippullam" scripserunt. — *fides lenonia.* Genetivi casus, quem requirunt Dacierius et Ritschelius ut accuratiorem, vix necessarius est. — 246. *Tecum habeto*, noli alteri narrare, cf. Cic. Fam. VII, 25, 2. — 248. Ante *hanc* hiatus; R. hoc pronomen post „eram" posuit; Spengel. Plaut. p. 222 suspicatur alteram nominis Lemniselenæ syllabam productam esse. *Lemniselenam* scripsi, cf. 197. — *abietem*, abiegnas tabellas. Videas servum esse, qui ex vilissimo ligno factis utatur tabellis, non, ut elegantiores, buxeis. — 249. *Iuxta tecum*, v. ad Aul. 674. — 250. *Nisi fortasse*, Cic. ad Brut. I, 15, 3. Gell. X, 3, 18. — *Et* pro „At" Both. Fortasse omittendum, ut hiatus potius in cæsura sit quam post *abiero.* R. ed.: „SO. Abi: et ego abiero. PAE. Ambula". Mueller.: „SO. Abeo. P. Abi: et ego abiero".

---

251. Sagaristio contra spem compos argenti factus cum eo ad amicum se confert. Scena variis numeris scripta a creticis, ut videtur, incipiens in iambos et trochæos abit. Primum versum Hermannus in duos divisit, dimetrum creticum et tetrametrum bacchiacum, ac sic discripsissem mallem. Spengelio Reformvorschl. p. 68 trochaicus videbatur pro *supremo* „summo" aut „supero" scribenti. 252 tetrameter bacchiacus, 253 propter lacunam incertus, 254—55 iambici octonarii, 256—58 trochaici octonarii, 259—61 trochaici septenarii, 262—63 trochaici octonarii, 264—65 trochaici septenarii, 266—69 iambici octonarii, 270 iambicus septenarius.

251. *Ope gnato*, cf. ad Mil. 1076. — *uiripotenti*, i. e. viribus potenti, hoc uno loco exstat. — 253. Excidisse aliquid ostendit *que* non habens quo referatur. Spengel. scripsit: „Lubens uitulor laetus gratusque merito“; sed etiam *danunt* v. 255 aliud subiectum præter Iovem requirit. Itaque addendum: *Disque* aut *Disque omnibus ago gratias*, ut sensum reddamus, nam verba quis præstabit? — *uitulor*, v. Non. p. 14: „Uitulantis veteres gaudentes dixerunt, dictum a bonæ vitæ commodo, sicuti qui nunc est in summa lætitia, vivere eum dicimus. Nævius Lycurgo: Ut in uenatu uitulantis ex suis Locis nos mittant poenis decoratos feris.“ Fest. p. 369: „Vitulans, lætans gaudio ut pastu vitulus. Ennius: Is habet coronam uitulans uictoria“. Varro L. L. VII, 107: „Nævius in Clastidio uitulantes a vitulo“. — 254. *Quia*. Nonius p. 510: „quam“. R. „Quoniam“, Speng. „Quom iam“. — *amiciter* Nonius l. l. ex hoc Plauti alteroque Pacuvii loco. — 255. *ut ei egenti* Weis. et Seyffert. Philol. XXV p. 454. R.: „compos ut egenti“, Speng.: „ut egenti opem optatam“. — 256. *non magis*. Alterum comparationis membrum ἀνακολούθως omissum est; sequitur *ea nunc* cett., ad *occasionem* relatum, cf. Trin. 120 sq. — 258 versui 257 anteponendum esse vidit Lipsius. *Nam* em. Camer. — *domitos*, ad arandum. — 259. *die esse* Both. — *die septimi*, v. ad Most. 864. — 261. Post *argentum* hiatus; R. „iam“ addit. — „*boues . . . non erant*“, sc. dicam. — 262. *prosperabo*, i. e. dabo, cf. Casin. 916: „hanc tibi nunc ueniam minus grauate prospero“. Obiecti locum ut „multa bona“ teneat, vix fieri potest. Itaque pro „Nunc“ *Hoc* scripsi, præsertim quum parum veri simile sit hunc versum et 264 ab iisdem verbis incipere. — *genio*, cf. 109. — 262. *Diu quod bene erit*, et Toxilo, ut ait Spengel. Plaut. p. 44, et mihi; nam sibi quoque tam hilarem diem promittit, ut diu maneat memoria eius et lætitia inde orta. Hoc *uno die absolvet*; i. e. unius diei poena sibi emet, cf. ad Aul. 509. Both. „Diu quo bene sit“ scribi voluit, cf. Bacch. 82. Curc. 518. Aubert. in Tidskrift f. Philologi IX p. 190 sq. De indicativo v. ad Amph. 167. — *tuxtax* A, sonus virgarum in tergo. — 264. „homini bobus“ Cam.; sed vix puto Plautum ablativum cum dativo iunxisse. Spengel. Reformv. p. 388: „homini bus

domitos", quem sequor, nisi quod *boues* retinui ut 258 et 261, quod si quis monosyllabum faciat, iam non admodum repugno, ut Proleg. p. 214. Servili autem more pro nummis, quibus boves emendi erant, boves dicit, cf. infra 316. Asin. 583. — 265. *triparcos*, cf. ad Aul. 317. — „homines" om. Both.; Seyffert. Stud. p. 6 maluit „ardos auidos" legere. — 266. *admordere*, v. ad Aul. extr. — *salinum cum sale*, cf. ad Men. 1017. Salem, rem et parvi pretii et omnino necessarium, avari homines, ne servi plus iusto utantur, claudunt et obsignant. — 267. *Uirtust* R; de quo sine causa dubitat Buecheler, Lat. Decl. p. 5, v. Mueller. Prosod. p. 366. — *dispicere*, reputare. — 268. *impingi* A. — *uapulem* ed. pr. — 270. *pote* R. Sed vel sic versus iusto longior; delevi nomen proprium; R. „sed eccum puerum Toxili". — *quin*, cf. ad Mil. 1187.

271. Novæ scenæ titulum habent A B. Incipit, ut videtur, ab iambico octonario, sequitur trochaicus octonarius, tum 273—76 trochaici septenarii, 277 iambicus octonarius, 278 sqq. iambici septenarii.

271. *domum propero* A teste Gepp. Stud. II p. 81. Quum hic versus propter longitudinem in duos dividendus esset, librarius cod. A extremam partem etiam in novam paginam transtulit, v. Ritsch. præf. p. VIII. Sed quia octonarii mensuram superat, veri simile est non nulla addita esse. R. delebat „meum quod datumst", ego „etsi properas". — 272. Verborum ordinem contra R. tuetur Spengel. Reformv. p. 187. Ad sententiam cf. Trin. 1061. Rud. 98. Theocr. 15, 90: πασάμενος ἐπίτασσε. — 273. *mi* add. Mueller., „ego" R. — 274. *tamen* A. *sic tamen*, quamvis nihil debeam, v. ad Pseud. 389. Ovid. Met. XIII, 243. — *etiam*, cf. 153. — 275. Si ætate maior essem viribusque plus valerem, hoc non impune ferres. — 276—77 quinque versibus scribuntur in A, v. R., apud quem voc. *inquam* incuria excidit. — *dicis* A. — *ulmitriba*, qui ulmeas virgas tergo suo conterit et conficit. *tu* additur ut Cas. 616. Ps. 219: „excetra tu". — 278. Pægnium „Tibi" inquit „qui prior hoc fecisti, hoc patiendum est". — 279. *med* R. Herus, inquit, quum me servilem operam facere iuberet, tamen libere loqui permisit. Ad Atheniensium morem, v. [Xen.] Rep.

Ath. 1, 12: *ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δούλοις πρὸς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν.* Dem. Phil. III, 3: *πολλοὺς ἄν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλονται λέγοντας ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων.* — 281. *cucule*, v. ad Asin. 914. Tu, inquit, homo tam nihili es, ut vel si os tibi percuterem, nihil metuendum esset. — 282. *morticine*. Scaliger confert Ter. Hec. 441: „cadauerosa facie". — 283. *Uideo ego te*, qualis sis. *Iam incubitatus es*, i. e. iam incubitum sive stuprum passus, ut heri gratia confidens esse possis. — *quid id ad te attingit?* Mueller., cf. Merc. 32. — 284. *ut tu* A. *gratiis* idem. — *Confidens*, sc. es, cf. ad Amph. 590. De vi verbi cf. ad 232. — 285. *speras* etiam A, multo fortius quam quod reposuerunt Both. R. „speres". — 286. *Potin ut ne*, v. ad Epid. 66. — *Quod dicis*, non molestum esse. — 287. *parata praestost* etiam A, v. Gepp. Stud. II p. 1, i. e. parata adest, quam mihi optas, mala res. Plerique edd. ex Palmerii et Scaligeri sententia: „praes est", quod ex Fest. Epit. p. 223 idem atque præsentem esse efficiunt, quod non ita est. — 288. *Uadatur hic me*, quasi accusatoris more agentem ridet; „ut accusator reum apud iudicem adesse iubet, ita ille me domum". Sed facete Pægnium respondet, optare se, ut vades invenire non possit atque in carcere vinctus sit. — 289. *Quid est?* edd. Pægnio tribuunt, vix recte, v. 145. — *Tandem*, v. ad Asin. 175. Hoc saltem, inquit, nemo prohibebit, ne servus servo maledicat. *id* scripsi pro „ut", quod non intelligo; cf. Mil. 354; in A Gepp. „uti" legit. — 290 sq. *Specta, quid dedero*, cf. Men. 461: „observa quid dabo". Mali aliquid minatur. Pægnium, quasi donum promisisset, respondet eum nihil daturum, nam nihil habere. — 291. *me* A. — 293 sq. Rectum versuum ordinem servavit A, ut ostendit Spengel. Plaut. p. 42 sq. Studem. Annal. phil. XCIII p. 53. Sententiam inceptam, *Di me perdant*, interrumpit Pægnium se id ipsum optare dicens; interruptam persequitur Sagaristio: *Atque id fiat, nisi te defigam*; cf. Pseud. 37. 948. al. — 294. *Tun* et *adfigent propediem* A. — 295. *Qui* A, v. ad Men. 440. — 296. *Potin abeas*; de „ut" omisso cf. ad Amph. 12. Poen. 1250. — 297. *iam* ex spatio palimpsesti R. Pægnium herum suspicatur, quod tam diu afuerit, iam animo se verberare. — *Ut* v. ad Merc. 702.

add. Aul. 778. Catul. 66, 48. — 298. *proserpens bestia*, anguis, v. ad Asin. 688. — *bilinguis*, perfidus. — 299. *istum* A teste Gepp. Stud. II p. 86. — *aperite* ed. pr. — *Eccere autem*, v. ad Amph. 550. — 300. *conuenire* ed. pr.

301. Toxilus exit cum Sophoclidisca, quam heræ suæ læta omnia nuntiare iubet; paratum fore argentum, quo redimi possit. Nomina scenæ superscripta in C nulla sunt, in B pravo ordine; nam eo ordine, quo loquntur personæ, poni et solent et debent. Erroris rationem aliquam quæsivit Studemund. Ind. sch. Gryphisw. 1870—71 p. 19. Iambici septenarii continuantur.

301. *dicito* edd., sc. Lemniselenæ. — 303. *adleuat* Pistoris em., i. e. consolatur, ægritudinem tollit, cf. Cic. ad Att. XII, 39, 2: „adlevor quum loquor tecum“. VII, 1, 1: „de adlevato corpore tuo“. Brut. 3, 12: „quod sollicitudines adlevaret meas“. — 304, cf. Poen. 577 sq. Hunc locum affert Nonius p. 258: „plus calleo quam aprunum c. c.“ Charis. I p. 55 corruptissime: „Plautus in Milite: magis tabello quam prunum callum callet“. Serv. ad Æn. 65: „aprugnum callum“. — 305. *huic ego* Both. Mueller. p. 101: „propera propere“. — *graphice*, v. ad Epid. 410. — 306. *subnixis alis*, i. e. brachiis (cf. Poen. 870) in latera nixis, quo efficitur, ut proximo versu dicitur, ansarum aliqua similitudo. — 307. *conscreabor* Nonius p. 479 hunc versum afferens recte scriptum nisi quod „conatus“ pro ansatus; i. e. screando significabo, ad me animos advertendos esse, cf. Tib. I, 5, 74: „ante ipsas exscreat usque fores“. Quintil. XI, 3, 160: „clare excreare“. Aristoph. Thesm. 381: σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν· χρέμπτεται γὰρ ἤδη, ὥσπερ ποιοῦσ᾽ οἱ ῥήτορες. — 308. *quidemst* R. — *Quid agitur* cett. cf. 17. — 309. Quærit num qua spes argenti in eo sit. Post *ecquid* encliticon *ne* abundat, ut post „utrum“, v. ad Bacch. 73. Pylades „mi“, R. „nunc“ emendabat. — *speculae in te*, hoc ordine Pylades. — 310. *Uidebitur*, cf. Asin. 678. Cic. Orat. III, 1, 2: „Uidendum sibi esse aliud consilium“. — *factum uolo*, v. ad Aul. 142, quem locum non recte interpretatus sum; nam Megadoro hæc verba continuanda sunt ut h. l. — *promoueto* ed. pr., i. e. progredere. Intransitive ponitur ut Ter. Eun. 913: „Moue te ocius. SO. Moueo. CH. Uideo, sed nihil promoues“. — 311. *in*

collo cruminam portat, v. ad Asin. 650. — *parce*, omitte, cf. Bacch. 905. Ter. Hec. 282. — 312. *qui*, v. ad Curc. 274. — *tangit* A. — 315. *Ahah* A. — 316. *boues bini*, ut supra 264, nummi ad boves emendos destinati. Unum par significari videtur, ut apud Cic. Verr. IV, 14, 32: „binos scyphos"; sed pro uno pari DC nummi (v. 38), i. e. MCC drachmæ nimium pretium videtur, quippe quod Demosthenis ætate sine dubio ducentis drachmis vel minoris emi potuerit, v. Böckh. Staatshaush. I p. 82 sq. Itaque Christius Annal. phil. XCVII p. 348 boues didrachmos, binos boves tetradrachmos significare putavit, Geppert. Stud. I p. 52 h. l. non ut vulgo Tarentinos, sed Siculos nummos, qui fere sestertios Romanos æquabant, intelligi putavit, quorum neutrum veri simile est. Sagaristioni nulla causa erat, cur accurate pretium boum in tali ioco indicaret. — 318. *Enim*, cf. 237. — *bubile* in A fuisse videtur, eaque sola nominis forma nota est; si „bubilem" fuit, „caulam" audire possumus. Verborum ordinem, quamvis idem in A sit, mutavit R. *reicere* est redigere, cf. Verg. Buc. 3, 96: „a flumine reice capellas". — *ne uagentur* ed. pr. Coniunctio non a „metuo" pendet, sed a tota enuntiatione „metuo ut", cf. 314. 80. ad Aul. 39. — 319. *Credetur* Guietus em., cf. Stich. 511. — *commodabo*, cf. Cic. Verr. IV, 9, 20. Attic. II, 16, 2. al. — 320. *Sequere* cod. D. — *mecum dudum orasti* A, cf. 118. — 321. *bouis* A, cf. Most. 34. Neue, Formenl. I p. 257. — 323. *omne ego* Both. Muell. „Atque ego hoc omne argentum tibi huc." — *actutum* A. Ante hoc Geppert. Stud. II p. 81 „huc" legit. — 325. *Tanto melior*, v. ad Bach. 208.

---

328. Parasitus exit cum filia in peregrinum modum ornata (334), quam lenoni venditurus est. — 329. *Perennitatique* scribendum ex A, v. Gepp. Stud. II p. 81; i. e. in perennitatem, *huic perpetuo cibo*, i. e. quo hic perpetuo fruar; facilius esset aut „perennitati huius cibi" aut „huic cibo ut perennis sit". R. licentius: „Perennitatemque adeo huic perpetuet cibi". Tragico fere modo synonyma cumulantur. Ut ceteri filios, ita parasitus cibum sibi superstitem esse optat. *suppetat*, v. ad

Pseud. 335. — *superstitet*, superstes sit. Activa vi posuit Ennius ap. Non. p. 170: „Regnumque nostrum ut sospitent superstitentque". — 337. *uendas* A, v. ad Amph. 741. — 338. *Mirum quin*, v. ad Amph. 743. — Philippi Attalique æqualem fuisse huius fabulæ auctorem apparet, quorum ille ab a. 221 ad 179, hic ab a. 241 ad 197 regnavit. — 340. „tu" om. A. — 342. *imperium* omisso „est" Cam. Possis etiam „in test" scribere. R. „opino imperiumst". — 345 afferunt Charisius p. 185 et Nonius p. 342 „est melius" scribentes. — 346—47 afferunt Festus p. 294 „immigrans" scribens, et Nonius p. 177: „Nam ubi ad paupertatem accessit infamiam, paupertas grauior cett." *sublestior*, infirmior, v. ad Bacch. 539. — 348. *Non sum*, cf. 370. Nec alioquin, inquit, odiosa sum nec quod puella patrem admoneo. Nam inimicorum causa cavendum est, qui rem non ita ut est, sed ut videri potest, narrare solent. — 350. *ut nata est* A, cf. rem natam, ad Bacch. 215. — *ferunt*; vulgo dicitur „fama fert", hic famam ferunt, cf. Trin. 187. — 352. Numeri claudicant, nisi „inimicias" pronunties, v. Proleg. p. 211. Guiet. „ego" delebat, Both. R. „omnis inimicitias" scribunt, Spengel. Plaut. p. 31 „inimicos". — *aestumo* Pylades. Hoc in A legi notavit R., negat Gepp. Stud. II p. 2. — 358. *meo modo*, v. ad Men. 248. infra 373. — 359. *Fiat* cum antecedentibus iunxi omisso „ut", v. ad Trucul. 732; superiores separaverant, quasi precantis esset „Utinam fiat"; sed a precibus pater longe remotus est. *Quae haec res sunt?* indignantis interrogatio est, v. ad Asin. 474. Ritsch. Opusc. III p. 129: „UI. Ne fiat! SA. Quae res?" — 361. *Tametsi* Both.; R. ex incertissimis vestigiis A: „Tamen si daturus non est". — 362. *tunicas* binas gestabant, v. ad Amph. 364. — 364 sq. Fieri non potest, inquit, quin mala sit virgo, quæ cett. *quin . . . quae*, cf. 366 sq. Ter. Heaut. 805 sq. ann. ad Amph. 154. — *praeter quam*, cf. Merc. 94. Ter. Heaut. 59 sq.: „mihi uidere praeter aetatem tuam Facere et praeter quam res te adhortatur tua". — 368. *Malo cauere*, cf. ad Bacch. 145. Men. 123. Tum virgo: „Immo cavere cupio ne quid tibi eveniat mali". Cui Saturio ita respondet, quasi homini malo se cavere velle dixisset. — 371. *Uerum* ed. pr. — 372. *Dicat quod quisque uolt*, cf. Madvig.

ad Cic. Fin. III, 20, 67. Munro ad Lucret. I, 16. — 375. *tibi per me* A. Proximus versus ut in codd. traditur, sensu caret. Vulgo ex Pistoris coni. editur: „Uerum lubere haud lubeat, si liceat, mihi", quod ita enarrat Boxhorn.: „Si mihi liceret omnia pro libitu facere, profecto mihi non luberet quod tibi, mi pater, allubescit; non luberet certe filiam vendere". Sed tum *mihi* in principio sententiæ ponendum erat, non eo loco quo nunc, ubi a proximo verbo divelli vix potest. Præterea nulla causa est, cur lubere lubeat dicatur pro simplici lubeat. Immo priora recte scribuntur in codd. rectamque habent oppositionem: Lubere tibi licet per me, quia impedire non possum; sed non liceret, si possem. Itaque in ultimo verbo vitium est, scribendumque: *si liceat mihi.* — 378. *Futura*, sc. sum, v. ad Amph. 56. — „Scis nam" nihil est, v. Seyffert. Philol. XXIX p. 407, qui „Scisne" vult. Mueller. Nachtr. p. 100. „scin iam"; ego *Scis iam* scripsi; nam interrogandi forma non est necessaria, v. ad Amph. 718. — 379. *id, ut surrupta*, cf. 371. ad Pseud. 1087. R. quasi ex A: „Et ut ui surrupta", quæ ne inter se contradicant, vereor. — 381. *me, mala ut fiam, facis*, cf. ad Aul. 662. infra 413. 740. 521. — 383. *faciat repudiosas*, faciat ut repudientur. — 384. *nunc hominum* Scaliger iunxit quasi τῶν νῦν ἀνθρώπων, coll. Ter. Andr. 175: „eri semper lenitas". al. Grammatice „nunc uides" iungenda; nemo autem aliud videt quam quod nunc ipsum est. — 385. *quoiuismodi*, i. e. cuiusvis modi, scribendum, v. Becker. in Studem. Stud. I p. 286. Lorenz. Philol. XXXV p. 177. — „mala" abest ab A. — 386. *sit*. Coniunctivus necessarius est. R. „est" ed. ex A male lecto, v. Gepp. Stud. II p. 82. — 389 affert Nonius p. 495 male „uirtutem" scribens. *Deum uirtute* est deorum beneficio, v. ad Aul. 159. — 390. *Ne dicas*. R. temere „ducas". — 391 affert Fest. p. 297. Hiatur in cæsura; R. „ego" addit. *soracum*, σώρακον, corbem, v. Poll. I, 245 inter instrumenta rustica: φορμὸς, ψίαθος, κόφινος, σώρακος. VII, 173: πλέκειν κοφίνους, σωράκους, ἀῤῥίχους. X, 130 Aristophanis versum affert ex Danaidibus: κακῶν τοσούτων συνελέγη μοι σώρακος, ad quæ adscribit: παρὰ τοῖς κωμῳδοποιοῖς οὕτως ὠνομάσθη τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν. Nec aliter Festi epito-

mator: „Soracum est, quo ornamenta portantur scenicorum". — *Librorum*, ridicularia continentium, v. Stich. 401. Hæ solæ erant parasiti divitiæ. — 392. *hoc . . . quoi rei*, v. ad Mil. 624. Trucul. 391. — 393. *dotis*, v. ad Merc. 695. — *logi* (logei) sine dubio in A fuit, v. Gepp. Stud. II p. 82. ad Men. 768. Veram scripturam servavit etiam Ps. Asconius hæc afferens ad Ciceronis verba Divin. in Cæcil. 12, 39: „Si litteras Græcas Athenis, non Lilybæi, Latinas Romæ, non in Sicilia didicisses". Ille de sermone; h. l. facetiæ Atticæ Siculas longe superare dicuntur, quamvis etiam Siculi dicacissimi haberentur, Cic. Verr. IV, 43, 95. — 395. Post *uel* exspectabatur „ditissimo homini", sed sequitur *mendico* παρὰ προσδοκίαν, v. ad Asin. 877. — 397. *quidquid* Both. — 398. *Bonum aequomque oras*, i. e. dicis, v. ad Capt. 332. — *Sequere hac*, in ædes Toxili. Gepp. Stud. II p. 87 in A legit: HACEREDICTO. — *audiens* A.

---

399. Leno in scenam progreditur, eique paulo post ex ædibus egrediens obviam fit Toxilus. B hanc scenam cum proxima iungens huic versui utrumque nomen superscribit. — *dicam hunc* A. — 400. *iuratust sese dare*, v. ad Asin. 597. — 402. *amiserit*, ἀποβαλεῖ. — 403. *foris* Pius.

404. *isti* R., cf. 86. — 405. *Toxile* A. — *Eho* Ald. — *lutum*, cf. 413. Cic. Pis. 26, 62: „O tenebræ, o lutum, o sordes". — 406. *Commixtum* codd.; R. ex Palmerii coni. „Commictum", quod denuo frustra commendavit Leo Herm. XVIII p. 566. — *stercilinum* vel sterculinum, i. e. sterquilinium, antiqua forma, v. Casin. 114; pro maledicto ponit etiam Ter. Phorm. 526. — 407. „*iniure*, *inlex*, hoc est vivens sine lege, sine iure" Nonius p. 447 et p. 10, ubi etiam Cæcilii locus affertur: „Quid narras, barbare, indomitis cum moribus inlitterate, inlex?" *iniurus* hoc uno loco exstat, „iniurius" sæpius, v. ad Aul. 691. Mil. 438. — *Popli* A et Nonius p. 10. — 408. *pecuniai* Bentleius. — 409. *procax*, qui impudenter poscit, nam procare est poscere, v. Varr. L. L. VII, 80. Fest. Ep. p. 224. Nonius p. 23, apud quem laudatur M. Tullius de Rep. IV: „a procando, i. e. poscendo

procacitas nominata est". cf. Plaut. Trucul. 152. Ter. Heaut. 227: „Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa". Hec. 159: „Maligna et multo magis procax facta ilico est", ubi Donatus: „Despoliatrix et procax; procare enim est petere". — *rapax trahax*, qui rapit et trahit, cf. Merc. 55: „trahere exhaurire". Trin. 291: „cetera rape trahe". — 410. *transloqui*, usque ad finem eloqui, hoc uno loco exstat. — 414 ex A accessit. Maius „censebam" legit; Both. *censebas* em.; R. *tu* addidit. — 416. *Sine* ed. pr. — 417. *stabulum*, i. e. domicilium, cf. Truc. 581: „stabulum flagiti". Cas. 157: „nequitiae stabulum". — *seruitutium* Colerus em., cf. Neue, Formenl. I p. 269 sq. Codicum scripturam quasi adiectivum ut meretricium formatum defendit Bücheler. Lat. Declin. 202. — 418. *subiculum flagri* Lamb. interpretatur „assidue subiectum flagro", recte, nisi quod certa aliqua res, non generalis notio significatur; quam vero rem Romani nomina subiculi significaverint, ignoramus. R. cum Meursio „sudiculum" vel „suduculum" edidit ex Festi epit. p. 336: „seduculum genus flagelli, quod vapulantes sudantes facit". Inepte; flagella non sudorem sed sanguinem eliciunt. — 419. *Compedium*, de haec genetivi forma v. Bücheler. Lat. Dal. 202. *c. tritor*, qui compedes exercet, v. ad Capt. 882. — *pistrinorum ciuitas*, ubi pistrina habitant, cf. „stabulum" v. 417. „pristinorum", quam formam R. Opusc. II p. 460 tuetur, mihi merus error videtur. — 420. *Perenniserue.* Magnum servo opprobrium, nullam spem esse, fore ut ex servitute exeat, quod, si frugi esset, facile peculio sibi collecto efficeret; cf. 424. 285. al. Non. p. 11: „perennis herbae". — *lurco*, i. e. ganeo, ut ait Probus p. 1449, aut, ut Fest. Ep. p. 120, capacis gulæ homo et bonorum suorum consumptor; cf. Non. p. 10 sq., qui Lucilii aliorumque exempla affert. Sueton. Gram. 15. — 423. *nihilne* vel *nilne* Pylades. — 424. *solida*, certa et æterna. — 425. *pro liberanda amica*, cf. Aul. 448: „pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam". Cic. Off. III, 5, 25. Liv. XXIII, 28, 11. Val. Max. II, 7, 15. Gell. XVI, 13, 5. — 427. *Referundae gratiae*, dativus consilii, cf. ad Most. 281. Asin. 248. 250. Rud. 1361. Trucul. 391. Linguam habeo, inquit, ut maledicenti maledicta reddat. Quod nisi faciet, *numquam delinget salem*, cf.

Curc. 562. — 432. *Mirum quin*, cf. 338. — Post „crederem" hiatus; R. „ut idem tu mihi". — 433. *passim* R., cf. Trin. 835. — 435. *ex porta*, circi, ubi habebantur venationes. Quod ludorum genus quam antiquum fuerit Romæ, ignoramus; sed quum iam M. Fulvius a. a. Chr. 186 leonum et pantherarum venationem dederit, v. Liv. XXXIX, 22, 2, non est dubium, quin aliarum ferarum fuerint antea. Floralibus teste Ovidio Fast. V, 371 „pro Libycis clauduntur rete leænis Imbelles capreæ sollicitusque lepus". Varro autem R. R. III, 13: „Tanto circumfluxit nos cervorum aprorum et ceterarum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mihi visum sit spectaculum quam in circo maximo ædilium, sine Africanis bestiis quum fiunt venationes". — 436. *erunt*, esse videbis, v. ad Asin. 727: „Hic inerunt uiginti minae". — 439. *hoc*, argentum, *spectandum*, utrum probum sit an non. Donatus ad Ter. Eun. 566 („elegans formarum spectator") adnotat: „Spectator, probator, ut pecuniæ spectatores dicantur". Græce δοκιμαστής dicitur. Hoc argentariorum munus est. Toxilus, quod leno dubitat, irridens quærit, num metuat eorum alicui nummos spectandos in manum dare. Mire errant qui „mihi" audiunt. Leno v. 441 *Mirum?* respondet, i. e. an hoc mirum est? Cui Toxilus: „Immo si spectari vis, properandum est, nam adest tempus quo argentarii forum relinquunt". Sic interpunxi et verba inter personas distinxi. Acidalius: „Mirum quin —" abrupta oratione, nimis obscure. R. „Nimirum", quod a Plauto abiudicat Langen. Beitr. p. 135. — 443. „istac auorsis" Camer., „istac trauorsis" Lamb.; ego: *istac tu auorsis*. — 444. *Eadem*, v. ad Bacch. 47. — 446. *Supplicatum*, ut propter libertatem deis gratias agat.

448. Postquam abiit leno, Toxilus secum de prospero consiliorum suorum eventu loquitur, et ut quidque recte et accurate agatur, ita bene evenire affirmat. Editores hinc novam scenam incipiunt, cuius in codd. nullum vestigium est; qui autem in actus divisas fuisse Plautinas fabulas credunt, quarti actus hoc principium faciunt. Unus dissentit Schmitz. de actuum in Plaut. fab. descriptione p. 25. Spengelius (Die Acteneintheilung der Comoedien des Plautus p. 16) vulgatam sententiam

tuetur. — 449. *sub manus* ed. pr. — 450. *ferme* em. Scaliger. — *rem accurat* R. ex 448 repetitum arbitratus iniuria extremam versus partem refinxit. — 451. „post principio" codd. errore, sed tam antiquo, ut iam Donatus ad Ter. Hec. 3, 3, 33 putaverit Plautum h. l. „post" cum ablativo iunxisse. Scaliger *postprincipia* scribendum esse intellexit, quo vocabulo utitur togatarum scriptor apud Cic. p. Sest. 55, 118: „postprincipia atque exitus vitiosæ vitæ" et Varro apud Gell. XVI, 9, 5: „si non similia essent principia et postprincipia" et 18, 6. — 452—53 R. pro spuriis seclusit; sed quæ sententiam propositam aliis verbis repetunt et uberius explicant, ea nexum interrumpere dici non possunt. — 456. *Nunc.* Pius: „Hunc", fortasse recte. — *intricatum dabo*, i. e. intr. reddam, intricabo, v. ad Mil. 210. — 460. R. principio versus addidit „Ecfer" deletis verbis *ab ero meo*, nimis licenter.

461. Exit Sagaristio Persarum in modum ornatus cum puella non minus peregrino more vestita. *Num quid moror?* cf. Most. 779. — *Euge* alterum R. sine causa delebat. — *basilice*, v. ad Curc. 359. — 462, ut in codd. legitur, non admodum offendit; sed Priscianus antiquiora servasse videtur VI p. 679 sic h. v. afferens: „theatrum lepida condecorat schema". Unde Acidalius et R. Palmerium secuti: „Tiara ut lepidam lepide condecorat schemam". Sed tanta mutatione non opus, modo *ut* addatur ut in proximo versu. *schema*, de qua forma v. ad Amph. 117, ablativus videtur. — 464. Cf. Poen. 580: „condoctior sum quam tragoedi aut comici". — 466 recte scribitur infra 724, quo loco etiam proximus v. repetitur, vel potius unde uterque huc invecti sunt addito tertio versu minime apto, nec enim quum primum colloquentes videbit sed post epistolam lectam et colloquium prope finitum Sagaristio prodibit. Accedit quod post „Ubi" non „id" dicendum erat sed „ibi", et, quod gravius est, v. 466 *Tace* inepte dicitur ei, qui nihil dixit nec dicturus videbatur. Quare hos tres versus pro spuriis seclusi. — — 468. *nunc agite ite* Cam.

469. Scena, quæ sequitur, incipit a trochaicis numeris. 469—87 septenarii, quibus intermiscentur octonarii 473, 477, 485, 486 et iambicus octonarius, 484. Sequuntur anapæsti, 488

dimeter catalecticus, 489 octonarius, 490 septenarius, 491—92 octonarii, 493 septen., 494 octon., 495 hexameter bacchiacus, 496 anap. septenarius, 497—98 octonarii. Epistola 499—510 et 518—25 senariis scripta est, ut solet; reliqua trochaicis septenariis. — Dordalus leno advenit lætus lucro, quod fecit Lemniselena in libertatem vendita; quo facto non solum argentum accepit, sed etiam cibaria, quæ ei tribuenda erant, compendi fecit. *Binos panes* in dies ei datos videmus. Pro *in dies* Brix. Ann. phil. CI p. 777 „in die“ scribi voluit propter Aul. 826. Mil. 852. Stich. 503. Bacch. 1125; sed horum locorum non prorsus eadem ratio est; Men. 881 B „indies“ habet, C „in die“. — 471. *Ita*, i. e. fere „nam“, v. ad Pseud. 898. — *ancilla* primam corripit. — 472. *Iam hodie.* Mueller. Nachtr. p. 138 coni.: „Panem hodie“. — 473 sqq. *Sumne . . . sum?* Altero loco omittitur interrogandi particula ut Men. 684. Capt. 139. Ridicule se ipse laudat et admiratur, quod liberata ancilla civium Atheniensium numerum auxerit, et quod, dum pecuniam a Toxilo acceptam fenore collocat, aliis crediderit ne satisdatione quidem accepta, nec metuat ne, ubi solvendi dies venerit, apud prætorem iurent se nihil accepisse, *in iure abiurent*, cf. Rud. 14. Curc. 495. L. Iul. municip. v. 113. — 478. Quod se bonum fore promisit, id sui ingenii memor statim retractat, ut quod nec possit nec velit. — 479. *transennam*, v. ad Bacch. 787. — *deducam* Geppert. Stud. II p. 84 interpretatur Ambrosiani vestigia; R. cum Grutero „inducam“. — 480. *Itaque*, i. e. et ita, ut hoc effici possit; cf. Poen. 200, ubi quum idem dixissem, Seyffertius in censura hoc sensu carere dixit; nihil enim aliud esse quam „ita“, quasi non maiore iure dici possit, ita et itaque non esse idem. Sed re ipsa paulum interest, nam liberius rem spectanti ita se res habet. Plautus, ut fert vulgi oratio, interdum copulativa coniunctione sententias iungit, quæ nobis videantur iunctura carere debere. Hoc non raro fit in *Itaque*, cf. Cic. Rep. VI, 9. infra 503. Rud. 367. 578. Stich. 276. al.; etiam Pseud. 1281 et Poen. 396, ubi iniuria codicum scripturam mutavi; alibi emendatio nunc quoque necessaria mihi videtur, ut Bacch. 239. Capt. 467. Epid. 428. Mil. 778. Fit idem in aliis ut Rud. 488 „Deosque“, 1193 „Atque

adorna“, et in plerisque eorum, quæ attuli ad Men. 865 et ad Asin. 697, ubi hæc scripsi: „Plautus interdum per copulativas coniunctiones membra coniungit diversæ structuræ, ubi nos coniunctionem abesse mallemus“. Nec fere alia ratio est coniunctionis „atque“ in iis locis, quos commemoravimus ad Amph. 948. — 481. *Credo*, quod se contra morem suum iam facere nuper miratus erat 475 sq. — *Unde agis te?* cf. 217. Ad hæc quoque respondet *Credo tibi*, nam in hoc verbo repetendo sibi placet comica ratione, ut Rud. 1199 sqq. „Licet“, 1256 sqq. „Censeo“ identidem repetitur, nec quam clare respondeat admodum curat. Respondet tamen quodam modo; venit enim a magistratu, apud quem Lemniselenam liberavit (473), quod antea facere noluerat, quum Toxilo pretium credere non auderet, iam argento accepto fecit. Nec Mueller. Prosod. p. 632 nec v. Ijsendijk p. 34 locum intellexerunt. — 482. *Eho an*, v. ad Most. 173. — 483. *auctus* sine „es“ A. — *Enicas*, v. ad Asin. 392. — 484. Ne iambicus versus trochæos interrumperet, Brix. „me“ delebat. In A extremo versui aliquid additum est. R. „obsecro“ legebat, quod si ita est, simpliciter delendum est nec pro exitu deperditi versus habendum, qui omnino non desideratur. Gepp. Stud. II p. 82 „pol“ legebat, quod cum proximo versu „i ad“ iungit. — 485. *I ad forum; e praetore* A. — 487. *quoiquam quod* Lamb., ac consentiunt vestigia A. — 490. *istanc* A. — *instare* apud Plautum tam cum dativo quam cum accusativo iungitur, v. Curc. 376. Men. 339. Poen. 917. infra 512. — 491. *occultabam dicere*, i. e. ne dicerem; cf. ad Aulul. 333. — *nunc eam narrabo*, parenthesis, v. ad Asin. 781. Trin. 125. Stich. 368. Trin. 1019. Nonius p. 210: „Lucrum ... masculini generis Plautus Persa: nunc ea narrabo, unde tu pergrandem lucrum facias“. — 492. *Faciam ut* versus causa delevit R.; ego malui *uiuas* in proximum versum transferre, qui hoc facto sanus est; nec aliter Studemund. Cant. p. 3. — 493. Dordalus bene dictis eius parum confidit, nisi bene factorum auxilium accedat. — 494. Ita, inquit, promeruisti de me, ut merito tibi bene faciam. — 495 anapæsticum septenarium facit Spengel. correpta media vocis „tabellas“ et „pellegito“ scribens. — 496. R.: „In litterarum spatia, quæ post *mihi* sunt in A,

quadrant ABEROMEO". „mihi" vel „mi" eliditur. — 498. Versus non constabit, nisi cum Muellero „mihi" deleveris aut cum Spengelio Reformv. p. 389 „recita" scripseris. Quid in A ante *hau* fuerit, ignoramus, sed nihil addi posse videtur. Gepp. „atat" sibi legere videbatur. — 501. *ualeo recte*, cf. ad Aul. 176. Trin. 50. Hor. Ep. I, 7, 3. 16, 21. — 502. *istoc* A, i. e. ad vos, v. ad Bacch. 379. — 503. *Itaque*, v. ad 480. R. „ita". — 505. *Plenam.* Guiet. „Plenum". — 506. *comportatur* A. — 507. *domo expertem*, v. ad Amph. 706. — 508. *isti* pro adverbio loci habet Mueller. Pros. p. 430 audito „ei" ante „qui". — 510. „mihi is" R. — 513. *Neque quam* A. Quod indicativus sequitur, quum in antecedenti sententia coniunctivus sit, vid. ad Amph. 17; add. Bacch. 732. Trucul. 852. Ter. Andr. 649 sq. 272 sq. — *lucrifera* scribendum esse proximus versus docet; R. „lucrifica". — 514. *lucrifera est Fortuna* A. — *Istas*, tabellas. — 517. *Fac silentium*, hæc vulgo Dordalo dant, quasi „tace" significaretur. Potius Toxili verba sunt simulata gravitate eum iubentis curare ne talis epistolæ lectio ullo modo interrumpatur. — 518. *Iste.* „Is" postulat Mueller. — 520. *abductam* R. ex A; „adductam" ut C Priscian. III p. 608. — *penitissuma*, cf. 538. — 521. *curare* A. — 522. *Ac* codd., quod cur in „At" mutetur, nulla causa est. — 523. *promittes* A, v. Gepp. Stud. II p. 86. In vulgata scriptura „promittet" suboffendit positus vocis „quisquam", cf. tamen Sall. Cat. 36, 5: „ex tanta multitudine neque præmio inductus coniurationem patefecerat neque ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat". Cic. Cluent. 63, 177. — 524. *accipias* scripsi, quod miror neminem antea fecisse. — 527. *huc* addit A. — 529. *tricis* A, cf. 793. — Post *quam ob rem* hiatus in cæsura legitimus; edd. „ego" addunt. *numerem* ed. pr. — 530. *opus est* A. — 531. *matulam*, rem contemptissimam. — 532 affert Nonius p. 87 omisso „iam". R. contra omnium consensum edidit: „Ecquid metuis? DO. Hercle". Refutavit Seyff. Stud. p. 18; qui quod sic interpungi vult: „Quid? Metuis?", sequentia respiciens antecedentia neglexit. Ut accurate respondeat leno, non est necesse, v. 481. — 533. *Neque haud*, v. ad Bacch. 15. — *luto* A, cf. ad Pseud. 987. —

534. *mihi uidetur* A. — 535. *hercle* add. Mueller. Nachtr. p. 138. Both. R. transp. „nihil istuc", quamquam contrarius ordo etiam in A est. — *facio* A. — Post hunc versum R. temere versum excidisse putavit. — 536. *conciliandi*, emendi, v. ad Capt. 131. — 537. *de*, cf. Amph. 631. — 538. *Ne* i. e. modo ne, hic omisso verendi verbo, v. ad Aul. 639. Rud. 765. — *Arabia* A. — 539. *Etiam*, cf. 153. — *destinas*, emis, cf. ad Most. 630. — 540. *optume* prima correpta, v. Proleg. p. 204. — *aduenit* A — 541 sq. *Hicinest* et *Haecine* A. — 542. *aeque* abundat, cf. ad Men. 1099. Amph. 651. Aul. 256. Capt. 268. add. Aul. 181. Most. 700. — 543. *Nisi quia* Camer., cf. ad Aul. 357. *specie quidem* post Bergkium Luchs. Herm. XIII p. 499. — 543. *est* Pylades ut proximo versu Camerarius. — 545. „contemplemus" postulat Langen. Beitr. p. 60 ut 561.

546. Adveniunt personatus Persa, Sagaristio, et Arabica virgo, quæ parasiti filia est. — *sunt* add. Guietus. — 547. *speciem* edd. Ante *hominum* hiatus, v. Proleg. p. 221. *perspexi* Camer. — 548. „Nonne primum statim verbum eius doctum fuit?" „in" R. delevit, quod iam probo cum Abrahamo Ann. phil. Suppl. XIV p. 224, ut idem fiat Epid. 325; Poen. 1103 scribatur „principium id". — 550. *moenitum* R. „duce proximo versu", ubi uterque cod. „monitum" habet. — R. „tibi" delebat, ego „est"; Guiet. ed.: „oppidum est". - 552 sq. Cum hac enumeratione conferri potest Ciceronis de Rep. II, 41, 68 (fr. ap. Non. p. 72). — 553. Post *sexta* hiatus; Guiet. „que" addit, R. „autem". — 555. *decumum*. R. versus causa „extumum" aut „ultumum", male; nihil mutandum. — *adgressust* A. — 556—57 in codd. præter A aberrante librarii oculo ab *aberunt* ad *aderunt* in unum versum contracti sunt. Ex A locum restituit Studemund. Festgruss Würzburg p. 75. *ea urbs* per episynaloephen unam syllabam facit, v. Proleg. p. 214. In proximo versu proceleusmatici vitandi causa „ea" omissum. — *parumst* A, pro „parum erit", cf. ad Mil. 891. — 560. Dordalus, quod periurus dicitur, parum curat; ad ipsam rem redit; nec Ritschelio credendum, versum excidisse. — 561. *Edepol qui*, v. ad Amph. 769. — *quam* em. Lamb., v. ad Asin. 157. — 565. *uoluero* iam Cam. suppleverat; in A „uoluero" fuisse docet Studem.

Festgr. p. 76. — 566. *occentabunt*, v. ad Curc. 145. — 568. *Ferreas aedes*. „Immo ferreos postes" Goetz. — *conmutes*, v. ad Mil. 329. — 569. *anellum* Both. em. — *si* ed. pr. — 570. *iubeas* codd.; Lamb. et R. „uideas" maluerunt; nobis illud cum servorum loquendi more magis convenire videtur. Sed quo modo dici potest, eum, si sumptu deterritus ferro pepercerit, ipsum compeditum fore? Credo, si rapta puella ad inopiam redactus creditoribus addicetur. — 571. *I in*, v. ad Pseud. 336. De A testatur Gepp. II p. 86. — *I sane*, cf. 199. Post hæc hiatur in diæresi. Muell.: „I sane atque hanc eme . ausculta mihi". — 572. *ut* cod. D, v. ad Curc. 257. — *quanti indicet*, quantum pretium statuat, v. ad Aul. 365.

573. *ad te* ex A accessit, v. Studem. Ann. phil. XCIII p. 60. — *dixeram*, v. ad Men. 874. add. Aul. 279. Rud. 839. 853. — 574. *uenire* olim emendatum. R. quo iure passivam formam retineat, non intelligo. — 575. *quantum potest*, cf. 143. — 578. *Esne* edd. — 581. *hac* ed. pr., cf. ad Amph. 501. — 583. *Indica*, *indicatio*, cf. 572. — 584. *Aequom hic orat* Cam., cf. 398. — 585. *prognariter* et codd. et Nonius p. 150: „Prognariter, strenue, fortiter et constanter. Plautus Perse: cor scio hercle utrum belle ate indica prognariter". Additur Ennii locus: „prognariter armis certando". Id. p. 154: „Prognariter, audaciter. Plautus Persa: age indica prognariter". Cuius quum ratio non appareat, Lamb. „prognauiter", Acidal. „praegnauiter" voluit. — 587. *qui*, cf. ad Men. 535. — 588. *es* ed. pr. — 590. *Atque* ex A R. — 593. *Quo genere* cett. Hæc, quæ ante Ambrosianum inventum a verbo „percontari" v. 589 pendere videbantur, iam v. 595 suum verbum habent. — 594. *me impulsore aut inlice* A, quod utpote minus usitatum præferendum fuit. *inlex*, v. ad Asin. 219. — 597. *adi* R., qui „eum" addebat; Speng. Plaut. p. 222 sq. propius a vestigiis Ambrosiani: *sis*. — 600. *Eumpse* R. — 602. *Iube accedat*, vid. ad Most. 912. Redslob. Symbol. critic. ad Pl., Weimar 1879 „eam" postulat. De scriptura „hoc" pro „huc" v. ad Bacch. 1150. — *I sane* puellæ dicit, *Percontare* lenoni, *Age age* cett. Toxilus puellæ, sed ut leno non audiat. *in proclium* A. — 604. *auspicato*, i. e. fausto auspicio, v. Ter. Andr. 807.

— *Liquidum auspicium* v. ad Most. 736. — 605 in solo A exstat. Hæc quoque virgini dicit Toxilus, proxima, *Concede* cett. Dordalo. — 607 in solo A exstat. Supplevit et emendavit Studemund. Festgruss. p. 69, qui tamen „curabo ut iubes“ scribi voluit; adversatur Geppert. Stud. II p. 4. — 608. *Sequere me* puellæ dicit, *adduco* lenoni. — 609. *Enim*, i. e. enim uero, cf. 237. — 611. *tibi ego* A. — *ibidem . . . ubi*, cf. Hand. Tursell. III p. 171. — 614. Post *Uirgo* hiatur; Mueller. cum Bothio: „probus est hic homo“, ut Poen. 1212. — 616. *mirari* ed. pr. — 619—20. Principia versuum in A servata sunt, in ceteris lacuna hausit. Priorem autem iam Lambinus recte supplevit sive felici coniectura hoc factum est sive, ut R. censet, ex Turnebi membranis. — 619. *ita*, v. ad 471. — 620. *habet* posteriorem non producit; R.: „Ut habet sapiens“. — *quid nomen*, v. ad Amph. 360. — 621. *Nunc* A. — *Lucridi*, omisso „mihi“, cf. ad Mil. 438. Pseud. 992. Trin. 392. — 622. Nomen ipsum Lucridis, quasi a lucro derivatum, pro bono omine est. *iam* ex A accessit. — 623. *Nimis pauebam* sibi dicit, cf. 627. 630. — 625. *Numquam hunc mensem*, cf. ad Men. 199. — 626. *optata* ed. pr. *eueniant* Lamb.; R. „conuenant“. — 627. *Nihil adhuc etiam*, cf. Amph. 244. — 630. *Scitissime* Acidalius. — 631. *Tactust*, v. Trucul. 876. ad Epid. 703. — *rogarat* em. Cam. Constructio durior omisso „ut“. Ijsendijk v. 631 damnavit; sed duo adverbia simul ferri non possunt. — 633. *Quae mihi sit?* v. ad Amph. 741. — 634. *duco* A. — 635. *ecflauit* A. — 636. *Atque equidem*, v. ad Amph. 757. — 637. *expedi*, cf. 216. — 638. Versus in ceteris codd. iusto longior, in A brevior. Ex vocabulis in A omissis *patriam* retinui cum antecedentibus iunctum. R. hoc omisso ed.: „UI. Dico equidem: quando hic seruio“. — 639. *Tandem istuc* em. Abraham. p. 233 sq. *eloqui* Camer. — 640. *inducas*. R. cum Dousa „inducat“, sed non minus recte Dordalus eam quam ipsa se inducere dicitur. — 641. „captust“ R. — „id“ om. Both. — 641. *erit*, esse debet, v. ad 436. Trin. 922. Cicer. Rep. II, 23, 42. — 645. Post *is* syllaba deesse videtur. R. „dic“ addit, Weidner. „domi“, alius „suo“ aut „ibi“. — *nemo quisquam*, v. ad Pseud. 813. — 646. *praedicas*, v. ad Most. 964.

add. Aul. 306. — 647. *et* add. R.; aliorum conatus minus felices v. Mueller. Prosod. p. 208. — *beneuolentis perdidit*, quippe quos suo infortunio miseros reddiderit. — 648. Post *Emam* hiatus. R. „eam" addidit; melius Mueller.: „TO. Etiamne". *Etiam*, cf. ad Asin. 670. — „*opinor*", cf. Ter. Andr. 367: „Non opinor, Daue. DA. Opinor narras?" — 650. „iam" om. Guiet. — 651. *Uenum iuisse* Fleckeis., cum quo optime coniungitur *huc*. „hic" versus causa omittendum. R. cum Bothio: „aderit huc". — — *abs te* Both. — 653. *cades*, stupri causa. — 655. *Satin ut*, v. ad Mil. 1128. — *bolos*, quæstum, v. ad Poen. 101. — 656. *Age, si quid agis*, v. ad Epid. 197. — *Redduco* R. — *tibi*, Sagaristioni. — 658. *qui* Scioppius ut 587. — *indica*, v. 572. — 659. *uideo* Acidalius. Muellerus quod Pros. p. 188 coniunctivum ex Plauti more positum dicit, ego nullum simile exemplum novi. Sed idem recte vidit vitiosum esse „ut emas, habe"; ac iam Guietus: „uideo. Habe tibi", ego: *Eam habe tibi.* A trecentis minis ut statim ad octoginta descendatur, fieri non potest, a centum facile intelligitur. Accedit quod non solum C minæ, sed etiam LX, quo pretio puella emitur, pergrande pretium erat, cf. Polyb. XXXII, 11, 5: *τηλικαύτη τις ἐνεπεπτώκει περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀκρασία τοῖς νέοις, ὥστε πολλοὺς τὸν ἐρώμενον ἠγορακέναι ταλάντου.* ad Most. 955. Marquardt. Röm. Privatalterth. I p. 181. — 660 sq. *hinc . . . quod*, cf. Amph. 38: „huc animum omnes, quae loquar, aduortite". Senec. Benef. VII, 3, 1: „quantum eo, quod inexplebile est, congeras" cum annot. Gertzii. — 662. *Tuo periclo*, quia mancipio non datur, v. 523. 530. — Post „sexaginta" hiatus; R. cum Bentleio „dabitur". — 663. *quid ago?* consilium quærit. — „te" om Pylades. — 664. *Eu*, v. 157. — Quæ huic versui in codd. adduntur, delevit Both. — 665. Si trecentis, inquit, minis, emisses, non cara esset, cf. Most. 290: „istuc uerbum uile est uiginti minis". Cat. ap. Senec. Ep. 94, 27: „asse carum". — *fecisti lucri*, cf. 710. Poen. 770. Trucul. 680, dicitur ut compendi facere, Truc. 374. Poen. 348. — 666. *pro uestimentis*, quorum plerumque sua æstimatio fiebat, v. ad Pseud. 344. — 667. *Abscedent enim*, i. e. Immo abscedent a me. Se non daturum significat; sed monente Toxilo intro festinat, ut argentum

petat, ne illo negato emptio irrita fiat. — 668. *ansam*, occasionem. — *Abin* Both. — 669. *istum*, Persam, ne forte iratus abeat.

670. Novam scenam incipiunt codd., quamvis nulla accedat nova persona, nec nos in re levicula discedere noluimus, præsertim quum metrum a septenario in senarium mutetur. — 671 sq. Virgo gratum esse Toxilum non miratur, quia bonus vir sit. Eadem sententia Rud. 928 et Capt. 357: „Quod bonis benefit beneficium, gratia ea gravida est bonis". Goetzius Act. Lips. VI p. 301 hæc ab ingenio virginis aliena putat, in quo egregie fallitur. Nam illa quidem ne pro mancipio veneat, summopere nititur; ubi hoc impedire non potuit, libentissime lenonem in fraudem inducit, v. 604, 607 totaque illa scena. — 674. *prorsum*, directa, v. ad Mil. 1186. — 676. „*Illae* ed pr. et ut videtur A." R. — *Quod* A. Cf. Mil. 906 sq. — 677. *protinam*, idem quod „prorsum" v. 674. — *permittas* . . . *te* codd., cf. Cæs. B. G. VIII, 48.: „conversoque equo se permittit in præfectum". Sisenn. apud Non. p. 162. Vulgo editur „permutes", quod nihil est; R. „perbitas", quod pereundi vim habet, v. ad Curc. 141. — 678. *Quod te dignum est*, i. e. quod te decet, quod tuo ingenio convenit; cf. ad Amph. 182.

680. Titulum servavit B. — *Probae* A. — 681. „est" del. Both. Duobus nummis minus quam sexaginta minas ei dat, cf. Cic. Nat. deor. II, 20, 53: „IV et XX mensibus sex, ut opinor, diebus minus eundem lustrat orbem". Ovid. Met. XII, 554: „Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno, Viribus". Plaut. Men. 933: „quattuor nihilo minus". — *Quid sciunt?* quid dicunt? quid significat, quod duo nummi desiderantur? — 682. Post *emere* hiatur in cæsura; Both. R. „uti" scripserunt. — 684. *crumillam* ex A Ritsch. — 685. *Sine*, cf. ad Bacch. 97. — 686 affert Nonius p. 468: „*auspicaui* pro auspicatus sum" addens Stich. 504 al. Rud. 707: „Non hodie isti rei auspicaui"; unde hic quoque *lucro faciundo* pro dativo accipiendum. Coepi, inquit, lucrum facere, et sic pergam in hunc diem. — 688 sq. Verborum ordinem turbatum restituit Camerarius; consentiunt principia versuum in A. — *Hunc in collum*, v. ad Amph. 441. R. „huc". Cf. supra 311. — 689. *Uero* assensum

significat, cf. Ter. Ad. 469. Cic. Tusc. II, 11, 26. Divin. I, 46, 104. — *ceterum*, v. ad Epid. 7. — 690. *ita negotium est*, v. ad Bacch. 751. — 693. *Eum* A. — Versus mancus; Pylades „pergere" addidit; mihi *uisere* aptius videtur. R.: „Eum ego ut requiram et redimam, dare operam uolo". — 694. *Atque*, cf. ad Epid. 380. Post *commonuisti* hiatur; R. „nunc" anteposuit; Muell. aut hoc aut „commonefecisti". — 697 in solo A exstat, ubi R. legit: QUODESTTIBINOMEN L . . . . . QUODTOTIN . . *Quid* scripsi ut 620. Posteriora incerta. R. „sententiæ (non sane litteris) sic satis fieri putavit: nomen quor tu quaeritas?", proxima autem sic mutavit: „Quia attinet nos scire". Immo his, quæ etiam in A sunt, retentis alia antecessisse censenda sunt, velut quæ posui. — 698. *ut scias*. Abraham. „scies" postulabat ut Capt. 337, quo minime opus. — 699 sqq. Nomine ridicule composito ingenium et facta sua significat. Latinis vocibus Græcos addit exitus, si primum exceperis, patronymicorum. Compositionis leges bene servantur, nisi quod interdum, quo facilius sensus intelligeretur, accusativus obiecti cum integro exitu retentus est. Itaque R. *Uirginesuendonides* scripsit, qui virgines vendit. *Nugimeriloquides* Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 20 ex vestigiis palimpsesti: NUGIIPILOQUIDES; Both. „Nugipalamloquides" fecerat, Seyff. „Nugiphiloloquides". *Argentumexterebronides* A. *Tedigniloquides*, qui te digna loquitur. *Nummosexpalponides* R., qui nummos expalpatur vel elicit. In A legerat NUG . . . SPALPONIDES. — 702. *numquameripisibisinides*, qui, quod semel arripuit, numquam sibi eripi sinit. Coniecturam Ritschelii secutus sum, quum ipse Guieti coniecturam præferat: „Numquampostreddonides". In A legerat NUMQUAME . . . PIDESEMELB. — 703. *multimodis* Dousa. — 705. *Contortiplicata*, vox nove ficta. — 707. *ires* A et B, iussivo modo, v. ad Men. 598.

708. Ab abitu Persæ novam scenam incipiunt codd. præter A eodem iure quo 670. Saturio in exitu demum scenæ evocatur. — „Postquam ille hinc" Mueller. p. 429, ut Trin. 998. — 710. *fecisti lucri*, cf. 665. — 711 sqq. Ille, inquit, scit se furtivam virginem magno pretio vendidisse; ego vero quomodo scire possum, an statim amittam, quod emerim, si quis eam in liber-

tatem vindicet? nec habeo quo venditorem persequar; nam longe abiit. — 715. *Nugas*, cf. Most. 1069. al., sed „fabulae“ Ter. Andr. 224. — 717. *sedulo*, cf. ad Capt. 880. — 718. *Immo*. Quid hoc exceperit, non liquet. Gulielmus „Immo seruii“ scripsit, Acidalius „Immo serio“ Dordalo hæc tribuens, sed vix dubium est quin Toxili sint. Itaque R.: „Immo seruolae“; verum si hæc sibi dixit Toxilus non audiente lenone, potius „Immo mihi“ dixit, ac fuit quum coniicerem: „Immo usu meo“. Sed veri similius est, Dordalo hæc dici, quare *ero meo* scripsi. Iusto longius a codd. recessit Ijsendijk. p. 43 „Nimio sedulo“ scribens. — 719. *Attat*, v. ad Amph. 259. Dum leno domum intrat, ut servis aliquid edicat, Toxilum iubet virginem tantisper servare.

721. Hinc novam scenam incepit Bothius, quod R. suspicatur etiam A voluisse, in quo post 722 unius versus spatium vacat. — 722. *occasio ulcisci*, v. Madv. Gr. Lat. 417 ann. 2. cf. „lubido est“ 122. 189. 804. ad Bacch. 413 et Aul. 333. Trin. 1034: „licentiam scuta iacere fugereque“. Stich. 388: „Spes est exigere“. — 724 sq. supra 466 sq. male repetiti. *Tace*; interpellare cupientem cohibet. Cam. hoc Saturioni dedit; Acidal. „et tace“ scripsit. — 727 ex A accessit.

728. *Transcidi* A. — 731. *Bona multa* A, ut iam Lambinus. Mueller. confert 262. Poen. 1214. Cas. 445. 783: „Uenus multipotens, multa bona mihi dedisti“, ut in A est, quum cett. corrupte ut h. l. „bonam uitam“. — 733. *omen* A. Omen se accipere ait et id, quod omine portenditur, iam facturum. *usurpabo*, cf. Cas. 606: „usurpant aures sonitum“. Trin. 846. Lucret. I, 301: „nec frigora quimus usurpare oculis“. ib. IV, 975.

735. *illum* codd., etiam B et A, cum hiatu ante *hominem*, v. Proleg. p. 221. — *Atque*, cf. Most. 1108: „Atque eccum optume“. supra ad 234. — 737. *Ei* A. Pro *pessum* Schoell. Anal. Plaut. p. 45 sq. allitterationis causa „persum“ voluit. — 738. „meust“ R. — 741. *Te quoque etiam ipsum*, ubi non hanc solam pecuniam amiserit, sed etiam iudicio condemnatus plagii poenam subierit. — 742, cf. ad Curc. 621. — 742—45 affert Schol. Cruquian. ad Hor. Sat. I, 9, 76. — 743. *Illi* Cam.

— „sed“ ineptum est; *Ted* scripsi. — 744. *antestaris*, v. ad Curc. l. l. — 747. Post *Nolo* hiatur. — 748. *sceleste* Lambinus. — *feles uirginaria*, quæ virgines venatur, cf. Rud. 738.

Extrema pars fabulæ convivium servorum habet remissi gaudii plenum. Anapæsticos numeros recte constituerunt Mueller. Prosod. p. 99 et Spengel. Reformvorschl. p. 389 sq. 750 octonarius, 751 septenarius, 752—54 octonarii. 755—56 tetrameter creticus cum clausula anapæstica, 757—58 tetrameter creticus cum dimetro anapæstico. 759—66 anapæstici octonarii, 767 septenarius, 768 octonarius, 769—72 septenarii, 773—74 octonarii, 775 septenarius.

750. *pacibus* plurali numero etiam alibi dicitur, v. Munro ad Lucret. V, 1230, sed h. l. pluralis nulla ratio est; *perfectis* pro factis minus offendit. — 751 si recte scriptus est, septenarius est cum hiatu in diæresi, sed quum ceteri fere omnes octonarii sint, hic quoque eiusdem generis fuisse videtur; quare Mueller. „integro toto exercitu“ scribebat, Spengel. „integro et exercitu et p.“. — 752. *Quom*, v. ad Amph. 636. — *Iuppiter* ultimam non producit. — 753. *Eas*, i. e. eius rei; cf. Poen. 1252. ad Capt. 357. — 754. *diuidam*; Hauptius „didam“ ut Mil. 708. — *participabo*, sc. eos, i. e. participes faciam, v. Mil. 234. — 755. *Ite . . . statuite*, alios servos sibi ministrantes alloquitur. — 757. *quae adsolent* in eiusmodi conviviis. — 758. *aliquid mi* scripsi ex vestigiis codicum vix dubiis; vulgo ex Lipsii coni. „aquolam“, quam in cena primam statui profecto non voluit, nec aqua sed vino omnes hilaros faciet. Hoc quidem animadverterunt editores 759 pro *unde* „inde“ scribentes. — *ludentis* retinuit Speng.; cett. cum Gulielmo „lubentis“. *laetificantes*, qui etiam ceteris lætitiam impertiunt. Ad structuram cf. Epid. 604: „exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem“. — 760. *haec* versus causa transposuit Mueller. — 763. „mea“ in B mero errore ortum tuetur R. eius causa delecto *atque*, quo carere non possumus. — 764. *oculus*, nominativus pro vocativo, v. ad Asin. 648. — „in“ del. Cam. — 765. *age age* ed. pr., cf. Ter. Andr. 310. —

766. *accumbe* prima correpta, *moror* et *parem* ultima. Sagaristio se eum honorem non morari dicit: unum postulat, ut compar sibi addatur, quem pepigerit (cf. Trin. 471); cadum autem vini significat. — 767. *Temperi*, brevi, v. ad Aul. 446. — 768. *natalem*, cf. ad Capt. 174, *amoenum*, ut amoenus sit. — *apponite* primam corripit. Reizius aliique: „ponite"; sed illud dici solet. — 769. *hanc*, coronam amicæ offert, eique imperium cenæ tradit. Illi igitur proximus versus tribuendus est, quem vulgo Toxilo continuant; hoc enim est magistri aut dictatoris munus, cyathorum numerum constituere, cf. Stich. 705. Et in C quidem ante *Age* personæ spatium vacat. — 771. *sane*, v. ad Asin. 461. — 772. *Bene mihi*; bibentes amicis bene precari solebant, cf. Ovid. Art. I, 601: „Et bene dic dominæ". Stich. 708. — *dies datus hic mi* versus causa transposui. — 773. *licet* posteriorem non producit. — *factum*, v. ad Amph. 590. — 774. *Bene omnibus nobis*, Toxili hæc verba sunt orationem v. 772 inceptam continuantis. *omnibus* primam corripit. — *Hoc*, ideo, quia liberasti; v. ad Pseud. 646. — *mea* Cam. em. — „amanti" versus causa del. Spengel. — 775. Post *Cedo* hiatus in mutata persona. — Omnibus omnino bene se velle dicit, et eis, qui sibi invideant, et eis, qui sua felicitate gaudeant. *gaudio* add. ed. pr.

776. Dordalus leno advenit. Miseriam suam queritur irasque expromit. Postquam convivantes animadvertit, in eos invehi incipit, sed vicissim ab iis irridetur et illuditur. Anapæsticis fere numeris hæc scenæ pars scripta est. 776 septenarius, 777—79 octonarii, 780—82 septenarii, 783—88 octonarii, 789 septenarius, 790 octonarius, 791 mancus, ut videtur, 792—93 octonarii. 794 dimeter creticus, 795 anap. octonarius, 796 et 97 iambici octonarii, 798 troch. octonarius. 799 trimeter creticus, 800 tetrameter creticus, 801—3 tetrametri bacchiaci, 804 tetram. bacch. catalecticus, 805 compositus et duabus tripodiis troch. catalecticis. 806 tetram. bacchiacus. 807 et 808 dimetri iambici. 809—13 tetrametri bacchiaci. 814 trochaicus dimeter, 815 troch. octonarius, 816 troch. septenarius.

776 sq. Cf. Bacch. 1084 sq. — 777. *omnibus*, cf. Amph. 643: „Uirtus omnibus rebus anteit", ne quis cum R. „omnis"

requirat ut Bacch. 1086. — 778. *corruptor*, quod superiores ad sequentia trahebant, recte R. cum antecedentibus iunxit; dies eum corrupisse dicitur. — 779. *perfabricauit*, confecit. — 780. *Uehiclum* Both. Tantum argenti, quantum vehiculo fertur. — „amisi" pro glossemate delevit Acidalius. Sed versui aliquid deest; *illud* (illuc) add. R. in notis, quum in contextu „iam habeo" scripsisset. Spengel. Reformvorschl. p. 390: „neque rem quam ob rem". — 781. *Qui*, cf. 295. — *personas* allitteratione ductus ridicule addit; Ijsendijk. „Persidas" coni.; trochaicos enim versus facit. — 782. *ita*, cf. 471. — *misero* R. — *conciuit* Cam. — 783. *fidem* posteriore brevi. Eandem iræ causam Toxilus attulerat v. 431. — 784. *ut non*, cf. Poen. 427. Abrupta sententia apodosis desideratur. — 786. *Hoc uide* cum indignatione dicitur, v. ad Aul. 46. — *Hic quidem pol* Mueller. — 787. *quidem est* cod. D. Vulgo hæc verba Toxilo dant, cetera a *Quin* Sagaristioni, sed quoniam nec hoc loco personæ spatium in codd. relictum, nec Sagaristionis aptæ partes sunt, potius omnia inde a *Dordalus* Lemniselenæ danda sunt. — 789. *Fer* Both. — „pedibus" iure delevit Reizius. Manibus, non pedibus aqua datur v. 768. — *puere*, v. ad Asin. 379. — 791. Post *cyatho* hiatus in diæresi; sed versus numeros non explet. Mueller. „si uiuam" addebat, Spengel. „si feries". — 792. *Quid ais?* cf. ad Amph. 414. Non Pægnio respondet, sed Toxilum alloquitur. — *uorsauisti*, v. ad Bacch. 762. — 793. *de Persa*, cf. ad Mil. 1403 et ad Merc. 621. — *manus mihi adita est*, ad Aul. 370. — 794. *auferas*, v. ad Aul. 630. — 795. *et* Camer. — 796. „liceat" R. et Sp. trochaicum versum facientes. — 797. *Cor mihi uritur* R.; Speng. Reformv. p. 160 et hoc et proximo versu „urit" voluit, cf. Ter. Eun. 274. 438. — 800. *Uin . . . dari?* Pægnio hæc dici non possunt; Dordalo dicuntur; itaque post hæc interpungendum. *Cinaedum*, non hominem sed saltationem significat; cf. ad 820. — 801. „Quin" delevi; ex antecedentis versus principio oriri potuit. — *Elude*, cf. Ter. Eun. 55. Liv. IX, 6, 2. Infra 807 est „delude". — 801. *liber locus*, cf. Poen. 656. — 802. *Hui* delevit Speng.; si retinetur, interiectio extra numeros pronuntianda est, v. Most. 37. Mil. 958. 1051. Poen. 608. Protervum Pægnii motum

admiratur. *basilice*, cf. 461. — 804. Bacchiacos catalecticos contra Spengelium Reformv. cap. 8 iure defendit Leo Mus. Rhen. XL p. 171. Ritsch. post „lubidost“ addit „probe“. — 805. *Hoc, leno, tibi*; pede licenter sublato et iactato eum prope percellit. — 806. *Perii* Cam. — *serua*, i. e. observa, cave ne iterum saltando te percellam, cf. Ter. Ad. 172: „Em, serua; omitte mulierem“. Andr. 416. Hor. Sat. II, 3, 59. — *rusum* pro rursum R. ex vestigiis B. — 807. *Delude* edd. — De hoc et proximo versu v. Spengel. Reformv. p. 256. — 809. *Sed* ed. pr. — 811. *te suspende*, mutato ordine R. — 812. *attigas*, v. ad Bacch. 442. — 813. Quum et versui aliquid deesse videretur et claritati sententiæ, R. „Iam utere eo“ scripsit; ego: *Uterè tu eo*; malo eum uti iubet. *te condono*, v. ad Bacch. 1142. — 814. *da pausam*, desine, cf. ad Poen. 459. — 815. *ille*, Iuppiter.

817 sqq. continuantur septenarii trochaici. — *bibere da*, cf. Ter. Andr. 484: „Quod iussi ei dare bibere“. Cic. Tusc. I, 26, 65: „ut Iovi bibere ministraret“. — 818. *Iam diu factum est*, cf. Asin. 249. Capt. 975. Merc. 12. Trin. 1010. — 819. *quod numquam transeat*; ita enim necesse est ventrem rumpat. — 820. *staticulus* saltationis genus est, v. Macrob. Sat. II, 10: „M. Cato senatorem non ignobilem Cæcilium spatiatorem et Fescenninum vocat, eumque staticulos dare his verbis ait: Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ridicularia fundere; et alibi in eundem: Præterea cantat ubi collibuit, interdum Græcos versus agit, iocos dicit, voces demutat, staticulos dat“. — 821. *Me uolo reddere*, cf. Poen. 263: „An te ibi uis uorsarier?“ — 822. *in Ionia*, v. ad Pseud. 1275. — 823. *ni* Reitz. — *Etiam muttis?* Taubm., cf. Amph. 377. — 825. „Iam“ delevit R.; ex superiore versu ortum credo. — *Atque*, cf. ad 234. — *admutilasti*, cf. ad Mil. 768. — *ad cutem* ed. pr. — 826. *geminus*, cf. 692. — *ac*, et quidem, v. ad Amph. 278. supra 694. — 829. *Agite*, cf. 788. — *hunc sultis* Guiet. transp. — Quum in codd. personæ spatium non ante *nisi*, sed ante *non* vacaret, Cam. „nisi non dignust“ scripsit; R. præter personarum distributionem nihil erratum esse vidit. Hic vero verba *Nisi si dignust* cett. Lemniselenæ dedit una cum proximis, ubi *At* in „Et“ mutavit. Mihi

priora non ut superioribus editoribus Toxili, sed Sagaristionis videntur, hæc autem Toxili, qui quum, si leno dignus esset qui illuderetur, de quo non dubitabat, se non morari significaret, Lemniselene se quidem non decere aít tale quid facere; quæ contradictio Toxilum tanto magis exasperat. Ideo, inquit ironice, ei faves, quia me *inconciliauit*, i. e. in angustias compulit, v. ad Bacch. 549, quum te emerem. Itaque aut cum Weisio „non“ delendum est, aut, si quis hoc mavult, „Eo“ et „quia“. *quom emo*, v. ad Amph. 661. — 831. Toxilus eam vetat sibi contra dicere. Versus causa R. „Non attamen“ scripsit, sed „Non“ sic non dicebatur. Scribendum aut *Noli* aut „Nolo“. — 832. Post *dicto* hiatur, nisi cum R. „esse audientem“ scribas. — *absque*, v. ad Bacch. 409. — 833. *faceret* pro fecisset vel facturus erat, v. ad Capt. 532. — *prostibulum* scripsi, superiores „prostibulam“; R. cum B „prostibilem“, quam formam ne quis Stich. 763 tueri putet, ille versus misere corruptus est, a prostando autem necessario prostabilis formandum erat. — *propediem* ed. pr. — 836. *Ni ei offecit* Weisius, quum Pistoris „Ni illi off.“ invenisset. Condicio iam semel v. 834 posita repetitur ut sæpe apud Plautum, v. ad Epid. 170. cf. Mil. 513. Stich. 465. Trin. 838. Non est igitur, quod cum R. hunc versum antecedenti anteponamus. — 838 R. cum Acidalio versui 834 anteposuit, non necessario.

839 sqq. numeri magis varii; primum anapæsti, et quidem 839—44 octonarii cum clausula; tum systema trochaicum, 845 octonarius, 846 senarius, 847 octonarius, 848 septenarius, 849 iambicus octonarius, 851—52 trochaici septenarii.

839. Primæ vocis principium iniuria absumptum Lambinus restituit „graphice“ scribens, *pergraphice* Speng. Reformvorschl. p. 392, cf. Trin. 1139. Cam.: „Pro hisce“ scripserat. Non *loco* solum, sed etiam *sedulo* ultimam corripit. — 840. *quod* Ald. — *Heus* id. — 841. *est Dordalus* Mueller. p. 410. — *liberas* ultimam corripit. — 842. *Quae haec res est?* Ritsch. Opusc. III p. 129: „Quae res? ei ei“. Deinde idem „colaphum mi icit“ coll. Ter. Ad. 199: „colaphos infregit mihi“. Prius cum Acidalio *colapho me* scripserat. — 843. „peruellit“ pravum est; nam etiam si verum esset, apud Athenienses adulteros deprehensos

παρατιλμῷ puniri solitos esse, quod ex Aristophanis Plut. 168 male intellecto scholiastæ effecerunt, hic tamen longe aliud requireretur. Leno non adulterii, sed lenocinii et avaritiæ causa vexandus est, nec eiusmodi poena, quæ curam et temporis spatium postulet, sed iniuria subitaria. Itaque *percellit* scripsi ut 806. Toxilus pede nates eius perculit, cf. Iuven. 6, 612: „solea pulsare nates“. — 844. *expunctae*, i. e. deletæ (v. Curc. 585. Cist. 186) vel nihili factae, ut in cinædo, cf. Martial. XIV, 18: „Alea parva nuces et non damnosa videtur; Sæpe tamen pueris abstulit illa nates“. — 845. *Mi patrone* scripsi, ut Seyff. Stud. p. 14 „Patrone mi“. — *i intro* ed. pr. — 846. *Meam ignauiam* deleto „me“ Spengel., nec ablativus causæ satis defenditur loco Capt. 802. — 847. *Quiane*. cf. ad Most. 1113. „ut tibi bene“ R. — 848. *sescenti nummi*, quos pro Lemniselena acceperat (v. 37), sed pro ficticia captiva dependerat. *agunt* ed. pr. — 850. *iam supplici* transp. Both. — 851. In hoc versu constituendo Schmidtium secutus sum Quæstion. de pron. dem. formis p. 26, nisi quod ille „med“ scripsit, ne hiatus esset, fortasse recte. Delendum esse „intro“ ut a sensu prorsus alienum, etiam alii viderant. — 852. *Te conuenisse* transposui, et extrema supplevi ut septenarius fieret; Camer. „memineris“ edidit. Utrumque versum sic constituit Studem. Annal. philol. 1876 p. 65: „I in crucem. DO. An me hic parum exercitum hisce habent? TO. Conuenisse te Toxilum memineris“, ut sit dimeter creticus cum penthemimere trochaico et penthemimeres trochaicus cum dimetro cretico. — 853 utrum Toxilo continuandus sit an cantori dandus, ambigimus, v. Proleg. p. 173. Quod in codd. additur „pantio“, R. proleg. Trinum. p. XXX cantionem interpretatur, cf. Stich. 758, ut tibicinis cantus fabulam clausisse significetur.

COMMENTARIUS

IN

RUDENTEM.

Dæmones Atheniensis egestate ac dolori cedens patria relicta Cyrenas migraverat ibique extra urbem prope Veneris ædem agrum parvulum colebat. Dolorem autem præter fortunas fractas ex filiola furto ablata maximum ceperat. Hanc leno emerat et iam adultam Cyrenis alebat Palæstram appellatam, amabat autem Plesidippus adolescens Atheniensis. Is eam in libertatem redempturus partem pretii iam lenoni solverat, et constitutum erat ut postero die, quum reliquum solvisset, sacrificio facto apud ædem Veneris puella ei traderetur. Tum leno, quum ei Siculus quidam senex Agrigenti multo maius lucrum fore promisisset, noctu cum omnibus rebus suis navem clam conscendit in Siciliam navigaturus. Sed vix evectis tempestas maxima coorta navem frangit. Palæstra puella una cum ancilla sua in oram maris prope Veneris ædem eiiciuntur et a sacerdote anu recipiuntur. Sed eodem leno et ipse e fluctibus servatus venit puellasque aram amplexas abripere conatur, donec Dæmones vicinus supplices vindicat, et Plesidippus adulescens, qui, quum lenonem aufugisse sensisset, tamen ne quidquam intentatum relinqueret, ad Veneris ædem, quo ad sacrificium condixerant, se contulit, manu iniecta sceleratum hominem in ius rapit. Interim Gripus piscator, servus Dæmonis, rete suo vidulum gravem capit. Spe magnarum divitiarum exsultanti Trachalio Plesidippi servus occurrit, vidulique, quem lenonis esse agnoscit et inter alia cistellulam cum crepundiis Palæstræ continere novit, partem sibi vindicat. Cuius controversiæ arbiter captus Dæmones aperto vidulo et inspectis crepundiis Palæstram suam filiam esse comperit. Leno autem iudicio condemnatus

et Palæstra amissa redit, ut ancillam saltem recuperet. Huic Gripus obviam factus vidulum amissum se indicaturum promittit, si sibi talentum det; Dæmones autem herus eius, ad quem quidquid servus acquisierat iure pertinebat, accepto talento et Gripum manu mittit et ancillam a lenone redimit.

Hanc fabulam qui Græce scripsit, Diphilus Sinopensis (v. 32) quo nomine appellaverit ignoratur, Plautus *Rudentem* nominavit a rudente vel rete, quo vidulus lenonis e mari extrahitur (v. 926. 1002. 1018). Quod si quis quæret. cur a rudente potius quam vidulo nomen ceperit, Studemundus (Revue de l'Instruction publique en Belgique XXV. 1882) docuit alteram Plauti fabulam, Vidulariam, argumenti fere gemini fuisse. Quæ si antiquior fuit, eo nomine iam occupato novæ fabulæ aliud quærendum fuit.

Fabula pulcherrima quum multa vere comica, tum non pauca seria et formidinis et misericordiæ plena habet, ut a nostri temporis fabulis minus quam aliæ pleræque abhorrere videatur. In suum usum convertit poeta Italus, Ludovicus Dolce, quum fabulam „il Ruffiano" scriberet, ne alios commemorem minus notos.

Palimpsesti Ambrosiani ad hanc fabulam septem tantum folia pertinent, quorum quum in tribus et in altera quarti pagina fere nihil legi possit, septem paginæ restant, quæ fructum aliquem afferre possint. His hi fere versus scripti sunt, 216—28, 507—76, 752—87. Scripturas enotarunt Maius et Geppertus præf. p. V sq. Codices Vaticanum (B) et Heidelbergensem (C) ipse contuli. In media fabula, post v. 636, quum vel margo archetypi codicis vel aliæ eius partes labem aliquam contraxissent, aliquot locis aut in principio aut in exitu versuum aut in mediis etiam librarii lacunas indicarunt; sed quod post v. 422 pluribus locis Fleckeisenius versus excidisse putavit, falsa eum decepit codicis B species; v. ad eum locum. — Separatim hanc fabulam ediderunt Reizius 1789, C. E. Ch. Schneider 1824, Geppertus 1846. Annotationes in Rudentem scripserunt Kampmannus, Vratisl. 1830, et Francken. Mnemosyn. nov. ser. III (1875) p. 34 sqq.

Personarum nomina Græca sunt, partim vulgaris usus, partim ingenia hominum significantia, velut *Labrax* leno dicitur

propter avaritiam, λάβραξ enim piscis est ingenti rictu voracitatem præ se ferens; *Gripus* piscator, qui Græce γριπεύς est; *Sceparnio* servus opus faciens a σκεπάρνῳ, i. e. securi; *Trachalio* alter servus a τραχήλῳ, i. e. collo, quasi robusto collo munitus; Galerius Trachalus orator Romæ consul fuit a. 68 p. Chr. *Dæmones* Δαϊμόνης esse videtur, qui hostium impetum impigre sustinet, cf. Anth. Pal. VI, 259. Adulescentis nomen *Plesidippus* est in A B C v. 543, item in B C v. 333 et 379, quum 337 B „Plemdippus", C „Plenidippus"; „Pleusidippus" autem codd. Argum. 6, item C 859. 1198. 1205. 1269, quæ forma et per se minus veri similis est et ex errore librarii orta videtur, qui in Milite Pleusiden pro Pleusicle legerat. Ceterum per totam fabulam a B personarum notæ absunt, nec in C nisi v. 604—33, 1083 sq., 1087, 1095, 1109, 1192 ad fin. inveniuntur, sed parum constanter et sæpe prave.

Argumentum

acrostichum sex senariis scriptum. 1. *extraxit* prima correpta; Both. Fl. licentius verborum ordinem mutarunt. Iidem v. 4: „Ea suipte inprudens in clientelam" mali versificatoris vitia tollentes. *suipte* em. Camerarius.

Prologum

Rudentis et ipsi Plauto vindicaverim, v. Proleg. p. 162, et iam in Græca fabula fuisse arbitror, quæ priori saltem parti usque ad v. 30 responderint. Prologi partes Arcturus agit, splendidissima stella in Boote, quæ, quum totum signum, quod et ipsum antiquitus ἀρκτοφύλαξ appellabatur, nomen mutasset, sola antiquam appellationem retinuit. Huius et ortus et occasus graves procellas afferre putabatur, v. 70 sq., cf. Plin. Hist. nat. II, 106: „Arcturi sidus non ferme sine procellosa grandine emergit". Huic igitur poëta acceptam refert illam tempestatem, quæ navem lenonis frangit et Palæstræ patrem reddit. Oritur

autem Septembri mense circa æquinoctii tempus, occidit Novembri mense. Ortus enim intelligitur non cosmicus, qui quum una cum solis ortu fiat non conspicitur, sed heliacus, i. e. quum primum in diluculo matutino ante solis ortum emergere spectatur; occasus item heliacus, i. e. quum ultimum ineunte nocte post solis occasum occidere videtur. Hæc mihi tempora collega amicissimus, immatura morte abreptus, H. L. D'Arrest, qualia Romæ Cæsaris dictatoris ætate apparebant, benignissime computavit. Tum enim Arcturi ortus cosmicus die Septembris IX factus est, heliacus Sept. XXI, occasus heliacus Novemb. V, acronychicus, i. e. ubi una cum sole occidit. qui occasus non conspicitur sed computatur, Novemb. XXVII. Nec abhorrent Calendaria Græca, quæ ad nos pervenerunt; nam Ps. Geminus. ed. Wachsmuth. p. 177, in Virginis signo die X: *ἐπιτέλλει ἀρκτοῦρος· χειμὼν κατὰ θάλασσαν.* Claud. Ptolemæus ib. p. 206 mensis Thot die XXIII, i. e. Sept. XX: *ἀρκτοῦρος ἑῷος ἀνατέλλει* cett. Aetius Amidenus ibid. p. 265: *μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ιδ̄ ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλει καὶ ἀλλοιοῖ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ [τὸν ἀέρα].* Tum de occasu Ptolemæus p. 212 mensis Athyr die XII, i. e. Novemb. IX: *ἀρκτοῦρος ἑσπέριος δύνει.* Ps. Gemin. p. 179 in Scorpionis signo: *ἐν δὲ τῇ ε̄ Εὐκτήμονι ἀρκτοῦρος ἑσπέριος δύεται καὶ ἄνεμοι μεγάλοι πνέουσιν. ἐν δὲ τῇ η̄ Εὐδόξῳ ἀρκτοῦρος ἀκρόνυχος δύνει, καὶ ἐπισημαίνει, καὶ ἄνεμος πνεῖ.* Hor. Od. III, 1, 27: „saevus Arcturi cadentis impetus". — Qua facie et ornatu Arcturum conspicuum fecerit Plautus, ignoramus; sed stellæ naturam insigni quadam ratione indicatam fuisse, ex v. 3 apparet.

2. *ciuitate*; de omissa præpositione cf. ad Curc. 206. — 3. cf. Amph. 598: „Sic sum ut uides". — 5. *Hic*, nostris oculis. — 7. Post *ambulo* hiatus, cf. Proleg. p. 219. Reiz. „autem" addebat, Fl.: „ambulans". — *interdius*, v. ad Asin. 592. — 8. *accidunt*. Argutatur stellas cadentes sive traiectas in comparationem advocans. — 10. *disparat* distribuit. — *alium*. Hiatum Kampmannus cæsura quadam ut „in thesi secunda dipodiæ iambicæ" defendit. Utut est, relinqui debet. Fl. „hic" addebat; Mueller. Nachtr. p. 142 „sorsum". Seyffert Stud. p. 24 „aliud" coniecit. — 11. Ante *hominum* hiatus, v. Proleg. 221. Camer. transp.: „Hominum qui facta; Spengel.

„homonum“ voluit. — 12. *ut quemque* cett., qua quisque ratione opibus suis utatur. — 13. *litem* petere dicitur ut „apisci“ v. 17, „auferre“ 20. Alibi „lite cadere“, „litem dare secundum aliquem“. — 14. *in iure abiurant*, cf. ad Pers. 477. — 16. *quaerat malum*, cf. ad Aul. 475. — 17. *Qui*, i. e. si qui, cf. ad Men. 947. *periurio* edd. — 20. *quam litem auferunt*, i. e. quam lis est, quam auferunt. — 22. Post *scelesti* Cam. „illi“ addit; Reiz.: „inducunt in animum suum“. Hiatus in cæsura nihil offendit; minus placet solutus sententiarum nexus; quare fuit quum „si“ addendum putarem. Idem Muellero placuit, Prosod. p. 509. Sed similiter sententiæ struuntur infra v. 65. — *inducunt* edd. — 23. *donis hostiis*, asyndeton, cf. ad Amph. 891. Ad sententiam cf. Cic. Leg. II, 9, 22: „Impius ne audeto placare donis iram deorum“. — 25. *periuris* Cam. — *supplici*, cf. Trucul. 883. 890. Nonius p. 398: „Supplicium supplicatio“ affert Attii et Afranii locos et Sall. Cat. 9, 2. add. Iug. 46, 2. Liv. XXII, 57, 5. Fest. p. 309. — 28. *qui estis* edd. *hoc* Fl.; Acidalius scripserat: „hic qui estis boni“.

32. *Primum dum*, v. ad Bacch. 256. — *Diphilus* Sinopensis, poeta nobilis, cuius centum fabulæ ferebantur, inter quæ Κληρούμενοι, unde Casina ducta, v. Cas. prol. v. 31, et Συναποθνήσκοντες, unde Commorientes, v. Ter. Ad. 6. — 35. *Senex* ultima brevi: Both. „huc“ delebat. — 36. *Neque adeo*, v. Langen. Beitr. p. 143. — 38. *comitate*, cf. Trin. 254: „Fit ipse, dum illis comis est, inops amator“. — 39. *filia olim* em. Kampmannus p. 14. — 43. *fidicinio*, ubi fidibus canere discebant; vulgo „fidicino“, quod iure damnant Luchs. Studem. Stud. I p. 14 et Havet. Revue de Philologie VIII p. 109. Dipodia ex dactylo et anapæsto constat, v. Prol. p. 181. — 45. *Minis triginta*, cf. Curc. 63. Most. 293. — *destinat*, emit, cf. ad Pers. 539. — 47. *se aequom*, sc. facere, cf. 311. Asin. 81. 829. Aul. 122. Ter. Heaut. 949; in ann. ad Bacch. 485 parum recte hunc locum attuli. Reflexivum autem pronomen ponitur, quasi hoc ipse dicat se decere, ut sæpe. — 49. *Ei*, si scriptura sana, „eiei“ pronuntiandum, v. Proleg. p. 216, cum hiatu, sed nescio an „Namque“ exciderit. Fl.: „Erat ei“; Havet.

„Ei erat hic hospes". — *par sui* Fl.; superiores: „par illius". — 50. *urbis proditor* videtur esse qui urbem prodidit, sed ex rerum historia nihil tale novimus. Dziatzko Mus. Rhen. XXIV p. 576 ex Liv. XXIV, 35 suspicatur, anno 215 Agrigentum proditione ad Carthaginienses transisse, quod nimis incertum est. Fortasse Plautus eum tantum significavit, qui, si occasio esset, patriam proditurus esset. — 52. *mulierculae* relativæ sententiæ interpositum, cf. ad Poen. 193. — 55. Post *potesse* hiatur in cæsura ut 63. 65. 103. 106. — 56 ex 530 repetitus; uncis incl. Fl. — 61. *Id . . . fanum* parenthetice interponitur; *eo* est ideo. Si ad locum refertur, aut delendum est „huc", aut cum Kampmanno „hunc" scribendum. — Post *fanum* hiatus; vulgo transponunt: „fanum Ueneris". Quod Pindarus Pyth. 5, 24 Cyrenas γλυκὺν κᾶπον Ἀφροδίτας dicit, huc non pertinet. — 63. *auehit* edd. — 65. Post *portum* Fl. „quom" addit, cf. 22. — 67. *quoniam*, v. ad Asin. 347. — 68. *ei* edd. — 69. *Increpui hibernum*, strepitum hibernæ procellæ feci. — 70. *unum* add. Seyffert. Stud. p. 24; vulgo transponunt: „omnium sum". — 72. Ne hiatus sit post *leno*, Fl.: „atque eius hospes". — 73. *eiecti* edd. — 75, cf. 366. — 76, cf. 164. — 77. *ubi.* Fl. „qui ibi", recte, ut videtur. — 79. *qui* ad „illic" refertur, cf. ad Asin. 64. — 82. *Ualete* dupliciter, et ad valetudinem, salutandi causa, et ad vires.

Sceparnio, Dæmonis servus exit cum pala aut rastro, ut lutum fodiat (v. 96. 100), quo tectum villæ procellæ vi vastatum sarciat. — 84. *Neptunus*; a mari enim venit procella. — 85. *quid uerbis opust?* ne longus sim, cf. 135. — 86. *Alcumena Euripidis* tragoedia, ut ex hoc loco apparet, vehementissimam tempestatem obtulit, ut Lambinus censebat, in natalibus Herculis, cf. Plaut. Amph. 1110: „Ibi continuo contonat Sonitu maxumo; aedis primo ruere rebamur tuas". Magis dubia suspicantur Welcker. Griech. Tragoedien p. 690 sqq. Alcmenam et Rhadamanthyn eandem fabulam censens, et Francken. Mnem. III p. 36. — 88. *Inlustriores fecit* tegulas, i. e. tectum, cf. Mil. 156. 173. 178. 274 286. Qui corrigere conati sunt, nihil melius

effecerunt, Seyff. Stud. p. 24: „Inlustriorem", sc. villam, Francken. p. 37: „Inlustria ora". Idem recte contulit Verg. Æn. II, 482: „Ingentem lato dedit ore fenestram". *fenestras* media correpta, v. Proleg. p. 201.

89. Plesidippus adolescens advenit cum tribus amicis armatis (v. 314), quos secum adduxit ad prendendum lenonem. — 90. *id, qua gratia*, cf. ad Mil. 624. infra 1059. Pers. 392. — 92. *desidiam* suam accusat, quod non forti animo inutilem conatum abiiciat. — 94. *uenio uisere*, v. ad Bacch. 351. — 96. Sceparnio lutum fodere incepit, sed quum opus difficulter procedat, ea quæ iam effodit, quamvis vix sufficientia (v. 100 sq.) *concinnare* statuit, i. e. præparare, cf. ad Asin. 215. *mactat*, quod „fatigat" interpretantur, hoc significare vix potest, corruptum videtur. Fl. „mantat" ed.; num „macerat"? — 97. *hic* Reiz., cf. 228. 239. al. — Adolescens loquentem animadvertit, sed ante quam eum adloquitur, ipse Dæmones exit. — 98. *Qui*, i. e. quis, v. ad Pers. 312. — 99. *Quasi*, cf. ad Merc. 945. — 103. *Pater*, adlocutio verecunda iunioris, cf. Trin. 878. 884. infra 261: „mater". Hor. Ep. I, 6, 54: „frater pater adde". — Post *salueto* hiatus in cæsura; Fl. „tu" add.; Mueller.: „uosque adeo ambo"; neutro opus. — 104. *mas* Camer.; *masne* Fl., cf. ad Pers. 309. — 105. *Quaere ... patrem.* Hæc vulgo Dæmoni dant; Geppertus rectius Sceparnioni, quem orationem a se inceptam terminare oportet. — 106. Hiatus in cæsura. — 107. *Uirile sexus*, accusativus absolutus, v. Madv. Gr. Lat. 238. Vulgo virile et muliebre secus dicitur, v. Neue Formenl. I p. 485; *sexus* et codd. Plauti et Priscianus V, 6, 32, p. 653. — 108. *Tibi* ultima longa. Male Fl.: „Hem tibi" et Mueller. Nachtr. p. 86: „Nos tibi" aut „At tibi". — 111. „mox" om. Reiz. — 112. Post *peculiosum* hiatur in cæsura; Fl. „addecet" scripsit. Plesidippus miratur quod servus audeat hero præsente orationem occupare et tam licenter loqui. Egregium ait talem servum esse oportere, probum et magno peculio munitum. Acidalio probitatis laus ab hoc loco aliena videbatur; quare pro *et probum* „probe" scripsit, ut significaretur „valde pecuniosum", Fl. „adprobe". — 113.

quem praetereat oratio, i. e. qui tam celeriter loquatur, ut oratio ipsum (vel mentem eius) præterire videatur. Nos orationem vel os afluere et abundare diceremus. Acidalius hic quoque vitium inesse credens *quem haud praetereat oratio* scripsit, quod significare voluit: qui hero præsente non taceat; nimis contorte, quamvis edd. secuti sint. — 114. *inclementer*, v. ad Amph. 735. — 115. *inpudicum*, v. ad Amph. 920. — 117. *Quoi debeatur nihil*, cf. Mil. 423. — 118. *Quid opus?* codd.; edd. „est" addunt, vix opus. — Post *isti* hiatur, cf. Prol. p. 220. Fl.: „istic". — 119. *praeloqui*, prius loqui, cf. 247. — 121. *atque*, „licet ad confabulandum otiosus non sim" Schmieder. — 122. *exsicas* Turnebus, a secando, cf. ad Poen. 454. — 123. *sudum*, serenum, v. ad Mil. 2.

125. Conferatur altera descriptio 315. — 126. *palpatorem*, cf. Men. 258. — 129. *adornarat* scripsi; vulgo „adornauit", Fl. „adornarit". — 130. *faciat*, cf. ad Amph. 739. Aul. 542. infra 707. Trin. 15. — 135. *aulam extarem*, ollam ad exta coquenda, cf. Fest. Ep. p. 23, ubi scribendum „aulicocta (non aulicocia) exta". — 138. *uerba praehibes*, cf. Asin. 187. — 140. *βωμολόχον* eum appellat, scurram qui templa et aras sacrificiorum et epularum causa frequentaret. — 143. *Ille qui* edd. *nullus*, v. ad Asin. 405. — *Admodum*, v. ad Bacch. 833. infra 268. — 144. Nihil, inquit, periculi est, si domum ibis sine prandio, nam etiam si manebis, nihilo magis prandebis. Periculum igitur non mali alicuius aut calamitatis intelligitur, sed iacturæ. De infinitivo cf. Aul. 228: „Hoc magnumst periclum me ab asinis ad boues transcendere". Kiessling. Mus. Rhen. XXIV p. 578 „Nimiumst periclum" scribebat, quo facto Dziatzko vv. 142 sqq. post 139 positos Dæmoni dabat; Brix. Ann. philol. CXXXI p. 201 totum locum versibus transpositis et quibusdam deletis refingebat. — 145. *Cererem* et *sectarier* edd. — 146. *Amori* Fl., cf. 180. ad Mil. 483; superiores „triticum". — 147. *ille*. „illic" postulat Luchs. Herm. VI p. 279.

149. *secundum litus*, cf. Varr. L. L. VII, 81: „quum leno secundum parietem transversus iret". — *opinio est* Reiz. — 150. „*Propter uiam*" ait Fest. p. 229 „fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem

est deus". cf. Laber. v. 69. Macrob. Sat. II, 2, 4. Facetias non optimas proxime explicat. Lavabant homines ante cenam; hos post cenam lavasse apparet, nam iam mane lauti sunt, ut prandii causa lavasse videantur. Lavatio autem naufragium est. — 152. *Confracta . . illis* Dæmoni dedi, superiores servo. — 154 affert Priscian. III p. 614. — *Homunculi quanti estis*, cf. Capt. 51. — *eiecti ut natant* edd. — 155. *i*, v. Proleg. p. 212.

159. *Palæmon* et Leucothea mater eius dii marini, qui tempestate laborantibus opem ferre credebantur, et in Isthmo et in aliis locis colebantur, v. Apollod. III, 4, 3. Paus. II, 2, 1. Preller. Gr. Mythol. I p. 379. Quod autem additur, eum Herculis socium esse dici, id prorsus incredibile est; quare, quum etiam versus claudicaret, edd. correxerunt: „quique hercule illi socius"; rectius Fl. ineptum versum seclusit. — 165. *rectius* add. Reiz. — 166 affert Nonius p. 519 omisso „me". — 168—69 spuria circumlocutio est versuum 170—71. Et *eiecit* pravum est, quum antecedat *fluctus* plurali numero, nec *altera* plus quam bis dici potest, et hic duæ solæ mulieres sunt. Fl. partem veri vidit, quod v. 168 seclusit, sed omnia turbavit, quod proximorum sex versuum ordinem inter se permutavit. — *eugepae* Cam. — 170. *Uiden* edd. — *ut eiecit*, v. ad Amph. 17. Ampelisca significatur, v. 199. — 171. *se capessit*, v. ad Amph. 258. — *salua res*, sc. est, v. ad Capt. 487. — 175 affert Priscian. XV p. 1013 pro *it* „est" scribens. Quum iam salvam crederet, novus timor oritur; nam errore in dextram partem se convertit, ut in avia et periculosa abeat. — 177. *capessit* omisso „se"; sed pro „ea" *se* scribendum videtur. — *Si cadit*, cf. ad Stich. 537. — 178. *fecerit conpendium*, v. ad Asin. 305. Non amplius errabit, nam peribit. — 179. *de illarum uesperi* Camerarius ex Mil. 990. — 180. *illis*, v. ad 146. — 181. *es* add. ed. pr.; Fl.: „Si aput med essuru's, mihi dicari o. u.", quod iure improbarunt Mueller. Nachtr. p. 9. Luchs. Stud. I p. 22. — 182. *Bonum aequomque oras*, v. ad Capt. 332.

183. Palæstra miserias suas cantico queritur, in quo ordinando, quum in C versus non distinguantur, ab ea versuum discriptione, quæ in B est, excepto v. 204, nusquam abscessimus; ceterum magnam partem Spengelium secuti sumus, Reformvorschläge p. 408. Incipit ab anapæstis; 183, 185, 187, 188 trimetri sunt; 184 et fortasse 186 lacuna laborant. 189—92 bacchiaci tetrametri. 193—94 systema a bacchiis in iambos, abiens. 195 bacchiacus(?). 196 anapæsticus. 197 incertus. 198 et 199 compositi ex duobus creticis et dimetro trochaico catalectico (– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – – ⏑ –). 200 creticus tetrameter. 201 cret. tetr. catalecticus. 202 bacchiacus tetrameter. 203 duæ dipodiæ trochaicæ catalecticæ. 204 iambicus octonarius. 205—6 tetrametri cretici. 207 catalecticus ut 201. 208 tetrameter creticus. 209 duæ dipodiæ trochaicæ catalecticæ. 210 tetr. cret. cat. ut 201 et 207. 211—13 cretici tetrametri. 214 tetr. cret. cat. ut 201. 215 dimeter trochaicus catalecticus. 216 trochaicus septenarius. 218 iambicus septenarius.

183. *Nimio*, i. e. multo, cf. ad Bacch. 120. Hominum fortunas ait, quamvis miseræ esse dicantur, tamen re ipsa expertis multo acerbiores esse. *miserae* edd. — 184 sq. In principiis horum versuum lacunæ in utroque codice indicantur. Supplevit Spengel., qui ut priorem quoque integrum tetrametrum faceret, sic scripsit „Quam eas esse vident quom experiundo is dantur acerba". — *is* scripsi cum Fl., nam monosyllabum est, v. ad 155. — 185. *Satin*, v. ad Amph. 627. — 186. *eiectam*, sc. esse; sed aptius fuerat præsens, ac Speng. veri similiter in principio versus, quamquam nulla lacuna in cod. indicatur, suspicatur excidisse „Errare", quo addito integer tetrameter efficitur. — 187. *me* add. Cam. — 188. *Hanc* scripsi versus causa. — 189. Hiatur post *Nam* monosyllabum, ut proximo versu post *Si* et 192 post *Tum*; improbarunt et Speng. et Mueller. p. 746. — *haud* edd. — *laborist.* Fl.: „labori sit", nec sane cultioris orationis scriptores hypothesin in utraque sententia indicare omisissent; sed cf. infra ad 1009. — *laborem hunc potiri*, cf. Non. p. 481. ann. ad Amph. 175. — 190. *me inpiaui*, cf. Poen. 381. — 192. Post *indecore* hiatus in cæsura. — 193. „sibigni" merus scribendi error ex proximo

vocabulo ortus, quare nec cum antiquis edd. „igitur“ scribendum, nec cum Fl. „insigne“ aut cum Muellero „remeliginis“ aut cum Speng.: „Nam quid se impii dignum posthac habebunt“. — 195. Post *sciam* vox aliqua excidisse videtur ut, „male“ (Sp.) — *mei miserear* Sp., v. ad Capt. 759; Cam. „me miserer“ ed., cf. Epid. 532 sq. — 197. Speng. creticum tetrametrum habet, ut *omnia* cæsura vi ultimam producat. Muellerus p. 190 sq. pluribus vocibus additis vv. 197—201 sex tetrametros creticos fecit. — 200. *saltem*, cf. 541. — 203. *Ita*, quasi antecessisset „nescio, quam spem“ aut simile quid, cf. 87. 210. 519. al. ad Epid. 667 et Pseud. 898. — 205. *mmae opes*, sc. sunt, v. ad Amph. 590. Se nihil possidere dicit præter ea vestimenta, quibus induta est. *oppido*, v. ad Most. 132. — 206. Si scriptura sana, zeugma durissimum est pro: „nec quo cibo utar, nec quo loco tegar scio“. Francken. p. 41 coni. „nec cibum nec loco tecta quo sint scio“, i. e. nec cibum nec tecta noui quo loco sint. — 208. *necdum adhuc* Speng.; Fl.: „necdum hic umquam“. — 211. *sum* olim additum. — 213. *membra* Cam.; *mi* Reiz. add. — 216. *si* addidi, cf. Bacch. 999. 1001. Ter. Phorm. 295: „Verum si cognata est maxume, non fuit necesse habere“. Eun. 865: „Nam si ego digna hac contumelia sum maxume, at tu indignus, qui faceres, tamen“. — 217. Versum et numeris destitutum et sententiæ tenorem interrumpentem seclusi; Speng.: „Nunc qui minus serua seruio quam serua nata si forem?“ — 218. *illis* Reiz. *profui* edd.

219—227. Ampelisca ancilla vagatur dominam quærens. Anapæstici tetrametri, v. Speng. Reformv. p. 163. — *meliust* Reiz. — *ut* exstat in A. — 220. *exanimales*, cf. Bacch. 843. — 221. *Ita res sordent*, i. e. nullius pretii sunt, v. ad Poen. 1176. Sic lacunam, quæ in B trium, in C novem litterarum est, Fl. explevit. Geppert. in A legit „. i . . viss . . si . . . parco“. — *perdidi* primam corripit. — 222. *omnibus latebris* Reiz.; Kampm. p. 19: „omnes latebras“. — 223. *Quaerere* edd. pro „ut quaererem“, cf. 94, sed hoc loco parum apte; nonne „quaerens“ fuit? — 224. *Neque eam* edd. — *consultumst*, cf. l. Acil. rep. v. 18, ubi recte Mommsen: „de quibus sibei consu-[ltum sit]“. — 225. *in terra* Bergk. Beitr. p. 77 ex A omisso altero

„quemquam“; hiatur in diæresi. Spengel. cum Fl.: „quemquam interea hominem“. — 226. *sunt* add. R., et Gepp. p. VI testatur in A spatium convenire; Mueller. maluit „loca sunt“. — 227. *uiua umquam* Reizius.

228. Puellæ altera alteram audiunt. Mutantur numeri; a trochæis initium fit; tum transitur ad creticos. 228 et 229 trochaici dimetri hypercatalectici. 230 compositus ex duabus tripodiis catalecticis. 231—51 cretici tetrametri, nisi quod 242 ex duabus tripodiis trochaicis catalecticis constat. 252 pentameter creticus. 253—55 iambici octonarii. 256 trochaicus septenarius.

228. Iam puellæ inter se audiunt, nondum vident, quia et spatii aliquantum intercedit necdum clara lux facta est. *Quoianam* Francken. — 229. *Pertimui*, cf. Trucul. 763. ad Amph. 52 et Men. 851. — 231 sqq. Creticum systema examinavit Spengel. Reformv. p. 1. — 232. *Iamne*, *Spes*, *me* supplevit Spengel. — 233. *tetigit auris* Fl. — 236. Extrema pars versus excidit; Cam.: „Ego Palæstra sum“; Reiz. „tua“ add.; Spengel. „ipsa“, sed ut inter utramque personam divideret: „P. Ego. A. Palaestra? P. Ipsa sum“. — 239. *uidere expecto*, cf. Ter. Heaut. 890: „scire expeto“. Trin. 366. — *Mihi es aemula* edd., i. e. meum idem studium est. — 241. *Fit sedulo*, cf. Trin. 193. — 243. *uiuere ut* transposuit Reiz. — 244. *Quom* Both. — 245. *te tenere*; omittitur subiectum „me“, cf. ad Amph. 22. Catul. 31, 5: „uix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos Liquisse campos et videre te in tuto“. — 246. *laborum leuas*, cf. Madv. Gr. Lat. 261 not. 4. — 247. *praeloqui*, cf. 119. — *quae mea oratio est* Reiz.; sed verbum omitti potest. — 250. *uuida* edd. — 251. *Hoc . . . id*, v. ad Asin. 523. — 252 emendavi ut potui; duplex „uidesne“ ferri non potuit. — 253. *Uideo . . . uiderier* codd.; „uideor . . tuerier“ Dous. — 255. *Nunc quisquis* suppl. Camerarius.

257. Sacerdos Veneris exit. Canticum similibus numeris continuatur. 257—61 tetrametri bacchiaci. 262 bacchius cum dipodia iambica. 263 creticus tetrameter. 264 dimeter iambicus catalecticus. 265—76 tetrametri cretici, nisi quod 272 imperfectus est. 277—80 tetrametri bacchiaci. 281 duo bacchii

cum tribus trochæis. 282 trochaicus septenarius. 283 sq. dimetri anapæstici. 285 tetrameter bacchiacus. 286 dimeter bacchiacus hypercatalecticus. 287—88 = 285—86.

257. *mea ex*, episynaloephe, v. Proleg. p. 214. *preces expetessunt*, ut preces precari Cat. R. R. 134, cf. Epist. Corneliæ ap. Nep.: „Non pudet te eorum deum preces expetere, quos vivos atque præsentes relictos atque desertos habueris?" — 260. *exsequontur*, cf. ad Epid. 570. — 263. *sic* addidi versus causa; Reiz. cett. transp. „ire uos". — 264. *maestiter* affert Priscian. XV p. 1010. — 265. *Ilico*, hoc quidem tempore, cf. ad Trin. 610. — *haud longule* edd. — 267. *equo ligneo* edd., i. e. navi. — 269. *hostiatas*, cum hostiis. — 271. *Quaene* Muretus, v. ad Amph. 690. — 272. *uoluisti*, cf. 229. Versus causa Spengel.: „uoluisti huc adigere". Charisius II p. 198 affert: „unde nos hostias agere uoluisti?" — 274 affert Gellius IX, 12, 21; Nonius p. 145 corrupte: „quae in loco si nescis, nescia spes sumus". *nescia spe*, i. e. nescientes, quid speremus. Francken. p. 40 coni. „nesciae ipsae", sed hoc nihil aliud esset quam *in locis nesciis*, i. e. ignotis, cf. ad Capt. 264. — 277. *locust* Reiz., „est" om. Fl.; Spengel.: „nec locus nullus". — 278. *hoc .... quam quod uides*, epexegesis, v. ad Asin. 432. — 282. *uitam colo*, sustento, cf. Ter. Heaut. 136: „dum ille uitam illam colet inopem". — *cibo meo*, αὐτόσιτος Athen. VI p. 248. — *Ueneri* et *seruio* edd. — 284. *clueo*, dicor, v. ad Men. 840. — 286. *quo*, ad quem finem, cf. Spengel. Reformv. p. 221 sq. Fl.: „quoad". — 287. *honorem*, cf. Gell. XII, 9, 4 sq. ex Metello Numidico: „tanto ille uobis quam mihi peiorem honorem habuit"; „cuius verbi" inquit „sententia est, quam ipse quoque supra dicit: maiore vos affecit iniuria et contumelia quam me". Cf. supra 194. — 288. *nostrum*, i. e. nostri. Langen. p. 132 confert v. 1132. Quod autem genetivus ponitur pro dativo (nobis), v. Madv. ad Cic. Fin. II, 9, 27.

---

289. Piscatores matutino tempore ad piscatum exeunt. Citato gradu incedunt, v. Quintil. XI, 3, 112; iambicis septenariis loquuntur. — 290. *quaestus*. Quoniam piscatum pro

quæstu non habent, apparet mercaturam significari. *artem didicere* transposuit Both.; Spengel. Ref. p. 194 maluit „nullam". Mueller. „nec qui didicere". — 292. *ornatu*, vestitu, habitu, cf. 185. — 293. *Hisce hami* Camer. De forma pronominis v. ad Capt. 35. — *cultu*, cf. 282. — 294. *Cotidie* supplevit Lambin. — 295. In gymnasiis et palæstris locupletes homines degunt. — 296. Enumerantur varii maris fructus, quibus hodie quoque ut antiquitus abundant piscatoria fora. In talibus enumerandis sibi placuisse antiquos comicos apparet ex Epicharmi et aliorum locis apud Athenæum III p. 85 sqq. *Echinos* commemorat Athen. III p. 91. Hor. Ep. I, 15, 23. Plin. H. N. IX, 100: „echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his in orbem volvi, itaque detritis sæpe aculeis inveniuntur". — *lopadas*, genus conchæ marinæ ait Nonius p. 551 allato altero Plauti loco, cf. etiam Cas. 470. Athen p. 91 e. — *ostreas*, Athen. p. 92 d sqq. — *balanos*, Athen. p. 87 f sq. — *concharum* multa genera, v. Plin. H. N. IX, 102. Athen. p. 86 f sq. — 297. *Marinam urticam*, Plin. IX, 146. Athen. p. 89 f sq. — *musculos*, μῦς ex Æschylo, Aristophane, aliis affert Athen. p. 86 sq. — *plagusias* nusquam alibi apud antiquos nominatas invenimus, nec formatio aut derivatio nominis constat. — 298. *piscatum hamatilem et saxatilem*, i. e. hamis factum de saxis. — *adgredimur* edd. — 299. *euenit* Both. — 300. *salsi*, aspergine maris. — 301. *clanculum*, taciti, ut abiectos animos decet. — 303. *cenati sumus* Reiz., i. e. nulla amplius cena erit. Francken. minus feliciter: „incenati imus". — 304. *adiuuerit* trisyllabum, v. Proleg. p. 213 sq. Ne quis „adiuuet" exspectet, cf. Madv. Opusc. II p. 103. ann. ad Epid. 432.

305. Trachalio, Plesidippi servus, advenit herum quærens. Iambici septenarii continuantur. *Animum aduorsaui*, i. e. animadverti. — 306. *aibat* Reiz. — 308. *commode* Charis. II p. 177 ex Titinio affert: „Et commode eccum exit". — *eccos* Cam. — *adibo* ed. pr. — 310. *ut peritis* pro „ut uiuitis", nam tam misera vita eorum est, ut vita appellari non possit. — 311—12 in B aliquanto intra marginem incipiunt, quasi aliud versuum genus sit; quod non ita est; nam idem fit in 314—15, 319, 321, de quibus nemo dubitabit. Archetypi membrana hic labem

aliquam contraxisse videtur, quam quum necessitate vitasset librarius, posteriores idem quasi poetæ consilio factum tenuerunt. Numerorum vitia alii aliter corrigere conati sunt. Cam. „siti speque“ ed.; nos cum Muellero „speque“ delevimus, quod dittographia oriri potuit. *Dum* cum hiatu legendum. Quod in codd. antecedit, „huc“ tolerari non potest, nisi addatur „uenire“. — 313. *Uidistis* cum Kampmanno p. 21 ad principium versus a fine retraximus. — 314. *istac, ut praedicas*, epexegesis, cf. 278. — 315. *Recaluom.* „A fronte calvus, ab occipitio crispus et incanus est“ Schmied. — *ac silonem* edd., cf. Plin. H. N. XI, 158: „Non alii animalium (quam homini) nares eminent; avibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus, et hinc cognomina Simorum, Silonum“. Cic. Nat. deor. I, 29, 80 silos dixit; nec aliter Fest. p. 340: „Silus appellatur naso susus versus repando“. — *statutum* magna statura interpretantur, immo firma, quæ ubi laudatur, potius brevis intelligitur quam longa. — 316. *contracta fronte*, quod acerbi animi indicium est, cf. Cic. Cluent. 26, 72. Poll. IV, 145: ὁ πορνοβοσκὸς τὰ χείλη ὑποσέσηρε καὶ συνάγει τὰς ὀφρῦς. — 319. *natus*, cf. 957. — 320. Numerorum causa „quidem“ deleverim. — 321. *nullus*, cf. 143. — 322. *Credidi*, cf. Capt. 554. 669. Epid. 176. Most. 509. Merc. 623. Trin. 1086. — *quod* edd. — 323. *abit*, perfectum contractum, v. ad Asin. 735. — 324. *ariolus sum*, vera divinare possum, v. ad Most. 560. — 325. „*sceleris semen*, sceleris origo et artifex“ Lamb. — 326. Numeri parum grati, quum pro tribus iambis inveniantur dactylus tribrachys dactylus; sed nihil mutandum. Quod „ut“ omittitur, cf. 374. — 327. *Eadem*, v. ad Bacch. 47. — Proxima corrupta; edd. plerique: „hanc sacerdotem Ueneriam“, sed exquirere aliquem vix dici potest, nec Mil. 248 relinquere ausus sum; animadvertendum etiam hac emendatione diæresin versus perire. Sine dubio fuit *haec sacerdos Ueneria.* In posteriore versus parte syllaba deest; equidem *forte* addidi, nisi quis malit „si quidquam“ cum hiatu. Francken. p. 42: „si quid amplius scit, scibo“.

329. Ampelisca exit cum urna, ut aquam petat. Septenarii continuantur. Post *proxuma* hiatus in diæresi. Reiz. „hic“ add.; Weis. et Brix. Ann. philol. CXXXI p. 202 minus

bene „me". — *uilla* Reiz., cf. ad 52. — 330. *atque* edd. — *Quoia* Cam. — 331. *quis hic loquitur?* cf. Mueller. Prosod. p. 395. — 333. *calator*, cf. Pseud. 1012. — 335. Post *tu* hiatus. — *actatem haud malam*, nam puella est; senectus mala ætas dicitur, v. ad Men. 745, ut iuventas bona Cic. Cat. mai. 14, 48. — *Melius ominare*, noli male ominata verba proferre. — 336. *Uerum conferre*, in sermonem. — 337. *Heia* edd. — 338. *ullus*, cf. 143. — 339. *Uera praedicas*, quod eum non venisse dicit; solita respondendi ratio, cf. 345. Asin. 572. Cist. 575. — *non est meum*, ego verum dicere non soleo, cf. ad Mil. 1355. ad Asin. 189. Cic. p. Balbo 15, 34. — 342. Verborum ordinem mutavit Reiz. — 344. cf. 47, al. — 345. *Ariolare*, verum dicis, v. 324. — 348. *Recepit* edd., cf. 407. — 353. *Quid, nauis? quae* edd. — 354. *auferre*. Acid., Reiz., Fl.: „auehere"; illud recte tuetur Kampm. p. 22. — *uoluit*, cf. 170. — 355. *inposiuit* Cam., v. Neue Formenl. II p. 490 sq. — 357. *salue*, *Nec ... est*, cf. ad Asin. 697. Fl. „Ne" scripsit; nos cum ceteris edd. *ullus*. — 358. *bolum*, iactum talorum, cf. Curc. 611. Polluc. VII, 204. — 359. *periit* Reiz. — 361. *anancaeo*, ἀναγκαῖον, magnum poculum, quod ebibere cogebatur qui convivii leges migraverat. Tale apud maiores nostros fuit „vítishorn". — 362. *mulsa*, dulcia, cf. Stich. 753. — 364. *De naui* Fl.; superiores „E n.". — 367. *itaque*, v. ad Pers. 480. — *uentisque fluctibusque*, v. ad Amph. 7. — 368. *Iactatae*, sc. sumus, v. ad Amph. 56. Fl. versum excidisse putat. — *exemplis*, cf. ad Most. 187. — 370. *quamuis*, cf. Men. 313. Pseud. 1178. — 371. *Aedilis*, ἀγορανόμος, v. ad Capt. 817. — *iactat*, abiicit, cf. Lucil. ap. Cic. Fin. II, 8, 24: „O lapathe, ut iactare". — 372. *Uae capiti atque aetati tuae!* sic scurriliter cavillantibus respondere solebant, v. ad Capt. 879. Quod sequitur „Tuo" ita intelligunt, quasi Trachalio respondeat: „Immo tuo capiti uae erit"; in quo et genus miramur, nam „tuae" aptius foret ad „aetati" relatum, et magis etiam ipsam sententiam; imprecatio enim si serio facta est, reddi solet, ut Poen. 782; ubi ioci causa fit, nec regerendi ratio est nec hoc fieri solet, v. Capt. 862. Curc. 314. 317. Epid. 24. 29. 69. Merc. 160. 182. Quare pro „Tuo" *Diu* scribendum censeo. — 373. „hoc" corruptum

esse, hiatus ostendit. Fl. „istuc“ scripsit, Muell. Nachtr. p. 49: *nunc*. — 374. *promittam optumum est* omisso ut, v. ad Asin. 445. Capillum promittere solitos esse hariolos hinc apparet. — 375. *Cauistis*, ironica affirmatio. — 376. *si amabat*, v. ad Pseud. 287. — 378. *ut multi*, sc. faciunt; nam quod voluerunt antiqui interpretes, multi facere idem esse atque magni facere, exemplis caret. — 379. *qui*, cf. 17. — In balneis non raro vestimentorum furta fiebant, et sæpius apud antiquos scriptores commemorantur βαλανειοκλέπται vel λωποδύται, fures balnearii. Apud Athenienses tale furtum morte vindicabatur, v. Aristot. Problem. 29, 14, et apud Romanos quoque in fures balnearios extra ordinem quærebatur, v. Digest. XLVII, 17. Posteriore demum tempore ἱματιοφύλακες, capsarii, instituti videntur; *custos* v. 382 est „qui sua uestimenta seruat“. — 380. *seruat*, indicativus post quom concessivum, v. ad Most. 842. — 381. *Tamen*; positio non auditur. — *quippe* cett., i. e. nam qui unum aliquem ex furibus observat, is falli solet. — 383. *ubi est* artius cum antecedentibus iunxi; vulgo separatur: „Ubi est?“ — *I sane*, v. ad Asin. 461. infra 844. — 385. *hoc*, cf. ad Capt. 674. — *animi*, v. ad Aul. 105. infra 396. — 387. *potesset* Reiz., vel potisset, v. Neue Formenl. II p. 602. — *eam ueretur ne*, cf. ad Aul. 662. — 389. *copia eius*, cf. 395: „eorum inopiam“. — 390. *inpudicum*, cf. ad 115. — 392. *eum* Reiz., ut proxima postulant. — *scilicet* cum infinitivo, v. ad Asin. 780. — *pessum*, v. ad Aul. 594. — 394. *inmersisse* sine obiecto ut Bacch. 674. — 395. *istoc magis*, eo magis. — 396. *Ut* pro „ne“ flagitante sensu Cam. — *sic se* transp. Reiz.; potuit etiam „cruciet“ scribi.

403. *Neque*, cf. 357. — *quemquam*, v. ad Most. 596. — 407. *Accepit* edd. — *simus*. Reiz. „essemus“; illud recte tuetur Kampm. p. 24. „Sæpissime“ inquit „apud Plautum tempus præsens invenimus, ubi nos imperfecto uti solemus, cf. Bacch. 1036 sq.“ — 408. *eapse* edd. Excidisse vocem numeri ostendunt; Cam. „sic“ addebat, Fl. „modo“, Gepp. „uel“, ego malim: „succincta alte“. Seyffert. Stud. p. 24: „Ut eapse succincta it aquam calefactatum“. — 410. *ecqui* Fl., cf. 98. — *hoc*, sc. ostium, cf. Pseud. 1123.

411 sqq. trochaici septenarii. *Quis est.* Fl. „Quist". Sceparnio solito more, quis pulset, quærit; cf. Asin. 381. — 412. *quid hoc boni est?* cf. Aristoph. Pac. 181: τουτὶ τί ἐστι τὸ κακόν; — *Eu edepol*, v. ad Most. 331. — *mulierem* Dousa em. — 414. *uenies* Lamb.; idem supplevit *uesperi.* Quod ego retinui cum proximis iungens, ubi pro corrupta codicum scriptura scripsi: *Iterum huc adfecta uiam*, v. ad Aul. 567. Extremo versu *munerem* scripsi; Reiz.: „mane mulierem —"; Fl. item, sed ut versum excidisse putaret. — 416. *quid ais?* v. ad Amph. 414. — *lepida hilara*, hiatus; Fl. verborum ordinem permutavit. — *Ah nimium* edd. — 417. *effigia.* Non. p. 493 ex Afranio hanc formam affert. — 419. Ridiculi causa apud Plautum sæpe personæ aliqua perturbatione animi commotæ aliter loquuntur quam debent, deinde errorem corrigunt, v. ad Amph. 380. Hoc loco servus colorem puellæ admiratus *subaquilum*, i. e. subfuscum dicturus erat, cf. Sueton. Aug. 79: „colorem inter aquilum candidumque". Plaut. Poen. 1109; sed quasi adiectivum illud ab aquila dictum esset, memoria lapsus alius avis nomen substituit, *subuolturium* dicens, quod nihil est. — 420. *in sauio*, in osculo s. ore, v. ad Asin. 791. — 421. *pollucta*, dicata, v. ad Curc. 193. Negat se prostibulum esse. — *me abstineas*, i. e. a me. — 422. *placidule* Fl. — Post hunc versum in B duorum versuum spatium patet, quamvis nihil desiderari contextus doceat. Similiter post 427 et 431 singulorum versuum, post 436 duorum, post 437 unius versus spatium vacat; sed contextus clare clamat nihil deesse, nec in C ullæ lacunæ indicantur. Apparet igitur librarium codicis B errasse et, quum in archetypi membrana vitiosi loci fuissent scripturam ægre recipientes eosque vitasset librarius, pro lacunis eos cepisse nimiaque cura eos reddidisse; quem errorem Fl. sequi non debuit. — 423. *deliciae*, singulari numero, cf. ad Poen. 362. — 424. *aias* edd. — 425. *ornatus*, quod urnam fero, cf. 292. — 426. *Meus*; membro virili, fortasse ad comoediæ morem admodum magno. se ornatum ostendit. — 427. Numerorum causa verba transponenda erant; Fl.: „petere hinc iussit me a nobis aquam". — 428. *basilicus*, magnificus. — 429. *Nostro* edd. — 430 Fl. uncis inclusit, vix recte. —

431. *grauare*, dare recusas, cf. Mil. 1223. — 436. *Manta*, v. ad Most. 113.

437. *demoratam*, cf. Epid. 376. — 440 sqq. senarii. — 442. *mali plus* Cam. — *ratae*, sc. sumus, cf. 368. — 444. *uti* Cam. — 445 si recte traditur, *scelestus* mediam corripit. Fl.: „Quam scelus huc leno". An „leno" omittendum? — 446. *huc* scripsi; superiores „hinc", quod si verum esset, aufugiam legeremus, non *confugiam*. — *subitaria* supplevi; Cam. „subito mihi".

---

447. Sceparnio redit cum aqua, quam ex puteo hausit laborem non sentiens, quia pulchræ puellæ serviret. — 449. *Nimio*, cf. 183. — 450. *praefiscine*, ἀβασκάντως, absit invidia, quod me et res meas laudavi, cf. Asin. 487: „Praefiscini hoc nunc dixerim: nemo etiam me accusauit merito meo", cum ann. Cum antecedentibus hæc vox iungenda est, non cum sequentibus, in quibus nulla sui laus est. Veretur ne labor, quem nullum fuisse gloriatur, post veniat, v. 472. — 451. *Satine* v. ad Amph. 627. Sic scripsi Fleckeisenio auctore, qui „Satin" edidit et in extremo versu „amare inceperim?" Ego cum superioribus retento verborum ordine „amare" in proximum versum transtuli. — *utpote qui*, cf. ad Mil. 531. Post „qui" hiatus. — 452. *bella* Cam.; „belliata" defendere conatur Studem. Herm. I p. 302. — 455. *delituit mala*, cf. Hor. Od. I, 9, 21 sq.: „proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo". — 456. *Etiamne*, cf. ad Asin. 707. — 457. *ludis* optime em. Fl. — *Tandem vero*, abiectis ludis, serio interrogat, num urnam acceptura sit. *uero serio*, cf. ad Trucul. 299. — 459. *facit* Cam., correcta scriptura cod. B. *ludos me f.*, cf. infra 582. 889. ad Amph. 567. — 461. *Sed autem*, cf. Trucul. 332. Ter. Phorm. 601: „Sed quid pertimui autem belua?" Verg. Æn. II, 101. „Sed uero", v. ad Poen. 225. „Uerum autem" Cas. 532. — 465. *me* edd. — 467. *litterata*, cf. 1143. 1146. Poen. 835 cum ann. — *cantat*, v. ad Bacch. 979. — 470. *Heus* ed. pr. — *exi* Seyff. Stud. p. 21; superiores „sis", quod si verum esset, post „cape" ponendum erat, ut fecit Fl. — 472. *Intro* edd. Quoniam sacerdos non

exit, Sceparnio cogitur urnam intro ferre, non in ipsum fanum, sed in aream muro circumdatam, τέμενος, ubi fanum situm est.

---

474. Adveniunt leno et hospes eius. *esse* R. addidit, sed ante „sese". — 475. *aetatem*, vitam, cf. ad Amph. 1016 et Capt. 879. — 477. *Ad hoc.* Fl.: „Eum ad hoc". — 479. *cum Hercule* Camerarius. Hæc quo spectent, ignoramus, sed sententia satis clara. Fortasse dicterium aliquod comicum fuit; nam ut apud Lucian. Merc. cond. 23 Libertas viri in divitis ædes numquam intrare dicitur, ita alius diceret, eam in navem ne Herculem quidem comitari; ibi enim unus dominatur navis magister, et quod gravius est, navis in mari navigantium carcer est. Fortasse fabula fuit aliqua Prodiciana, qua Herculem, cum in Asiam navigaret, ubi Omphalæ serviturus erat, Libertas se comitaturam negaret. Meursius his contemptim reiectis antiquarum editionum scripturam amplectebatur: „Uoluisti in navem mecum hercle una imponere". „Iocatur" inquit „leno in miseria sua, dicens se mendicum factum amisisseque omnes fortunas suas naufragio præter libertatem, quæ secum pedem navim inferre noluerat". Quæ Fleckeisenium probare vehementer miror. — 481. *Atque*, v. ad Pers. 234. — 483. Post *prius quam* hiatus in cæsura; Fl.: „Utinam tu, prius quam te". Muell. „umquam" aut „usquam" addebat. — 484. *perbiteres*, perires, v. ad Curc. 141. — 486. *tuas* Cam. add. — 491. *Quid ... auscultatio?* cur tibi auscultavi? v. ad Amph. 515. — *scelesto*, v. ad Asin. 473. — 492. *abitio* edd. — 494. *tibi* Cam. — 495. *scelus*, cf. ad Bacch. 1092. — 498. „quondam" del. Reiz. *est* transposuit Fl. Notæ sunt fabulæ de *Thyeste* et *Tereo* suos ipsis filios comedentibus. — 499. *Perii* edd. — *animo male fit*, „significat se vomiturire" Lamb., v. ad Amph. 1074. — 500. Optat ut vomendo ipsum pulmonem eiiciat. — 506. „Iocus ex ambiguo; *salsum* enim et urbanum significat et aqua marina imbutum". Lamb. — 508. „Das" corruptum, nec quidquam profecerunt aut antiqui edd. „Da quas res" aut Dissaldeus „Meas tuasque res" scribentes. *Eas* Cam., idque etiam in A legitur; sed ne hoc quidem sanum est; nam nec „*eas*"

pro „i tu“ hoc loco dici potest, nec „eas res agebam“ pro „id agebam“. Mihi inter alia in mentem venit: „Eo me measque r. a. c.“, i. e. in malam crucem et me ipse et mea omnia conferebam. — *commodum*, v. ad Amph. 662. — 510. *multo tanto*, v. ad Bacch. 307. — 512. *scirpe*, cf. ad Aul. 591. *laudo*, μακαρίζω σὲ τῆς τύχης. *fortunas*, cf. Ter. Andr. 97. 609. Phorm. 473. Dum uvidis vestimentis vexatur, scirpeos sive iunceos cucullos et tegetes laudat, quæ semper arida sint, cf. infra 565. — 515 sq. *omnia*, v. ad Epid. 589, cf. supra 489. Verba trementis *corusca* dicuntur, ut similitudo aliqua oriatur „velitationis“, sive velitaris pugnæ, in qua hastæ velitum ob oculis coruscant. Recte igitur non „uelitatione“, sed *ad* i. e. contra *uelitationem*. — 517. *Cum vestimentis*, quamvis vestitus. — Post *postquam* hiatus. — 518. *thermopolium*, v. ad Curc. 292. Post *ullum* hiatus ante extremum creticum, v. Proleg. p. 183; Reiz. „ille“ addit, et Mueller. Pros. p. 535 apte censet pronomen addi, quia antecedat secunda persona verbi. — 519. *Ita*, cf. 203. — 522 sq. affert Nonius p. 406 sic: „Utinam fortunam nunc anutinam terent cum exissem ex aqua rerem tamen“. *anetina*, i. e. anitum, v. ad Asin. 686, ac sic codd. Cic. Fin. V, 15, 42. Hiatur ut 518; „ego“ add. Fl. — 523. Versus causa aut „Uti“ aut „exiuissem“ scribendum; Fl. utrumque, ut vitaretur hiatus in cæsura; Mueller. Nachtr. p. 70: „Ut quom extemplo exissem“. — 524. *Manducus* in Atellanis similibusque ludis inferri solebat, cf. Iuven. 3, 174 sq.: „tandemque redit ad pulpita notum exodium, quum personæ pallentis hiatum in gremio matris formidat rusticus infans“. Varro L. L. VII, 95: „manducari, a quo in Atellanis Dossennum vocant Manducum“. Non. p. 17: „Manducones, qui manduci dicti sunt et mandones cett.“. — 526. *elauisse* Fl., i. e. lavando perdidisse, v. ad Asin. 134. Ante h. v. hiatus; Francken. „nunc“ addit; Fl. „Sed“ in principio versus. — 527. Post *quia* hiatus. Fl. „Quine“. Coniunctivus legitimus est propter antecedentem orationem obliquam. — 529 sq. *promittebas* ... *esse*, i. e. fore, ut Liv. XLIII, 6, 4. Verg. Æn. IV, 487. cf. ad Asin. 597. — 530. *Illi* A. — *meretricibus* ablativus videtur; Acidalius p. 434 sq.: „quæstus qui fit habendis meretricibus

vel ex meretricibus". — 531. *conruere*, conradere, cf. Varr. L. L. IV, 139. Hor. Sat. II, 5, 22: „unde divitias aerisque ruam acervos". — *aiebas* edd. — *diuitias* duas primas syllabas contrahit, v. Prol. p. 214. — 532. *postulabas*, v. ad Amph. 357. — *inpurata*, cf. 741. Ter. Phorm. 669. — 533. *deuoraturum*, cf. Ter. Hec. 586: „Ego rus abituram me decreui". — 534. *balaena* edd. — 535. *conpactum*, cf. 705. 1134. Amph. 155. — 540. *consociare* edd.; h. l. intransitive quasi societatem inire. — 542. *spes aliquae*, v. ad Most. 340. infra 1148. — 544. *Quo ab*, v. ad Amph. 234. — 545. *is* scripsi, nam quod C præbet „se" pravum est. — 547. Cf. Curc. 494 sq. „lingua, qui abiurant, si quid creditumst". 701: „Qui promisi? TH. Lingua. CA. Eadem nunc nego". al. infra 1342. 1361 sq.

548. Redit Sceparnio. Trochaicis septenariis scena scripta est. — „est" om. Reiz.; Fl.: „negotist". — 550. *tota* Mueller. Pros. p. 225 annot.; sed non iniuria Brix. Ann. phil. CXXXI p. 205 animadvertit tum scribendum esse „noctem hanc totam proxumam", cf. 368 al., quare aliud fuisse credo, fortasse „nuper". Superiores „uero", parum apte. — 551. *eiectas* edd. — 554. *Nempe meae*, sc. sunt. Both. Fl. pro interrogatione habent ut 556. *Nempe* priore correpta, v. Proleg. p. 200. — 555. „possum" Brix. Ann. phil. CXXXI p. 205, quod ex C enotavit Schneider. — *adpotus*, cf. Amph. 278. — 556. *Nempe puellae?* Fortunæ suæ diffisus inutiliter interrogat. — *intro* Cam. add. — 557. *mi* edd. — 558. *tamen*, cf. 1111. ad Amph. 197. — 559. *barathrum*, v. ad Bacch. 147.

560. *hospes.* Sceparnionem appellat, postquam abiit Labrax. — 561. *Istic*, in via, ubi es. — 564. *mea arescunt* Cam. — *loco* add. Reiz. — 565. In A utrum „tegillum" an „tigillum" fuerit non liquere, mihi testatur Studemund. Illud legerunt et Fest. Epit. p. 366: „Tegillum cuculiunculum ex scirpo factum. Plautus: Tegillum mihi aret, id si uis dabo" et Non. p. 178 sq.: „Tegillum, deminutivum a tecto"; deinde afferuntur Varronis verba: „texillum pastor sibi sumat". Sed de forma vocis vehementer dubito; nec enim a tegendo tegum aut tegillum fit, sed teges, nec versus ab iambo incipere potest. Quare nescio an fuerit aut texillum, ut Varro, aut, quod potius credo,

tegetillum.*) — *unicum* A. — 566. *pluit* edd. — 567. *paenitet*, v. ad Bacch. 1182. Ter. Eun. 1013 sq.: „An paenitebat flagiti, te auctore quod fecisset Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?“ Unde apparet in proximo versu *ni* scribendum esse, non „ne“, quod vidit Cam. „nisi“ scribens. — *elaui*, cf. 526. — Hiatur post *ni*. Mueller. p. 435: „semel elaui“. — 569. Ut *eluere*, ita *exungi* translate de rebus aliis dicitur, proprie de sordibus. Sordes vel lavando purgari possunt vel oleo et unguentis, quorum illud in mari, hoc in terra fieri potest. Unguentorum enim in cena aliaque luxuria usus erat, et pretiosissimorum quidem, quibus qui multis utebantur facile rem perdere poterant, cf. Trin. 407: „Quid factum est eo? TS. Comessum, expotum, exunctum, elutum in balineis“. Trucul. 309: „Uos eam exestis, exunguimini, ebibitis“. Itaque h. l. „Utrum lavando“ inquit „an ungendo omnia amittas, non curo“. — Varr. L. L. VII, 91: „*ciccum* dicebant membranam tenuem, quæ est ut in malo Punico discrimen, a quo etiam Plautus dicit, quod vult elenchum (e. e. quod examinari debet): ciccum non interduo“. Sed *interduim* scribendum cum Camerario, cf. ad Capt. 688. — 571. Priorem versus partem affert Charisius I p. 98, totum Priscian. VI p. 699 („uel etiam aegrota“ scribens) propter formam *algu*, quæ est etiam Most. 188. — 572. *Barbarum*, non ex germana Græcia, ut legitur infra 727. — *in aedis* sc. introducere, cf. ad Most. 860. — His dictis abit.

573. *Uenalis ductitauit*, servos vendidit, mango fuit, quod durissimum hominum genus est. — 575. *crapulam*, cf. 360. — 576. *quam potaui*, quam potando suscepi. — *sententiae* Both., ut sit: præter quam animo libuit. Fl. „sententiam“ retinens verba „quam lubuit“ delere coactus locum licentius interpolavit. — 577. *Uinis Graecis mare*, i. e. aqua marina, admisceri solebat, v. Plut. Quæst. natur. 10. Athen. I p. 26 b, maxime Chio, v. Hor. Sat. II, 8, 15, et Coo, v. Plin. H. N. XIV, 78.

---

*) Lectis iis, quæ de h. v. Buecheler disputat Mus. Rhen. XXXIX p. 422 sq., non habeo quod mutem. Id tantum notabo, ea quæ de Aul. 293 Francogallum nescio quem animadvertisse dicit, inveniri in nostris Addendis ad vol. II.

— 578. *Itaque*, v. ad Pers. 480. — *prodi*, corruptum iri, cf. ad 529. — 579. *inuitare*, cf. 360. — 580. *nunc* C. — 581. *quid agit*, v. ad Amph. 17. — *conuiuam*, naufragii socium.

---

582. Dæmones somnium narrat, quod habuit nocte proxima, cf. ad Merc. 222 sqq., ubi versus 582, 583, 585 etiam leguntur, et duo primi quidem ita ut nihil varietur et lacunæ huius loci inde expleri potuerint; in tertio ibi „praeteriit" legitur, hic „processit", pro quo *praecessit* recte Lambinus. — 589. *eas*, hirundines, v. ad Mil. 187. — *eripere*. Quod fuerat qui „deripere" corrigeret, Acidalius contulit 762. — *Postibi*, v. ad Mil. 1410. — 590. *Uidetur* Reiz. — 593. *Natas ex Philomela atque ex Progne*, quasi utraque in hirundinem mutata esset, quamquam ex vulgari fabula Philomela hirundo facta est, Procne luscinia, v. Apollod. III, 14, 8. Paus. X, 4, 9. Quæ quia Pandionis, Athenarum regis, filiæ erant, hirundines *populares* suos dicit. — 595. *nimio* Acidalius; codicum scripturam „animo" defendere conatur Kampm. p. 36. — 597. Post *me* hiatus in cæsura. — 600. *Nunc quam* edd. — 602 sq. *meae uiciniae* et *miratur meus* supplevit Turnebus, ut videtur, e codice deperdito, in quo etiam Poen. ante v. 975 legebatur „Facies quidem edepol Punica est; gugga est homo", quæ in textum recipi oportuit, quoniam etiam in A exstant. *meae uiciniae* dicitur ut „meae domi", v. ad Bacch. 202; iam enim sine ulla dubitatione „proximae uiciniae" scripserim et ibi et Mil. 275 et Most. 1044.

604. Trachalio ex fano excurrit contra vim Labracis hominum opem implorans, cf. Aul. 398. — 607 affert Nonius p. 155 corrupte: „ne ineptorum potior sit polentia". Cf. Cas. 766: „ut potior pollentia sis uincasque uirum". — 613. *qui*, om. „iis", v. ad Amph. 38. infra 1309. — 614. „*custodelam* dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam". Fest. Ep. p. 51. Inde hanc formam, quam postulabant numeri, introduxit Gruterus hic, infra 686, Most. 398, Merc. 230. — 615. *peruenat*

Reiz., cf. Proleg. p. 215. — 617. *mihi expedi*, cf. ad Amph. 1097. — 618. Lacunam explevi ut Reizius, cf. 627. — *Teque.* Fortasse „tecum“ scribendum, ut Mueller. Nachtr. p. 115, cf. ad Asin. 655. — 619. *sirpe*, *σίλφιον*, quod Romani etiam laser et *laserpicium* dicebant, v. ad Pseud. 820, pretiosissimum condimentum, quod quum in sola fere Cyrenaica gigneretur indeque in omnes terras exportaretur, præcipuæ eius divitiæ erant. — 620. *Eam*, eius, cf. 895 „has“. — *euenturam*, ad locum destinatum venturam. — „*exagogen*, evectionem“ Fest. Epit. p. 80, cf. Trucul. 706. 547. — *Capua*, opulentissima Italiæ urbs, v. Cic. Agrar. II, mercatura florebat nondum adultis Puteolis, quæ anno 194 demum colonia civium Romanorum deducta est, v. Liv. XXXIV, 45. — 621. *Atque*, et quidem, v. ad Amph. 278. *ut*, i. e. ita ut. *lippitudine* laborare Ægyptios et Cyrenenses notum est. — 622. *magydarim*, v. Theophr. Hist. plant. VI, 3, 4, qui locus quum lacuna laboret, afferatur versio Plinii H. N. XIX, 45: „Alii tradunt, laserpicii radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque in ea supra terram. Hoc inciso profluere solitum sucum ceu lactis, supernato caule, quem magydarim vocarunt; folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a canis ortu austro flante; ex his laserpicium nasci solitum annuo spatio“. — 623. *dare operam mihi*, audire, cf. 636. ad Asin. 446. — 624. Dæmones ambagibus inutilibus indignatur. *per crura et talos tergumque*, quæ male mulcanda erunt, cf. 1046. — 625. *Ut* Acidalius in „Si“ mutabat; mihi veri similius videtur, *si* post „tibi“ excidisse; *ut* repetitur ut Aulul. 786, v. ann. Coniunctivus *speres* vix ceterorum attractione defendi potest; Brix. Ann. phil. CXXXI p. 205 „speras“ postulat ut 618. Ut Trachalio uberem laserpicii messem Dæmoni optaverat, ita hic illi verberum vel virgarum. Hanc nova voce, ut vini messis vindemia dicitur, ita *uirgidemiam* appellat, et *ulmeam* quidem, quia ulmeis virgis vulgo utebantur, v. ad Amph. 1022. Ceterum arridet Fleckeisenii emendatio pro *uberem esse* „futuram“ scribentis, modo ne cum Muellero „esse“ in proximum versum transferas, ubi hiatus post „anno“ legitimus est. — 628. *optaui* Reiz. — 630. *pracuortere* Turneb., cf. Capt. 1021. — 635. *audeat uiolare* Pylades. — 636. *is*, i. e. iis, v. 184.

— 637. *homo audacissimus* supplevit Cam. — 638. *liberas* idem ex 704. — 639. *paucis expedi* supplevit Reiz. — 640. *plenissumus* Fl. — 642. *praedicem*, cf. Men. 894. Pseud. 191. — 643. *praedicas*, cf. ad Pers. 646. — *donabilem*, donandum. — 644. *interpresserit*, ita presserit, ut intercluderetur animā. — 645. *hercle fecit* Reiz. „At malo hercle" Brix. Ann. phil. CXXXI p. 203. — Deinde evocat servos ad hominem illum corripiendum. „*Turbalio*, *Sparax*, nomina Græcæ formæ, prius ἀπὸ τῆς τύρβης tumultuator, alterum ἀπὸ τῆς σπαράξεως lacerator". Camer. — 647. *autem* edd.; interrogandi signum apposuit Acidalius. Exempla collegit Langen. Beitr. p. 315 sq., quamquam ipse cum B *haud* scribit. Etiam Francken. p. 50: „Legendum haut, i. e. non bis imperabo; si tergiversamini, vos puniam, non repetam iussum". Immo herus non dubitat quin imperio obedituri sint. — 648 affert Nonius p. 291 „idem ut sepius" scribens. *oculos elidere*, cf. Verg. Æn. VIII, 261. — 649. *itidem quasi*, cf. Lachm. ad Lucret. II, 453. — 650. *pectitur*, cf. ad Capt. 890. — 651. *edentauerint*, dentibus privaverint. — 652. *e fano* edd.

653—71 Canticum maximam partem creticis numeris scriptum. 653—55 cretici tetrametri. 656—57 bacchiaci tetrametri. 658—62 cretici tetr. 663 bacchiacus tetr. 664—65 cretici tetr. 666 trochaicus octonarius. 667 duæ dipodiæ trochaicæ catalecticæ. 668 dimeter creticus. 669—71 tetrametri cretici, quorum ultimo additur pro clausula dipodia trochaica.

653, cf. ad Capt. 511: „Nunc illud est, quom me fuisse quam esse nimio mauelim". — 655 sq. Principia versuum deperdita primus Camerarius restituit, a quo in his tantum abscessimus: 655 ille: „Nec ulla specula est", 656: „Nec scimus quam in partem"; nos Spengelium secuti sumus Reformvorschl. p. 411. 657. Cam. „Maximo miserae"; Spengel. „Scimus, maxumo quæ", ego: „Liquet nobis; tanto", cf. Trin. 228 et 234. — 660. *praecipes*, i. e. praeceps, cf. Priscian. VI p. 725. „ancipes" infra 1145. Violentia significatur nihil curans, ut ubi præceps furor dicitur. — 663. „Sed" del. Mueller. Pros. p. 668 ann. — 664. *Par est* edd.; „est" transposuit Mueller. *neque est melius*, sc. quidquam, cf. 913. 1083. Pseud. 436. Poen.

178. 1327. Mil. 293 cum ann. — 666. *consolari* edd. hic et 672. — 668. *respexis* edd. — 670. *me uide*, mihi confide, cf. ad Asin. 144. — 671. Uis, inquit, quæ me adigit ut ipsa mihi vim afferam. Fl. ex Meursii coni.: „TR. Quae uis? PA. Uim mihi adigit adferam ipsa".

672 sqq. iambici septenarii. — 673. *praesidi*. Fl. — 674. *quam* omisso „potius", v. ad Bacch. 616. add. Poen. 746. Lacunam per quattuor versus pertinentem explevit Camerarius. Is in altero versu „ubi uenit", in tertio „etsi", in quarto „animus" scripsit; nos Fleckeisenium secuti sumus. — 677. *Nam*, v. ad Amph. 548. — 678. *adsidite* edd. — *istaec* Cam., eique deberi credo quod in B inter „ista" et „ara" h superscriptum est. — 679. *plus* add. edd., cf. Madv. Cic. Fin. ed. 3 p. 770. — 680. De omisso verbo substantivo cf. 368. — 681. *tamen*, quamvis vos adoriatur, cf. ad Amph. 538. — 682. *haec* add. Reiz. — 683. *malitiae contra incedam*. cf. Capt. 658: „mihi contra adstitit". Tac. Ann. XI, 10: „huic contra itum". XIV, 45. — 686. *custodelam*, Grut. cf. 614. — 688—90 lacunas explevit Camerarius, nisi quod in altero „Patiare", Fl.: „Sinas". — 689. *elautae*, cf. 526. — *noctu*, i. e. hac nocte, cf. 890. — 691. *tu* add. Cam. — *arbitrare*, de indicativo v. ad Amph. 167. — 692. *Ego* addidi, quia lacunam indicant codd.; Fl.: „Has aequom". Studem. Annal. phil. CXIII p. 64 in A sibi „Ut" legere videbatur. — 694. Venerem ex mari surgentem, ἀναδυομένην, antiqui et poëtæ et artifices celebrabant; *ex concha natam* apud poëtas non legimus, sed opuscula ex argilla facta sæpius deam exhibent genibus nixam in concha aperta, quasi inde erumpat, v. Mueller. Denkm. a. K. II n. 285. Inde Venerem precatur Trachalio: Tu itaque noli indignari, quod hæ puellæ conchis aliaque maris illuvie deformatæ ad aram tuam accedant, cf. 691. 270 sqq. Quæ quum Lambinus parum recte ad conchas puellis muneri dari solitas rettulisset, posteriores obsceno sensu dicta putarunt, quasi concha pro natura muliebri diceretur, quod omnino fictum est. Pravam interpretationem etiam Iahnium (Bericht. d. Sächs. Ges. 1853 p. 18) amplexum esse, vehementer doleo.

696 sqq. trochaici septenarii. Ad primum v. cf. Pseud. 352: „quantum terram tetigit hominum periurissume". Dæmones exit e fano, ac dum lorarii Labracem inde abducunt, puellas ad aram ante ædem positam confugere iubet. Sed quum sequentes, ut putat, circumspicit, eas non videt; nam iam sponte sua aram occupaverant, ubi Trachalionem adstantem videbant. — 698. *uolueramus*; Acidal. „uolueram". Plurali numero Dæmones etiam servos suos complectitur. Lorario igitur tribuenda sunt proxima verba, quæ Reizius Trachalioni, Fleckeisenius Dæmoni dederunt. — *Iube modo accedat*, cf. ad Most. 912. Mueller. „Sine modo" postulat Nachtr. p. 22. — 699. „Tune" inquit „leges et foedera cum diis sancta rumpere audes?" Interpretes vulgo *legirupionem* pro legum ruptore capiunt, sed is legirupa est, v. supra 641. Pseud. 365. Pers. 69. legirupio est legis ruptio, formatum ut pignoris capio, adagio, al., v. Neue, Formenl. I p. 654. *cum* autem dicitur ut Cic. prov. cons. 10, 24: „Quod mihi odium cum P. Clodio fuit?" cf. Liv. XXVIII, 18, 3. Cic. Phil. XII, 7, 17: „si habenda cum M. Antonii latrocinio pacis ratio fuit". cf. Verr. II, 65, 159. Nat. D. I, 41, 116: „deos, cum quibus quid potest nobis esse iuris?" cf. Off. III, 29, 107. Madv. Em. Liv.[2] p. 664. infra ad 1369. *nobis* est dativus ethicus. Itaque emendationibus carere posse videmur, quas tentarunt Brix. Annal. phil. CXV p. 336: „Tun legirupa indignam hic nobis uim dis facere postulas?" Francken. Mnemos. III p. 51: „Tun legirupa raptionem hic nobis facere postulas?" — 703. *cum pretio tuo*, id quod tu mihi pendes, cuius rei tu poenas dabis, cf. Hor. Od. III, 24, 24: „Et peccare nefas aut pretium est mori". *cum*, cf. Bacch. 500. — 702 sq. Exitus versuum Turnebus supplevit, fortasse ex codice, qui intercidit. — 703. *opulentum*, locupletem. — 704. Sponsione Labracem provocat formula ex Gaio (IV, 93) nota. Ex sponsione mutua arbiter Trachalionem condemnabit, si parebit, puellas Labracis esse nec liberas esse oportere; cf. infra 1368. *eas esse oportet* olim emendatum. — 705. *Nunc* Acidalius; *te* versus causa transpositum. *compingi*, cf. 535. — 707, cf. Pers. 686. Huius diei initium, inquit, non id fuit, ut mihi cum furcifero fabulandum esse putarem. De tempore cf. ad 130. — 710. *Age dum* cdd. Sententia

absolvitur proximo versu, cf. 719 sq. Quod alterius personæ verba interveniunt, cf. supra 621. infra 1358 sq. ad Amph. 1136. — 711. *follem pugillatorium*, suspensum, in quo pugiles exercentur, cf. pictur. cistæ Ficoronicæ (Mueller. Denkm. a. K. I n. 309). Marquardt. Ant. Rom. V, 2 p. 422. — 713. *abducere* edd. — 714 sq. Principia versuum supplevit Turnebus. — *commerci* edd. — *educam foras*, ex loco, ubi ara posita est. Acidalius hoc nisi de ipso fano dici non posse contendens corrigere conatur; nec aliter Francken. p. 53: „Nil commerci. Equidem istas iam ambas uuidas ducam foras". — 716. *arido* affert Nonius p. 245 explicans „purum, lucidum", quorum prius rectius; significatur enim, nulla alia re effici posse, nihil admisceri posse. — 717. *Si*, non „Hae" in A sibi legere videbatur Studem. Annal. phil. CXIII p. 69. — 718. *Det* idem; Reiz. „Dea" scripserat. *meam ut scias sententiam* et B et A, cf. Cist. 351. — 719. *ioculo*, cf. ad Most. 906. — *pauxillulum*, cf. Ritsch. Opusc. II p. 250. Fl. „pauxillulam" ed. — 721. *Uos*; servos suos alloquitur. *innuero* edd. — *ni* Reiz. — 722. *iuncis murteta* transp. Both. „Fasciculi myrtorum iunco colligati Veneri offerebantur; est enim myrtus Veneri sacra", Taubm. — *uirgis circumuinciam*, cf. 805: „amplectitote crura fustibus". — 723. *uim opprobras* Cam.; inverso ordine Fl. — „*flagiti flagrantia*, flagitio flagrans", Pareus. — 726. *Num qui* A, v. Stud. Ann. phil. CXIII p. 66. — 728. *ingenuis parentibus* explevit Cam. — 731. *Atticis* additur honoris causa, v. ad Epid. 501. — 733. „Mea" del. Kampm. — 734. *esset.* Lamb. „est", quod si forte comparatione versus 189 defendi possit, hic tamen intrudi non debet refragantibus numeris, qui nisi addita syllaba (Fl.: „ea tantast") sustineri non possunt. *si uiuit*, si quidem vivit, parenthetice additur, non pro protasi. — 736. *haec* Reiz. Post *natae* hiatus; Fl. „nataene". — 738. *felis uirginalis*, cf. Pers. 748. — 739. *Sublectos*, furto subductos, cf. Mil. 1084. — 740. *Namque* Reiz.; Muell. p. 469 „Quamquam". Tum mutata ordine nos: „patria huic alterae", superiores: „quae patria". *alterae*, cf. Ter. Heaut. 271. Neue, Formenl. II p. 254. — 741. *Nisi*, cf. ad Aulul. 357. — 742. *Tuaene* Muell.; Fl. in præf.: „Tuae sunt istae?" Ego olim conieceram „Nugae

istae sunt"; in eandem sententiam Leo Herm. XVIII p. 576 „Tricae istae sunt?" verum Latini „Nugas" aut „Tricas" dixissent. — *uerior* Cam., cf. Mil. 1361: „Dicent te mendacem nec uerum esse, fide nulla esse te". Sed *tergo* pravo loco legitur, neque enim tergum verum est, sed tergi testimonio de veritate contenditur. Itaque aut omittenda hæc vox aut scribendum: *Contende ergo tergo, uter sit uerior.* — 743. *offerumentas*, feminino genere ut cæmenta, ramenta. Fest. Epit. p. 188: „Offerumenta dicebant quæ offerebant". Et Turnebus plagas et vibices intelligebat, quæ tergo offerrentur atque ita offerrentur ut sacris parietibus deorum donaria affigi solent. Quæ et longe petita videntur, nec offerumenta ab offerendo derivari potest, præsertim quum u longum sit. Credo, offerimentas fuisse a feriendo. — 745. *Poste aspicito tu* Mueller. Nachtrag. p. 68. cf. ad Asin. 906. — 746 sq. Corium suum integerrimum esse dicit; quemvis *ampullarium* probaturum esse ad ampullam faciendam; hæ enim ex corio fiebant, v. ad Stich. 234. *operi* Reiz. — 748. *Quid causae est*, cf. ad Amph. 845. infra 1057. — 749. *quas*, v. Madv. Gr. L. 448. Quem usum ne quis a Plauto alienum putet, cf. 959. — 750. *At quin* hoc uno loco legitur; Camer. et Ribbeck.: „Atqui". — 751. *Uolcanum adducam*, ut Most. 1095 senex herus servo, qui ad aram confugit: „tibi iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari". — 752. Labrax ad Dæmonis ædes accedit, ut ignem petat. — 753. *fiet in ore* scripsi versus causa; Fl.: „Iam tibi hercle in ore fiet messis". — *mergis*, furculis quibus utuntur rustici, v. ad Poen. 1015. *pugneis*, Cam., i. e. pugnorum. — 755. *si quidem*; ea condicione se ignem daturum dicit, ut eum in capite eius accendat. — 757. „Quinin", non „Quin ut" in A legi videbatur Studemundo, v. Kienitz de Quin particula p. 2, qui inde proponit: „Quin inhumanum exuras tibi?", fere ut Seyff. Stud. p. 3: „Quin tute humanum exuras tibi?" quod propter coniunctivum quasi „Quine" intelligendum. Sed ne in incertis formis vagemur, hoc ipsum *Quine* scribendum, cf. 271. Post hoc autem „ut" ferri non potest. Nec „humanum" probum est. Dæmones potius diceret, in lenone nihil humani inesse. Quare non sine ratione Reizius: „Quine tu manum exuras tibi?",

sed inventa scriptura A, *inhumanum*, nulla mutatione opus est. — 758. *id uolo* Seyff. recte cum antecedentibus iungit. — 759. *Nam*, cf. ad Asin. 122. — *continuo arripiam barba* Reiz. — 760. *magnis auibus*, vulturibus. — 761. *illa simia*, v. 587. — 762. *hasce* Studem. Ann. phil. CXIII p. 67, quamvis „has" etiam in A sit. — *ingratiis*, cf. ad Merc. 471. — 763. *tecum oro*, v. ad Asin. 655. — 765. *At hic ne*, sc. puellas abripiat, cf. ad Pers. 538. — *si . . . siue*, cf. ad Amph. 1065. — 767. *abitat*, abeat, cf. 484. — 768. *talentum magnum*, v. ad Aul. 301. — 769 in solo A exstat. *Abi* supplevit Fl.; deinde: „dum abes, ut abeat non sinam. TR. Huc reuenero".

770 sqq. senarii iambici. 773. Hiatus in cæsura; Reiz.: „ted". — 777. *equidem* A. — 781. *dimisero* edd. Vulgo notum est „ludos facere aliquem", v. 459; mire „ludos dimisero" pro „ludificatum dimisero". — 785. MINACIASEGOFLOC . . NON FACIAMTUAS in A legi per litteras me certiorem fecit Studemund., cf. Muell. Pros. p. 216, ut abiicienda sit coniectura Reizii „minas"; cf. ad Mil. 376. — 786. *has* A, v. Studem. Ann. phil. CXIII p. 65. — 787. *Tanges*, *at* Kampm.; superiores: „Tange; set". — 788. *curriculo*, cf. Pers. 200. infra 844. — Exitum versus supplevit Reiz. — 790. *te faxo acceptum*, cf. Ter. Heaut. 341. Phorm. 1028. Ovid. Met. V, 480: „vitiataque semina fecit". — 791. *scelestus*, cf. 491. — 794. Versus syllaba longior est; Gepp. transp.: „eccum edepol", Mueller. p. 472: „clauator eccum". Spengel. Plaut. p. 95 cum Kampmanno *clauator* per synizesin trisyllabum facit, cf. Proleg. p. 214. — 795. *tinnimentum*. „Quum caput clava tunditur, aures tinnitum audiunt", Turnebus. — 796. *illanc* Cam. — 797. *Age . . . adsistite*, cf. Mil. 925: „age . . abite". Cas. 465: „age fabricamini". — 800. *inuitassitis*, cf. 579. — 801. *abeat* edd. — 802. *quempiam*, cf. 403 „quemquam". — 804. Hiatus in cæsura. — *quantum potest*, v. Amph. 964. — 805. *amplectitote*, cf. 722. De activa verbi forma v. Neue, Formenl. II p. 312. — 806. *sinent* edd. — 807. Hiatus post *cum* et post *ero*; Fl. „suo" addit; Gepp. „suo cum ero". — 809. *sultis* edd. — 810. *Eu hercle* Fl., cf. 412. *hercle ne*, cf. „edepol profecto" Pseud. 343. — 811. *modo* add. Mueller.

Nachtr. p. 143. Fl.: „Hoc Herculist iam". — 812. *signa cum clavis*, quasi Herculis statuæ. Deorum signa ante ædes ipsorum posita ne miremur, in memoriam revocare liceat ingentem numerum statuarum Iovis, qui in Olympiaco Iovis luco fuit. — 815. *controuersia*, ambiguitas, quam explicat proximus versus. — 816. *quidem* Reiz. — 817. *Caue infortunio*, cf. ad Pers. 368. — 818. *Ut potest*, i. e. quantum tales homines possunt, cf. 804. — Post *ignaui* hiatus legitimus. — 819. Ante *heus* item; non opus cum Reizio „uobis" aut cum Muellero „num quid" scribere. — *molestiae* scripsi, non ut superiores „molestia", cf. Poen. 35. Asin. 564. Curc. 501. — 822. *crasso* edd., i. e. magno. — 823. *Adeas* Reiz. — 824. Post *factum* hiatus in cæsura. — 825. Quum quasi permisissent lorarii, accedere incipit, illi clavis sublatis ei obviam eunt. Itaque manere (non accedere) se malle dicit, eosque illic ubi fuerant adstare iubet. *illi* scripsi versus causa, nisi malis „Potius non accedam". Superiores loco non intellecto nimis multa mutarunt. *ilico*, v. ad Bacch. 1138. infra 867. — 826. *proueni nequiter*, cf. ad Men. 945.

828. *ui uiolentia*, asyndeton, cf. 23. — 830. *Gladius* edd. — 831. *quasi* canem, cf. 649. Homo ne ea quidem poena dignus est, qua canes afficiuntur. Post v. 832 Fl. lacunam indicat sine causa. — 834. *Conuorret cum puluisculo*, ut ne minimum quidem pulveris relinquatur, cf. Trucul. 19. — 835. *tunc* edd. — 836. *profectus ire*, cf. ad 94 et ad Aul. 118. Post hæc hiatus in mutata persona. — 838. *is*, i. e. iis, v. 636. — 839. *mandaueram*, cf. ad Pers. 573. — 842. Cf. Poen. 789: „Prius quam obtorto collo ad praetorem trahor". infra 857. Amph. 1045. — 845. *illos*, tres amicos, v. 313. — *ad portam* Cam., nam in urbem rediturus est; in portu nihil amplius est quod faciat. — 846. *hunc qui* Cam. — 848. *exulem* corruptum est. Leo in Mus. Rhen. XXXVIII p. 21 coni.: „in ius rapiam hinc exilico"; sed emendatio ultra corruptum verbum progredi non debet; *excruciabilem* scripsi ut Cist. 480; cogitaveram etiam de aliis ut „exemplumque edam" aut „exuramque eum". — 849. *ambula in ius*, cf. ad Curc. 621. — 850. *Quine* Dousa, cf. 271. — *et* edd. In exitu versus ponitur etiam 1156;

in proximum trahit Acidalius pro *abduxisti* „auexsti“ scribens. — *Eam* edd. — *Quor négas?* quo modo negare potes? v. ad Aul. 733: „Cur es ausus?“ — 853. *nunc* addidi, cuius vestigium fortasse latet in B. Si omittitur, *tibi* posteriorem producit. Fl. „hodie“, sed deleto „me“. — 854. *num quid* Reiz. *muto* Gruter. — 855. *uerbum*, cf. ad Bacch. 873. — — 859. *audes*, vis, v. ad Asin. 473. — 863. *quod quaerant.* Tu tibi malam rem quæsisti. — 864. *me* Cam. — 866. *Etiam retentas?* Labrax enim manu eum retinere conatur. Fl. hæc Plesidippo dedit; sed eius alia est loquendi ratio, v. 870 sq. — 868. Hiatus in mutata persona; Muell. Nachtr. p. 84: „Immo equidem.“ — 869. *recipis*, sc. te, v. ad Bacch. 291. — 870. *Quid, fures? Rape.* Hæc edd. inter lorarium et Plesidippum dividunt; sed in codd. personæ spatium ante „rape“ non patet. Ego omnia Plesidippo dedi. — 873. *semel bibo.* „Non lubet Charmidi iterum cum lenone bibere neque ad eum devorti in hospitium, qui tam acidis poculis nuper in mari acceptus esset“, Gulielmus. Addit de malo et infortunio ut de potione sæpe loqui Plautum, ut Aul. 271: „malum maerore metuo ne mixtum bibam“. Cas. 863: „Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet“. Luchs. in Studem. Stud. I p. 52 „sine te bibo“ aut „solus bibo“ aut aliud quid scribendum censet; Brix. Ann. phil. CXXXI p. 203: „semel eluo“. — 874. *infelicent*, v. ad Epid. 14. — *Isti*, i. e. tuo. — 877. *eius* add. Fl., sed post „collum“. Brix. ad Men. 105 „collumbari“, male. Versum affert Priscian. V p. 646: „Nam in columbari collus haud multum post erit“. Addit: „*columbar* significat genus vinculi“, quod pluribus explicat Francken. p. 55: „Significatur patibulum ex duobus asseribus sic compositum, ut foramen rotundum relinquatur, in quod collum includitur duobus asseribus firmiter inter se admotis. Illud . . . ex similitudine columbare dicitur, quemadmodum alia quoque eius formæ foramina appellantur“, ut Vitruv. IV, 2, 4 cava in parietibus, quibus tigna immittuntur, Isid. Orig. XIX, 2, 3 loca concava, per quæ eminent remi in summis lateribus navium. Inde emendatur Fest. p. 169: „columbaria in nave appellantur ea, quibus remi eminent“; quæ afferuntur ad Plauti versum (qui Amphitruoni ante

v. 1050 inserendus est) „Non ego te noui, naualis scriba, columbari impudens". Columbarius ut qui columbas pascit, ita hic qui remigibus imperat dicitur. — 878. *nidamenta*, quæ ad nidum faciendum pertinent. — 880. *addici* Plesidippo a prætore.

---

881. *uolup est*, v. ad Amph. 951. — 885. *qui* Acidalius. 888 affert Priscianus X p. 879 et VII p. 759, ubi scribit: „sapiuisset, si dormisset". Eodem loco afferuntur 889 sq., et recte scribitur *ludos facit*, v. ad 459, errore „retiam", quod Plautum hic feminino genere protulisse dicit. — 891. *In digitis* cet.; nihil omnino ceperit. — 894. *opplebit* edd. — „sua" delevi ut ex manifesta dittographia ortum. Reizius „loquentia", quo vocabulo primus usus est Iulius Candidus æqualis Plinii minoris, v. Ep. V, 20, 5.

---

895. Gripus piscator advenit cum reti et rudente, quo vidulum lenonis excepit. Canticum a bacchiacis tetrametris incipit, sed interponuntur 901—2 duo tetrametri anapæstici, et pro clausula additur 907 dimeter anapæsticus (cf. Spengel. Ref. p. 412). Sequuntur numeri trochaici et anapæstici. Spengelius Reformvorschl. p. 171—74 quinque primos trochaicos fecit, ceteros anapæsticos; si codices sequimur, magis inter se mixti sunt. 908 troch. septenarius. 909 anapæst. tetrameter. 910 trochaicus dimeter cum anapæstico dimetro. 911 et 912 trochaici octonarii. 913 anapæsticus tetrameter. 914 dimeter anap. 915—22 tetrametri anapæstici. 923 dimeter anapæsticus cum dimetro trochaico. 924 et 25 trochaici octonarii.

895. *gratias meo patrono* transposuit Reiz. — *has*, huius rei, cf. 620, pertinet ad sequens *Quom*, i. e. quod, v. ad Amph. 636. — 897 sq. em. Reiz. omisso „locis"; Fl.: „Templisque" ex Mil. 415, ubi vid — *onustum* edd. — 899. *Salute*, i, e. cum salute, v. ad Amph. 32. *horiae*, cf. 1007. Non. p. 533: „Horia dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente: salute horia mari fluctuoso". — 900. *compotiuit*, cf. 203. ann. ad Amph. 175. —

902. *pondo hodie* transpos. Mueller. — *rete* ablativo casu, v. Proleg. p. 195. — 904. *praeposiui* Reiz. — 906. *seruitutem* Cam. em.; Francken. p. 57 „sempiternam". — 909. *temperi*, cf. Pers. 230. — 910. *Non enim*, cf. 976. Stich. 302. Trin. 706. Truc. 306. al., v. ad Most. 1114. Langen. Beitr. p. 264. — 913. Mala repetitione in codd. ortum esse prius „quidquid inest", dudum intellectum est; eadem ratione ortum credo etiam tertio loco „quid est", pro quo vulgo „quidem" editur, male; Fl. „quid", ac sic dicere solebant, sed pronomen interdum omittitur, v. ad 664. — 915. „Nunc" delevi cum Fl.; ex proximo versu irrepsisse videtur. *occasio* ultimam corripere videtur; Spengelius synizesin statuit. — *extemplo praetor* Pistoris em.; „ex populo" nihil est. Quis enim probet Lambini enarationem: „ut non solum liber fias, sed etiam eximaris numero hominum inferioris loci"? — 916. *astu* Reiz., cf. ad Capt. 222. — 917. *pauxillatim*, cf. Epid. 249. — *pro capite*, cf. Most. 206. — 918. *ero* Cam. Post hoc hiatus, nisi cum Spengelio addas „tum". *igitur demum*, v. ad Amph. 207. — *mancipia* ἀσυνδέτως additum, quum priora coniunctione iungantur, cf. Pers. 3. Fuit tamen, quum „mancipiis" scribendum putarem. — 920. *Stratonicus* Atheniensis, citharistes nobilissimus (Athen. VIII p. 352 c) quarto a. Chr. n. sæculo foruit, totamque Græciam peragravit artem suam in omnibus civitatibus ostendens et docens. Nobilissima erant dicteria eius, quæ et alii litteris consignaverant et Machon senariis tractaverat, v. Athen. VIII cap. 41—46. Strab. Plut. al. — 921. Deest aliquid versui. Mueller. *omnia* addit, sed post „circum"; ego anteposui, quia „circumuectabor" in utroque codice uno verbo scribitur. — 922. *Oppidum*. Mueller. p. 412 „Urbem" postulat. — 923. „ibique instituam regnum magnum" Speng., ut tetrameter anapæsticus fiat. — 924. *agito in mentem instruere*, cf. Nep. Hamilc. 1, 4: „ut statim mente agitaret bellum renovare". — *uidulum* mediam syncope elidit, cf. 1093; Francken. transp.: „uidulum hunc nunc condam". — 925. Pro prandio ei herbæ *cum aceto et sale* erunt.

926 iambicus octonarius, cui additur 927 clausula. 928 iambicus octonarius. 929 iamb. dimeter. 930—33 iambici

octonarii. 934 iambicus imperfectus systema claudens. 935 iambicus dimeter. 936 sq. incerti. 938—40 cretici tetrametri. 941 et 42 compositi ex dimetro trochaico catalectico et dimetro cretico catalectico. 943—48 anapæstici tetrametri. 949 anap. tetr. catal.

926. *dum hanc rudentem conplico* affert Nonius p. 221. — 927. *Mitte modo* cum proximo iungunt Muell. Speng. scribentes: „adiuuo; bonis"; sed et futurum et *nam* aptissima sunt. — *bonis* cet., cf. Capt. 357. — 930. *postules*, cf. 532. — 931 afferunt Charisius I p. 113, Nonius p. 158, Priscian. VI p. 719 et VII p. 759, ubi perperam „proferre" et „retem" scribitur. — *squamoso pecu*, cf. Lucret. II, 342 sq.: „mutaeque natantes squamigerum pecudes". — 932. Ante *quam* omittitur „tam" ut alibi „magis", v. ad 674; Acidalius p. 444 „quam" delebat. — 933. *Enicas* ultima correpta; Muell. p. 253 priorem huius versus partem creticum trimetrum esse affirmat. — 934. Fortasse aliquid excidit. Fl. post *me* „nunc" addit, et fuit in B hoc loco „mihi" scriptum; sed postea erasum, nec in C ullius vocabuli vestigium est. *quid* cum sequenti *nam* iungendum. — 935. *At pol qui*, v. ad Amph. 798. — „audies post" ineptum est. Acidalius traiecit: „Quin post loquēre quid uis". Tum addit: „Alter urget ut audiatur iam nunc statim, idque ualet *Eho modo*". In quo vehementer fallitur. „Eho modo" nusquam alibi legitur, „Eho dum" apud Terent. Andr. 184. 616; sed *eho* numquam dicitur nisi aut apud imperativum aut in interrogatione; hic „Audi modo" dicendum erat. Quod quum et audacius corrigatur et de antecedentibus admodum dubitem, verba dubia et prorsus inutilia seclusi. — 937. *num quispiam* olim emendatum. — 940. *dice* Reiz. — 941—42, cf. Studem. de Canticis p. 13. — 943. *noram* Reiz. — 947. *plus* pro „amplius" Seyffert. Philol. XXVI p. 358. Mueller.

950 sqq. trochaici septenarii. *quoius est* Kampm.; superiores: „cuius ille est". *noui ego hominem*, negligenter, quasi non antecessisset *Uidulum istum*, aut quasi non obiectum verbi positum esset, sed „quod attinet ad vidulum istum". — 953. *pluris tua hoc refert*, cf. ad Bacch. 516. — 955. *ne* quoniam Gruterus „nedum" explicat, animadvertam eodem modo

poni quo proximo versu et 930 et 999, ut rationem afferat, cur dicantur antecedentia, cf. infra 1372. 1377. 1401. Mil. 1267. Poen. 536. Horat. A. P. 406 alia. „ut“ Pers. 48; inde illa vis (nedum) orta, v. ad Aul. 426. — „potius“ corruptum est; vulgo cum Gulielmo: „ocius“, vix melius; ego *potis* scripsi cum Speng. Plaut. p. 14, omisso „esse“, v. ad Aul. 301. — 956. *frustra sis* Cam., cf. 1242. Pers. 151. al. — 957. *natus*, cf. ad Most. 394. — 960. *manu adseruntur*, quasi in libertatem, cf. ad Curc. 489. Etiam proximo versu *uenales* dicit. — 962. *A te sentio* Muell. Nachtr. p. 99, ut 1087. Superiores „Adsentio“, ut „omnibus“ ultimam produceret. — 964. *inuentus* Francken., cf. 968. Idem addit: „In altera versus parte desidero pronomen: ne inpudenter tu inpudens. Subiectum enim post ne non omittitur“. Cf. tamen infra 1241. De omisso verbo v. ad Pers. 284. „esne inpudenter inpudens“ voluit Leo, Herm. XVIII p. 575. — 966. *quom extemplo*, v. ad Amph. 858. Locum affert Priscianus VII, 55 (p. 759 P) de ablativo in e et i: „Quippe quom extemplo in macellum piscis prolati si essent, Nemo emat, suam quisque partem piscium poscant sibi; Dicant in mare communi captos“. — 970. *in manu non est mea*, sc. quid capiam. — 971. „retem“ etiam Priscian. VII p. 759. — 974. *en umquam*, cf. ad Men. 145. — 976. *Non enim*, cf. 910. — 977. *uitorem*, i. e. vietorem. — 978 sq. *Uel*; exspectabatur „aut“, v. ad Pseud. 437. — 979. *ne feras*; exspectabatur „non feres“; cf. 1355: „ne duis“. — 980. *Quid* Cam. — *audisti* Reiz. — 982. *Uerum* Reiz. „rare“ Charisius II p. 193, idem et apud Catonem et apud Ciceronem inveniri animadvertens. — 984. *hoc colore*, qualis hic est. — 986. *opino* Fl., ut Bacch. 28 ex Nonio. Idem corrigendum infra 1255. Cas. 618. Epid. 260. [Poen. 1166.] Trin. 423. — 987. *puniceum*, cf. Pseud. 230. — 889. *quoius arbitratu facere*, quem arbitrum capere, cf. 992. 1022. — *uis facere* transpos. Reiz., „facere nos“ Brix. Ann. phil. CXXXI p. 203. — 990. *Itane uero?* Kampm., Seyffert. Philol. XXIX p. 407, qui confert 958. Curc. 721. Mil. 842. Merc. 559. Brix. l. l. maluit: „Arbitratu. TR. Ain tu? GR. Ita enim uero. TR. Stultus es“. — *Thales*, homo sapientissimus, cf. Aristoph. Av 1009: ἄνθρωπος Θαλῆς. — 991. *sequestrum*,

apud quem deponatur, cf. 1005. Merc. 727. — 992. *sanun* Fl. — 993. *Elleborosus*, insanus, v. ad Most. 934. *cerritus*, v. ad Amph. 769. Versus causa, ne corripiatur „hunc", Fl. „Sum elleborosus", Muell. cum aliis „At" del., Lucas Olchin. „mittam" ut 1002, quum *amittam* frequentius sit, v. ad Mil. 1090, add. Poen. 341. — 994. *colaphos abstrudam*, pugnos immittam. — 995. *hic te* Reiz., Brix. maluit „Iam ego". — *peniculus* Reiz., cf. ad Men. 77. — *quasi*, ut, v. ad Mil. 392. — *exurgeri* Cam. — 997. *polypos*, octopodas, ne hodie quidem nisi frequenter et vehementer ad terram afflictos edunt. Huius vocis primam syllabam semper longam esse, animadvertit Meinek. ad Hor. Sat. I, 3, 40; cf. Aul. 191. — 999. *frunisci*, frui, v. Gell. XVII, 2, 5 sqq. — 1000. *offlectam nauem.* Trachalio alteram rudentis partem retinens ita se movet, ut Gripo viam intercludat. Hic in eadem similitudine manens Trachalionem ait *proretam* esse, i. e. proræ custodiam habere indeque prospicere (πρωρεύς vel πρωράτης Græcis est), se in puppi *gubernatorem* (πρυμνήτην). — 1002. *rudens* apud posteriores primam brevem habere solet; quomodo Plautus pronuntiaverit, incertum est, cf. 926, 1018. Fl. „nunc" addebat. — 1003. *ramenta*, minima parte argenti, v. ad Bacch. 511. — 1005. Gell. XX, 11, 5: „quod apud sequestrum depositum erat, *sequestro positum* per adverbium dicebant". Immo dativo casu. — 1006. *Quemne*, cf. 271. — Post *mari* hiatur in mutata persona. Sententia proximo versu continuatur. Hunc affert Nonius p. 533: „mea opera laborare et rete et horia". Priscian. VII p. 759: „mea opera et rete et horea". — 1009. *fur sum* edd.; Langen. Beitr. p. 50 „sim" postulat, frustra, nec in toto libro quidquam auctori minus successisse videtur, quam quæ de hypotheticis sententiis apud Plautum disputat. Ut enim Plautus interdum, ubi alii scriptores hypothetice locuti essent, sententiam simpliciter, non expressa hypothesi, profert, ut supra 189 sq.: „mihi haud labori est laborem hunc potiri, si me impiaui", ita non raro, ubi protasin coniunctivo modo posuit, apodosin indicativo adiungit, v. ad Amph. 696, interdum etiam ad Græcorum morem, quum apodosis propter condicionem coniunctivo modo ponatur, protasis indicativo imperfecti profertur,

v. supra ad 376. — 1010. *Quo argumento*, cf. ad Asin. 300. — 1012. *Nisi quia*, v. ad Aul. 357. — 1013. *Mane; iam* recte interpunxit Lachm. Lucr. p. 211; sed quod „reperiam“ scripsit, rectius Fl. „rem“ omisit. — 1016. *mussitabo*, v. ad Aul. 131. — 1017. *audes*, v. ad 859. — 1019. *Te . . aufer*, cf. Asin. 466: „aufer te domum“. Ter. Phorm. 559. Verg. Æn. IV, 389. — 1021. *ubi hic*, cf. ad Mil. 9. — 1022. *fieri* Cam. et B, nisi fallor. — 1025 affert Nouius p. 218 „praesepias“ scribens, cf. Curc. 228. Cas. 57. — 1027. *tetulit* Reiz., cf. ad Amph. 17. „tulerit“ Becker in Studem. Stud. I p. 217 sq. — 1028. *istuc* vix ferendum est; Brix. Ann. phil. CXXXI p. 203 „iustum“ coni. — 1029. *Nunc places*, cf. Trucul. 270. Capt. 864. — 1030. *adpellis* edd., i. e. adigis. — 1031. Omisso „etsi“, quod ex facili scribentis errore ortum est, locum restitui. Vulgo: „Etsi ignotust, notust“.

1032. Dæmones exit cum mulieribus, quas, ne intra ædes uxoris suspicionem moveant, in ara publica assidere iubet. — *uolo* add. Pareus; „cupio“ Camer. — 1033. Ne post *ne* hiatus sit, Fl. transp.: „mea uxor ne“, alia Muell. p. 747. Acidal. „med“ scripsit, Koch. „uoxor“, v. ad Amph. 1102. — 1034. *adduxe* Cam. — 1035. *periimus* Cam. — 1036. *quid uos*, lorarios alloquitur. *His* enim quum ipse adsit (*quoniam*, cf. 67), iam non usus est. *Ex praesidio* deduci possunt, in quo eos antea constituerat (v. 797) *praesides*, i. e. custodes, cf. Cas. 806. Most. 1077. — 1040. Ut septenarius pronuntietur, et in *pudet* et in *hinc* positio negligenda est. *Haud pudet.* His quum Lambinus interrogandi signum apposuisset, Acidal. p. 446: „Interrogante Trachalione Dæmonem, essetne is ipsius servus, Gripus pro hero occupat respondere: Haud pudet, i. e. sum vero illius, neque mei pudet eum, ut esse suum neget“. Schmiederus autem: „non pudet me hoc tibi persuasisse“. Quorum neutrum ferri potest. Immo Gripus non Trachalioni respondet, sed domino *Quid fit?* i. e. quid agis? (v. ad Bacch. 624) interroganti. Haud pudet, inquit, i. e. non pænitet me fortunæ, modeste res suas laudans ut hodie Itali: „Come sta? — Non c'è male“. — 1041. *quando tuust* vulgo cum antecedentibus iungunt, quasi „quod“ scriptum esset. Ego ante hoc voc.

interpunxi et hic et v. 1044. — 1043. *Abiisti* Cam. — 1046. *talos subfringi*, cf. ad Asin. 471. — 1047. *litigatis nunc* Cam. — 1048. *rem facesso*, accuso, ut „negotium facessere". Actorem prius loqui decet. — *Si quidem . . . facessas* affert Nonius p. 307. *pudicus*, cf. ad Trin. 699. — 1050. *Utin*, v. ad Epid. 226; cf. M. Warren. American journal of philology II p. 79. — *dicat* edd. — *Audi.* Nisi fallor, scriptum fuit: *Tu audi.* — 1051. *nequitur*, v. ad Pers. 195. — 1052 sq. Supplementa mea sunt aliis præeuntibus. Fl: „quem [tu fano Uenerio] Dudum lenonem"; sed lacuna post *dudum* est. — *Ita ut occepi*, scelestum virum dixit v. 1045. — *illum quem* cet., v. ad Amph. 1002. — *hic eius*, cf. ad Amph. 181. — 1055. *Habeo*, *non habeo*, i. e. sive habeo, sive non habeo; cf. „velim nolim" al. — *me curas*, cf. ad 381. — 1056. *illud* Cam. — 1058. *reti adprehendi* antiquæ edd. — 1060. *Quoad* Cam. — *primarius uir*, qui prior dicit (1050), non sine lepore, nam vulgo egregium significat, ut Stich. 141. — *conprime*, coge ut taceat, cf. 1051. 1112. Servus in obscenum sensum vertit, cf. ad Amph. 344. — 1061. *mihi* ultima longa; Fl.: „uis mihimet". *consueuit*, sc. facere, quod ex „fieri" auditur. — 1062. Fl.: „solitust, hic nos noster". — 1064. *Equidem*, v. ad Amph. 757. — 1067. *aibas* Mueller.; vulgo „aiebas", ut „Nempe" priorem corripiat. — 1068. *crepundia*, v. ad Mil. 1390. — 1069. *Isti*, utroque loco Fl. — 1070. *Hoc . . usus est*, v. ad Amph. 501. „istic usust" Fl., quod Langen. Beitr. p. 162 dicendi rationes nimis subtiliter distinguens, intelligit „isti usui est". — 1073 si recte traditur, „Et crepundia" primam dipodiam facit et hiatur post „si". Muell. p. 13: „crepundia huius". — *Quid istuc tua?* sc. refert, cf. Amph. 996. Ter. Phorm. 133. 389. 800. 940. Hec. 510. Cic. ad Attic. IV, 5, 3. Senec. Ep. 14, 13. — 1075. *Fac sis* Pareus. — 1077. *ted* Cam. — 1078. *quem suspicor*, sc. eum esse. — 1079 si recte traditur, *nisi* posteriorem longam habet. Fl. „Hic ego"; malim „enim". Mueller. „nisi mea de opinione". — 1080. Scriptura dubia. „scelestum" em. Studemund. Stud. I p. 275; sed *aucupatur* nec ea vi apud Plautum dici solet nec deponenti, sed activa forma, v. Asin. 872. Most. 463. Men. 556. Mil. 990. Trucul. 954.

Non. p. 467. Itaque Mueller.: „Uiden tu ut te scelestus captat?“ ex Men. 633, Spengel in Truc.: „ut naugatur?“ — 1082. *Haec*, cf. Aul. 378. — *his* edd. — 1085. *Scelerum caput*, v. ad Curc. 234. — 1086. *periuri caput* et B et C; corrigenda est ann. Curc. l. l.; item Pseud. 132 A et B, ut sic scribi debeat. — 1087 incipit a duobus dactylis. Fl. transp.: „ego istaec“; potuit etiam aut „ego“ omitti aut „ista“ scribi. — *hinc* et *a me* idem significant. Trachalio in respondendo distinguit. *abs te stat*, inquit, i. e. tecum facit ut dominus cum servo; verum *hinc*, i. e. a me, testimonium petet; *cibit* em. Acidalius. — 1093. *id* Fl. — *uidulum*, cf. 924. — 1096. *isti* Fl. — *caudeam*. Fest. Epit. p. 46: Caudeæ cistellæ ex iunco, a similitudine equinæ caudæ factæ“. Placidus p. 25 Deu. „Caudeam, iunceam, quod iuncea cauda emergat; dicunt et scirpum et tibim“ (an „cibisim“?). Versus redit 1120. — 1097. *qui*, quibus, cf. ad Pseud. 487. — 1098. *Athenis periit* Acid. — 1101 „quia tacitast melior mulier semper quam loquens“ em. Bentleius ad Ter. Phorm. 2, 3, 21. Reizius „bonast“ defendit omisso „potius“, v. ad 674, sed verborum ordine mutato: „quia tacita mulier semper quam loquens bonast“. Verum alio ducit proximus versus ad hæc parum apte respondens; equidem scriptum fuisse credo: *quia tacita bona erit mulier semper, uir loquens*. — 1102. *pro oratione* Gulielm., cf. Cic. Manil. 23, 68: „pro amplissimis vestris honoribus“. — 1105. *Unum* supplevit Cam. — „ego hoc tibi“ Seyff. Stud. p. 24, sc. scipione. — 1111. *auferret* olim em. — 1113. *pro re mea* Both. Fl. — 1114. *uidulum istum* Reiz. — 1115. *Ac*, et quidem, v. ad Epid. 380. Pers. 826. — *ut*, v. ad Epid. 263. Trin. 691. — 1117. *aiebat*, sc. Trachalio, nam mulieres nihil dixerunt. Fleckeisen. „hic aibat“ ed. — 1118. *ego hercle* transposui versus causa; Fl.: „miser ego hercle“. — 1119 supplevit Gulielmus ex Mil. 1013: „fecisti modo me ex procliuo planum“. — 1122. *nullum*, i. e. nihil, v. Haupt. Opusc. III p. 464. Loew. Anal. Plaut. p. 205. Casin. 744. Carrio „nullus“, Acidalius „nihilum“ corrigebat. — 1123. Numeri vitiosi, nec necessaria explicatio videtur vocis *frustra*. Fl. licentius: „Uos tum uobis istaec quidquid inerit isti habebitis“. —

1124. „Sed" del. Muell. p. 109; Fl. „erunt" delebat. — 1125. *Ius merum oras*, cf. 182. — *iniuriam meram* supplevit Camer. — 1126. *superstitiosa*, fatidica, cf. ad Amph. 319. Cic. Divin. I, 31, 66. — 1127. *inerit* „Muell. Nachtr. p. 141 ann., Francken. — *anne* edd., cf. Truc. 656. Cat. 66, 27. Verg. Æn. VI, 719. — 1128. *ariolabitur* edd. — 1130. *Hoc habet*, i. e. letale vulnus accepit, v. ad Most. 702, ait Gripus, postquam nodum solvit; *solutust* Reiz. — *Aperi* cett. Dæmonis verba sunt; quod quum vidisset Acidalius, maluit tamen „ah perii" scribere, ut Gripo tribueret omnia ad „cistellam". Sed 'ne post hoc voc. quidem in codd. personæ spatium vacat. — 1132. *uostrum cognoscendum*, cf. 288. — 1134. *tam* antepositum, cf. ad Mil. 741. — 1137. *quod postules*, v. ad Asin. 750. — 1139. *tecum* Mueller.; Reiz. „ted" scripserat. — 1142. *ex ordine*, cf. Lucil. XXIX v. 58: „adde alios omnes meo periclo ex ordine". — 1143. *Ensiculus* affert Charis. I p. 24. II p. 128. *litteratus*, cf. 467. — 1145 affert Charis. I p. 96: „Post alterinsecus est securicula ancipes". *altrinsecus* Priscian. III p. 612. VI p. 725. Glossar. Plautin. ap. Ritsch. Opusc. II p. 235. *ancipes*, cf. „praecipes" 660. — *itidem* Priscianus VI. — 1148. *ubi sunt spes meae?* iam adesse censet. Gripus respondet sibi potius quærendum esse, ubi spes suæ sint, quippe quas amiserit. — 1149. *Perge*, *te* Acidalius, sed errat quod Dæmoni hæc tribuit. Eius est interrogare pergere; Palæstra eum hortatur, ut id faciat, et Palæstræ Gripus ea dicit, quæ sequuntur. Weis. et Brix. Ann. phil. CXXXI p. 204 „Pergite" retinuerunt Tranioni datum. — *Placide*, cf. Pseud. 243. — *i* Muell. p. 123. — 1150. *quid in securicula* Reiz. — 1153. *Qui*, utinam, v. ad Men. 440. *te*, Trachalionem alloquitur, ut proximus versus ostendit. — „hodie me" Fl. — 1154. *scelestum*, cf. 491. — 1155. *me* pertinet ad *circumspexi*, v. ad Trin. 147. — 1156. *sicilicula*. Siciles apud Gell. X, 25, 2 afferuntur inter „telorum iaculorum gladiorumque vocabula, quæ in historiis veteribus scripta sunt". Ennii „Incedit veles vulgo sicilibus latis" laudat Fest. Epit. 337: „Siciles hastarum spicula lata". Rectius gladios falcatos dixisset; nam Plin. VI, 38 de mare Caspio: „lunatis obliquatur cornibus sicilis similitudine", et Varro R. R. I, 49: „Quo facto sicilienda prata, i. e. falcibus

consectanda quæ foeniseces præterierunt". — 1156. *et*, cf. 850. In proximum versum transfert Fl. mutato ordine scribens: „dierecta i tu". — *dierecta*, v. ad Bacch. 577. — 1158. *bulla*, v. Marquardt. Ant. Rom. V, 1 p. 84. — 1161. *eccam* Fl. Præterea „intust" postulat Langen. Beitr. p. 5. — 1164. *ferre* scripsi; Fl. violentius: „Age dum, hunc, si potes, fer intro uidulum, Trachalio". — 1169. *omnes* alterum add. Lambinus. Muell. „quandoquidem"; Fl. „hinc intro" ut 1176. — 1170. *Quom*, cf. Epid. 716: „ut acerbum est, pro bene factis quom mali messem metas!" Cic. Fam. I. 8, 5: „cui iucundum erit, quum me gratum videbit". Off. I, 39, 139. Senec. Provid. 2, 8: „voluptati est, si". Nep. Con. 3, 4: „civitati sit opprobrio, si".

1171. *homo* add. Fl. — *scelestus*, cf. 1154. — 1175. *largiter* construitur ut satis et abunde, cf. 1302. Truc. 893. — 1177, cf. 1402.

1178. Dæmones senariis de felicitate sua loquitur. — 1180. *Satin*, cf. 451. — *di esse* et *uolunt* edd. — 1182. *qui* addidit Cam. Hoc flagitat proximum *Is*, cf. 1278. Cic. Manil. 12, 33: „ut vos, qui modo . . . . videbatis, ii nunc . . . audiatis". 18, 55: „Nos, quorum maiores . . . vicerunt, ii . . . poteramus", Nat. D. I, 22, 61: „ego ipse pontifex, qui cærimonias . . . tuendas arbitror, is . . . velim". ad Q. fr. I, 3, 6: „ut, qui modo . . . fuerim, is nunc cet." — *inprouiso*, cf. Asin. 308. Fl. iusto audacius: „Ego hodie, quod neque . . . Ex inprouiso filiam inueni meam". Quo facto duos primos huius scenæ versus spurios iudicat. — 1185. *cognato*, cf. 1201. — 1186. *adeo*, cf. ad Amph. 464. — 1187. *eius seruom* Acid. — 1191 affert Non. p. 70.

1192. Septenariis trochaicis Dæmones primum uxorem intra ædes alloquitur, deinde cum Trachalione colloquitur. *pausam*, cf. Poen. 459. — 1193. *Atque*, cf. ad 357. — 1195. *sacres*, v. ad Men. 288. — 1196. *Atque*, cf. 481.

1197. „tamen" om. Reiz. — 1199. *roga* Fl. — *Licet*, v. ad Amph. 540. — 1202. *sit* Acidalius em. — *cena*, filia inventa et sponsaliorum causa, cf. 1251. — 1203. *Omnian*

Cam. Huic *licet* adiungitur quasi indeclinabile pro: ad omnia „licet" respondebis, cf. 1209. 1213. — 1205. *manu* add. Cam. — 1209. *Omnian* Cam. — *refero gratiam*, eodem responsu, cf. Pers. 427. — 1211. *ceterum*, v. ad Capt. 984. Epid. 7. — 1212. *infelicet*, cf. 874. — 1213. *Ita*, v. ad 203.

1214. Gripus hero persuadere conatur ut vidulum sibi ipse teneat nec Labraci reddat. — 1218. *Quodne*, cf. 271. — 1219. „illi melius" Reiz. — 1221. *Isto* . . *quom*, cf. ad 895. — 1223. *transennae*, v. ad Bacch. 787. — 1225. *auariter*, cf. Curc. 128. — 1227. *atque*, cf. ad Asin. 564. — 1228. Post *uti* Fl. edd. „ei", fortasse recte. — 1229. *praedatum irier*, ereptum iri, prædam fore aliis. Dotem attulisse videtur, sed ita abibit, ut maior dos eroganda sit. — 1232. *noster* ad vulgaris sermonis usum ponitur familiarem significans, cf. Horat. Sat. II, 6, 48: „Per totum hoc tempus subiectior in diem et horas Invidiae noster". ad Amph. 395. Bacch. 440. — 1234. *maleficiis suis*, i. e. quæ ipsi fecerint, quibus si non conscii sunt, nulla sunt. Gulielmus „maleficii" scribebat, „nam sapientes nullius maleficii conscios esse debere, non sibi solis, sed et iis quos coercere iure aut imperio possint". Quæ sententia quum huic loco parum conveniret, Ritsch. Opusc. II p. 720 ann. „malefici sibi" scripsit; genetivum retinet, quia conscius apud antiquiores scriptores cum dativo rei non iungatur. Quod unde noverit, ignoro. Genetivi unum exemplum exstat Ter. Phorm. 156; apud Plautum *conscius* plerumque absolute dicitur nullo addito obiecto, v. Langen. Beitr. p. 121 sq.; dativus additur h. l., ut apud Lucret. III, 1018: „mens conscia factis". — 1235. *nisi* Fl. em., qui quod præterea „quom lusim, nil morer" edidit, audacius fecisse videtur. Quod *lusi* scriptum est, non „ludo", v. ad 229. — 1236. *comicos*, histriones, cf. ad Pers. 464. Satis constat, quam magni momenti in antiqua comoedia fuerit morum doctrina et sententiarum gravitas. — 1237. *is*, cf. 636. — 1238. *monstrabant poplo* edd. — 1240. *Nullus*, v. ad Men. 99. — *erat illo pacto ut*, ad Pseud. 802. — 1241. *ne molestu's*, cf. 964. — 1244. *si* . . . *si*, cf. ad Amph. 1065.

1245. *Illuc est quod*, ea est causa cur, cf. Cas. 439. — 1246. Pravum esse, quod in codd. legitur, intellexit Francken.,

nam ut ait p. 62: „hoc vult Dæmones: propterea sæpe malos habemus servos, quod ipsi eorum culpæ affines sumus". Requirit: „Nam illoc cum seruo si quis congressus foret". Immo potius *illic cum auaro si quo*. — 1247. *furti* edd.

1252 sqq. trochaici septenarii. Advenit cum Trachalione Plesidippus gaudio exsultans. Principio similia sunt quæ ex Iliona tragoedia Cicero aliquoties affert, v. Ribb. Pacuv. 202: „itera dum eadem istaec mihi". — 1255. *opino* Fl., cf. 986. — 1256. *Censen? despondebit?* i. e. Quid censes? num despondebit? Structura paratactica pro hypotactica, ut in „faxo", „scio" aliisque, v. ad Amph. 433. Idem in interrogationibus factum esse ostendit Hor. Sat. II, 5, 76 sq.: „Putasne? Perduci poterit?" ac fortasse etiam Aul. 301 retineri debet codicum scriptura „potest". — 1257. *Censeo*, sc. faciendum, v. ad Amph. 959. — 1259 sq. Hilaritas adolescentis in ludendo sibi indulget, et similia adsciscit, quæ ad rem non pertinent. Hæc enim ex censu populi sumpta videntur, ubi censor rogat, qui censetur respondet. Interrogat autem, *quanti* rem suam esse censeat, sive quanti censeri velit. Trachalio sic interrogatus tamen nihil respondet nisi quod semper antea, *censeo*, quo facto Plesidippus se adesse dicit, censionemque suam potius esse quam servi; recte enim Fl.: *Adsum equidem*. — 1262. „salutem adueniens" Fl. Ne hiatus sit post „Censeo", Mueller. maluit: „Etiam eius patrem" ut 1264. — 1267. *Non censeo*; ut 1259 idem repetit, quasi quam aptum sit parum curans.

1268. Labrax advenit iudicio damnatus. Septenariis iambicis fortunam suam queritur. *mortalis* Reizius. Mueller. „mortalium" retineri posse dicit, si scribatur „alter uiuat"; sed tum perit diæresis. — 1269. *ad*, i. e. apud, v. ad Asin. 818. add. Most. 344. Men. 573. Trin. 496. Truncul. 99. *recuperatores*, v. ad Bacch. 267. — 1271. *Nam* cet. Hæc quoque querendi causa est; cf. ad Asin. 122. — 1273. *alteram* pendet ab *uisam*, ut Epid. 213. Ter. Hec. 341: „Non uisam uxorem Pamphili?"

— 1274. *reliquiarum*, cf. Lucret. I, 1109: „Temporis ut puncto nil exstet reliquiarum“.

1275. Exit Gripus cum veru, cuius robiginem extergere conatur, v. 1286 sq. Rarus enim eius usus fuerat in paupere Dæmonis domo; hodie sacrificium et epulæ fient. — 1276. *Perii* edd. — 1277. *tundor* Reiz., quum Dousa „tundar“ scripsisset. Sed ne illud quidem negari potest, accusativum *pectus* (Madv. Gr. Lat. 237 c) parum Plautinum videri, quare Mueller. „ob pectus“ voluit, ego „palus pectus tundit“. — 1278. *Istic*, Trachalio. — *ego qui . . . ei*, cf. ad 1182. — 1279. *dare* Cam., cf. ad Asin. 439. — 1280. *arrexit auris*, cf. Ter. Andr. 933: „Arrige auris, Pamphile“. Verg. Æn. I, 152. — 1281. *cubitum longis litteris*, cf. Poen. 836. — 1283. *Ad Gripum* edd. *ut postulatis*, cf. 999. — 1286. *Quid . . . reuocas?* vocavit eum Dæmones aut alius quis ex ædibus. — *hoc*, veru. — 1287. *e ferro* olim emendatum; verborum ordinem restituit Both. — 1288. Non solum „tanto“ omissum est, sed etiam *tenuius* non primo loco positum. — 1289. *Num quid* Francken. em. *uenenatum* Both. post alios. *uerum* hic et 1291; alibi semper „ueru“, nam Trucul. 619 afferri non potest, ut de veritate scripturæ dubitari possit, præsertim quum hæc forma apud grammaticos non commemoretur. — 1290. „cum inraso capite“ codd.; sed quid mirum, quod caput non rasit? aut quæ causa erat cur caput raderet? Nam etiam si verum esset, quod Longolius narrat, eos qui e naufragio servati essent caput radere solitos esse, Labracem naufragum esse Gripus nondum noverat. Faciem eius videt eamque commemorat. Erat autem „crispus, incanus“ (125) et „recalvus“ (315). Apparet igitur calvitiem cum rasura comparatam esse, et scriptum fuisse aut „cum raso capite“ aut, quod potius credo, *semiraso capite* omissa præpositione ut Bacch. 1098, ubi vid. — *Quid fit?* cf. 1039. — 1291. *medicus*, qui quæras, quo modo valeam. — 1293. *tetigisti acu*, rem ipsam accurate indicasti. Proverbium fortasse ab acu fibulæ ductum, quæ in foramina corrigiæ immittenda est. — *digna*, quæ deceat mendicum. — 1294. Post *mari* hiatus parum veri similis; Fl. „hercle“ addit; Brix. Ann. phil. CXXXI p. 203 „hic“. — 1297. „infuerit ibi“ Cam., *ibi infuerit* Reiz.

— 1298. *qui periit tamen*, structura relativa solutior, cf. Cavallin. Tidskr. f. Filologi N. R. I p. 268. — *sine hoc* Spengel. Plaut. p. 16; cf. ad Pseud. 477. — *aliud fabulemur*, cf. Mil. 875. — 1300. Post *octingenti* hiatus; Muell. „ibi“ addit. — *in* add. edd. — 1301. *Pasceolus*, φάσκωλος ap. Aristoph. Non. p. 151: „ex aluta sacculus. Plautus Rudente: præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsum“. Sed inde Plauti locus emendari non potest. „centum Philippeae minae“ voluit Reizius; „centum auri minae Philippi“ Langen. Beitr. p. 87; ego *centum nummi Philippei*, cf. Poen. 166. ad Asin. 152. — *sorsus* codd., i. e. seorsus. — 1303. Post *bene* hiatus in diæresi; Francken. ante h. v. „boni“ addebat; Muell.: „Di me omnes respiciunt; bene ergo ego hinc p. i.“ — 1304. *is* add. Muell. — 1305. *Talentum magnum*, v. 768. — *commodum*, v. ad Asin. 718. — *inerat* edd. — 1306. Vasa argentea enumerantur. *sinus*, v. ad Curc. 75. *cantharus*, *epichysis* hoc ordine Both. Varro L. L. V, 124: „Qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt; qui sumebant minutatim, a sumendo simpulum nominarunt. In huius locum in conviviis e Græcia successit epichysis et cyathus; in sacrificiis remansit guttus et simpulum“. *gaulus*, γαυλὸς, vas capax, v. Athen. XI p. 500 f. — 1309. *qui*, cf. 613. — 1310. *nummos*, didrachmos, v. ad Epid. 55. — *tricas*, cf. Curc. 613. — 1311. *Tramas*, fere idem, cf. Senec. Ep. 90, 20. — 1312. *Curculiunculos* cet. affert Priscian. III p. 614; cf. Vol. II p. 527 sq. Nimis exiguum esse quod offerat, dicit. — 1313. Gripus frigida, i. e. inepta, eum pronuntiare dicit. Os', quod talibus impleatur, nimis caluisse suspicatur, cf. ad Poen. 758, unde *frigefactas* olim emendatum. — 1314. Sermonem ita inter personas distribui ut fit in codd., quorum C h. l. etiam nomina personarum habet. Gripus postquam *Abi igitur* dixit, abire se simulat. — 1316. *Quo* cet., ut id dicam, quod licitando augere non opus sit. — 1318. *Quid istic?* sc. faciendum, v. ad Bacch. 1046. — 1319. *ut roget* scripsi; rogat enim, qui ius iurandum ab aliquo accipit. Vulgo „adroget“, quod num hac vi ponatur, admodum dubium est; (unum simile, Ter. Hec. 526: „adrogitas“, non satis certum est). — 1320. *impera* edd. — 1322. *Praci* edd. Quidquid

verbis præierit, iuraturum se promittit; linguam enim se habere idoneam et nihil gravantem, cf. 1342. Bacch. 222: „Domi est; non metuo nec quoiquam supplico“ cum annot. „id“ del. Reiz. *ulli* edd. — 1323. *Deiera* Reiz., cf. Men. 801. — 1324. *tu* addidi; „tui“ Seyff. Stud. p. 24; Muell. „illius“.

1325—28 et mox 1331 Gripus præire et Labrax repetere censendi sunt. Senariis ius iurandum conceptum est et quæ sequuntur. — 1329. Hiatur et post *ego* et post *Gripo*. Mueller. Nachtr. p. 110 „digito taugito“ scripsit, quod ideo non recepi, quia in proximo versu iidem hiatus redeunt nec quidquam addi posse videtur. — 1332. Deest syllaba. *Sed* Both. add.; Gepp. „At“; Fl. „Si defraudassis“, quod aliud significat. — „te“ om. Fl. — 1333. *eradicet*, v. ad Aul. 292. — 1334. Post *ubi*, ultima longa, hiatus. Mueller. „ut ut“; sed nec hoc nec illud aptum est. Hæc enim, quæ secum dicit Gripus, ita Lambinus explicat: „Hanc tamen precationem diram tibi servato eaque in tuum caput vertatur“. Eadem sententia redit v. 1339 et apte expressa et suo loco; hic versus spurius videtur. — 1335. *Illace aduorsum* Mueller. — 1341. Post *illi* hiatus; Fl. „illic“. — 1342. *Meus arbitratust*, in meo arbitrio est, cf. Asin. 759. — *quod iuret*; de coniunctivo cf. ad Mil. 916.

1344. Extrema fabulæ scena, ut solet, trochaicis septenariis scripta est. Personas recte distribuit Fl. Ep. crit. p. XXVIII. *leno est* Cam. Quod vero post hæc Fl. excidisse putat Gripi verba quædam velut: „Hic ante ostium reliqueram: Set eccillum, prope astat,“ sine dubio fallitur. — 1346. *ut quidquid*, cf. Most. 816. Truc. 223. ad Asin. 324. „ut quidque“ Reizius et posteriores, maxime numerorum causa. *infuit* Fl. — 1347. „o“ del. Reiz. — 1348. *si quidem*, v. ad Mil. 189. — 1352. *mehercle* C, trisyllabum, cf. Pseud. 1178. Muell. Prosod. p. 317 „hercle“ postulat, eaque de causa: „ex tua sententia“. — 1353. *facile non credo*, v. ad Aul. 224. — 1354. *mihi* ultima longa; Fl. „tu mihi“. — 1355. *condono te*, cf. ad Bacch. 1142. — *Benigne* cet. ironice; Dæmones non minus quam Labrax noverat, Palæstram ab eo abiudicatam esse. — 1356. *quom* add. Muell. Pros. p. 587; cf. ad Mil. 1280. Brix. Ann. phil. CXXXI p. 205

coniunctivum post „quom“ parum Plautinum habens „ut“ maluit, quo sensu? Superiores: „iam habes uidulum?“ — 1358. *factio*, agendi ratio, cf. Bacch. 838. — 1361. Cf. Curc. 702: „Dicundi, non rem perdundi gratia haec (lingua) nata est mihi“. *rei seruandae* dativus consilii, v. ad Pers. 427. — 1362. *periurissime* edd. — 1364. *pontifices* omnis iuris divini interpretes et iudices erant. — 1366. *iuratust* Fl. — 1367 sqq. *quicum habeam iudicem*, cf. Most. 546. Liv. XLIII, 2, 6: „Cum M. Titinio .... recuperatores sumpserunt“. Nam, ut ait Francken. p. 50: „Sententia est: Substitue tibi liberum aliquem hominem, quicum iudicem eligam et spondeam me pecuniam daturum, ni dolo malo a me promissum exegeris et ni ego nondum sim quinque et viginti annos natus“; cf. supra 704 sq.. Exceptiones enim quærit omnis generis, primum exceptionem doli mali, cuius exemplum affert Gaius IV, 116: „velut si stipulatus sim a te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus, nec numeraverim“, deinde exceptionem ætatis ex lege Plætoria, qua si quid adolescens minor XXV annos promiserat, id præstare non cogebatur, v. ad Pseud. 304. Locum affert Priscianus VIII p. 792 sic: „Ni dolo malo instipulatus sis siue etiam dum siem Quinque et uiginti annos natus“; unde Mueller. p. 739 „siue“ retinendum censet, quum Acidalius *haud* addendum esse vidisset, ac vix aliud cogitari aut intelligi possit. Acidalius „etiam dum haud“ scripsit, ego *etiam haud dum*. — 1369. *annos natus* transpos. Reiz. — *Habe cum hoc*, cum Dæmone. Hiatus non offendit, nec probaverim aut quod Fl. edidit: „LA. Immo aliost opus“ aut quod Seyffert. voluit: „LA. Hoc? aliost opus“. — 1370. Post Camerarium editur: „Iam ab isto auferre haud sinam, nisi istum condemnavero“, quæ ita explicat Lambinus: „Volo de hac controversia vestra cognoscere; nisi autem a me damnatus sit Gripus, vidulum non auferes“. In quibus pravum est „Iam“ et male omittitur „te“. Deinde Dæmones non est iudex, sed reus, qui cum Labrace iudicem habet; condemnare igitur — nam condemnare non solum iudex dicitur, sed etiam accusator, qui efficit ut aliquis condemnetur, v. supra 1269. Cic. Rosc. Am. 11, 32. Div. in Cæcil. 10, 30. al. —

non Gripum, sed Labracem studet. Hoc igitur dicit: Si Labracem condemnavero, non dubitabo tibi quod tuum est restituere. Itaque pro „aut sim" scribendum *ausim* et addendum obiectum verbi *auferre*, quare *istuc* addidi. — 1371. *Promisistine* Reiz. — *Fateor* idem. — *meo* olim additum. — 1373. *fide lenonia uti* edd. — *non potes*; Fl. „non potis". — 1375. *adeo* cum antecedentibus iungendum, id adeo, cf. ad Amph. 464. Brix. Ann. phil. CXXXI p. 206: „Id adeo ego dabo huic continuo". — 1376. Apparet aut „erga" tollendum esse, aut *te* pro „tibi" scribendum cum Camerario. Sed præterea numeri emendandi. Reiz. „benignus erga te fui"; Fl. *ego* addidit. — 1378 *benigne itidem addecet* edd. — 1379. *referre* Grut. — *Nempe* cet., meam, credo, causam defendis. Antequam concedit quod recusare non audet, causam et quasi condicionem addere conatur, sed ea reiecta nihilo minus concedit. — 1380. *Mirum quin*, v. ad Amph. 743. — *meo periclo*, nam iudicio certant. — 1382. *istunc* Fl. — 1386. *rem simulas* edd. — *munus paras* supplevi — 1387. *interuortes*, cf. Pseud. 903. — 1388. *unum istuc* transposuit Reiz. Fl. „istuc" omisit, sed ut in Gripi verbis „tu" adderet, quod probari non potest. — *Uel hercle enica*, cf. Aul. 823, et de numeris Proleg. p. 204. — 1390. *taceto* Cam. — *hoc*, i. e. huc, v. ad Bacch. 1150. „tu" om. Reiz. — 1391. Non. p. 142 sq.: „*Murmurillum* murmuratio. Plautus Rudente: nolo ego murmurillum neque susurrum fieri". Unde *ego* accessit. — 1392. *illanc* Mueller. Idem „tu" pro „tuam" recte, credo. — 1394. *Condicionem luculentam*, cf. Mil. 948. — 1395. *Diuiduum faciam*, i. e. dividam. Dimidium talentum ei offert, i. e. tria milia drachmarum, quum duo milia dedisset. — *facis* Cam. — 1396. *huc*, cf. 1374. Peine de dativi usu p. 49. — 1397. Ante *ego* hiatur in diæresi; Reiz. „Gripum ego". — 1400. *Res soluta est*, v. ad Asin. 217. — *Tu* add. Reiz. — 1401. „tu" del. Both. Brix. Iuravit ille quidem; sed *iuris iurandi* necesse est ei *gratiam facias*, i. e. concedas ne eo obligatus sit, cf. Sueton. Tib. 35: „equiti Romano iuris iurandi gratiam fecit". ad Most. 1111. — 1406. *pollucti*, splendidi et delicati, ut in deorum sacrificiis, cf. Most. 23: „opsonate pollu-

cibiliter". Stich. 687: „polluctura". — 1407. *Niue* Reiz. — 1409. *Comissatum*, cf. Stich. etr. — 1410 ἄμετρος est; Fl.: „hodie hic" et „Iam plausum date". Præterea et abundat et misere languet; quare non dubito quin confictus sit ut Mil. 1429 ab homine solitum „Plaudite" desiderante; quod ne quis putet abesse non posse, videat Casinæ et Pseudoli exitus.

COMMENTARIUS

IN

STICHUM.

Hæc fabula in describendo felici in patriam reditu et hilaritate cum eo coniuncta versatur. Duæ sorores duobus fratribus nupserant. Hi quum in luxu et voluptatibus degentes rem familiarem perdidissent, maledictis soceri commoti, ut mercatura rem recuperarent, peregre abierant. Tertium iam annum absunt, nec quid iis factum sit constat. Pater avarus filias novis matrimoniis iungere studet, sed uxores fidelibus animis virorum reditum exspectant. Nec constantiam frustratur rerum eventus. Nam dum arcessitur parasitus, ut ad portum mittatur, si quid novi explorare possit, servus a portu venit alterum fratrem iam redisse nuntians, alterum mox rediturum. Redeunt autem re bene gesta magnisque partis opibus, ut non uxores solas summa afficiant lætitia, sed etiam cum socero facillime in gratiam redeant. Parasitus, quo socio et adiutore rem amiserant, ludibrio habitus ablegatur; Stichus autem servus, qui herum in itinere comitatus erat, cado vini donatur, quo se et conservos oblectet, fabulaque ab anxia sororum sollicitudine orsa in convivio et comissatione servorum terminatur.

Quod igitur Plutarchus in L. Luculli vita (c. 39) huius imperatoris vitam cum antiqua comoedia comparat, cuius priora res publicas et bellicas, posteriora cenas et convivia et comissationes cum facibus et omni lusu habeat, id etiam ad Stichum Plautinam conveniret, modo ex recentioris comoediæ ratione privatæ rei curas publicis substituas. Sed quamvis exitus ab initio discrepet, tamen simplex admodum est argumentum, quippe quod nec nodos contineat servorum astutia solvendos nec errores ex longa turba et sollicitudine tandem felici rerum eventu

33*

explicatos, sed recta a carceribus ad calcem decurrat. Moribus personarum egregie depictis lætamur, et quum rarum illud exemplar coniugalis fidei laudibus prosequamur, tum parasitum et servos ex animo ridemus; argumentum aliquanto complicatius mallemus, et extremam fabulæ partem tam laxo vinculo cum prioribus iunctam esse miramur. Hoc animadverso, præsertim quum fabula perbrevis sit, 773 enim versibus absolvitur, viri docti intercidisse partes aliquas fabulæ suspicati sunt, maxime Ritschelius Parerg. p. 280 sqq., Ladewigius Ueber den Canon des Sedigitus p. 28, cf. Philol. XVII p. 435, Bergkius Zeitschr. f. Alterthumsw. 1850 p. 343 ff. Hic quidem ante omnia scenam desideravit, qua Epignomus domum redux cum uxore fideli salutem et prima redeuntis gaudia communicaret. Sed talia antiquis comicis minime necessaria videbantur. Goetzius in Actis soc. philol. Lips. VI p. 302 accurate tota quæstione tractata lacunas quidem maiores nullas indagavit, sed Stichum ut alias eiusdem ambitus fabulas, Curculionem et Epidicum, retractatione in brevius contractas putavit, id quod mihi quidem non in hac magis quam in illis probatum videtur.

Ambrosiani palimpsesti membranæ ad Stichum pertinentes præter quattuor omnes ad nos pervenerunt. In iis, quæ perierunt, scripti fuerunt vv. 554—84, 648—81, 708—75; duæ, quæ vv. 520—51 et 682—707 continent, pessime habitæ sunt, ceteræ fere ita servatæ, ut pleraque legi possint. Contulit codicem post Ritschelium et Studemundum etiam Gustavus Loewe, nuper infelici morte absumptus, cuius collatione in secunda editione Ritscheliana (1883) Goetzius usus est.

Didascaliam

huius fabulæ servavit Ambrosianus, unde etiam pars aliqua didascaliæ in Pseudolum eruta est. Primus repperit et edidit Angelus Maius Plauti fragm. ined. p. 52, qui Adelphorum nomine ductus ad Terentii fabulam eam rettulit et Terentiani codicis Plautino plane germani folium se invenisse arbitratus est. Sed quum animadversum esset magistratuum nomina ad tempus multo antiquius spectare, ut vix dubitari posset, quin Plautina didascalia esset, Ritschelius in Parergis p. 251 sqq. emendatius

editam et suppletam ad Stichum pertinere ostendit, eamque fabulam anno 200 a. Chr. n. doctam esse pronuntiavit. Cui quum Geppertus (Ueber den Codex Ambrosianus p. 10 sqq.) ita oblocutus esset, ut ipse Ritschelius de ea re dubitare inciperet, Studemundus demum accuratius examinatis palimpsesti membranis dissertatione de actæ Stichi Plautinæ tempore in Comment. in honorem Th. Mommseni edd. rem transegit ac re vera Stichi didascaliam exstare demonstravit. Hunc Goetzius secutus est in ed. Ritscheliana altera.

Vv. 1, 5, 7 ac fortasse 10, in quibus nihil omnino apparet, atramento scripti non fuerunt; minio picti fuisse videntur, quem colorem spongia prorsus delevit. Supplevit Ritschelius, nisi quod v. 7 „modulatus est“ scripsit, ne deesset, unde recte penderet v. 9 *totam*; nos cum Willmanns. et Goetzio id prætulimus, quod Terentianæ didascaliæ constanter præbent.

2. Ex *Menandri Adelphis* Terentianam fabulam eiusdem nominis versam esse satis constat; ex eadem Stichum Plautinam ductam non esse apparet; non mirum igitur viros doctos de integritate scripturæ dubitasse. Hermanno quidem altera Menandri fabula, „Philadelphoe“, significari videbatur, eumque auctorem secutus Ritschelius in Parergis p. 274 sq. fragmenta ex Philadelphis servata a Sticho non abhorrere ostendere conatur. Sed et hoc parum ei successit, nec nomen Græcum cum argumento Plautino convenit, ubi non de fraterno sed de coniugali amore agitur. Immo iure Schoellius Ann. philol. CXIX p. 44 sqq. scripturam codicis tuetur, si quidem Menander duas eodem nomine fabulas scripsit, ut apparet ex schol. ad Platonis Phædrum extr.: *κοινὰ τὰ τῶν φίλων . . . Μένανδρος ἐν Ἀδελφοῖς β΄*. Verba laudata leguntur apud Terentium Ad. 804: „Communia esse amicorum inter se omnia“. Is igitur posteriorem Menandri fabulam interpretatus est, Plautus in Sticho priorem secutus videtur. Ad eandem pertinet fr. ex Stob. Floril. LVI, 3:

Χαῖρ᾽, ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ᾽ ἰδὼν
ἀσπάζομαι· τουτὶ γὰρ οὐ πᾶσαν ποιῶ
τὴν γῆν, ὅταν δὲ τοὐμὸν ἐσίδω χωρίον·
τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ᾽ ἐγὼ κρίνω θεόν,

quæ Meinekius, quia a Terentii Adelphis aliena essent, Iustino

auctore ad *Ἀλιεῖς* referebat, sed recte Schoellius animadvertit talia Epignomum dicere potuisse Stich. 403 sqq. Alia, quæ quasi ex Adelphis Menandri afferuntur, in Terentii fabula nullum locum invenire, cum Plautina magis convenire censuit Schoellius. Quod enim Stobæus X, 24 habet:

Ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
πένητός ἐστιν. οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
δεόμενον· αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ,

talibus verbis causam peregrinationis fratrum exponi potuisse. Minus veri similitudinis habet, quod fr. Stob. XLIV, 3 cum Stich. 202 sq. comparat, et quod attinet ad fr. ap. Athen. X p. 431 b:

Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος,

in extrema quidem Sticho servi potant, sed illud convivium spectatur, non narratur, ut, si hæc re vera ad Græcum fabulæ fontem pertinent, Plautus eum satis libere tractasse censendus sit.

3—4. *ludis plebeis* cett., i. e. Novembri mense a. 200, cf. Liv. XXXI, 50, 3: „Plebeii ludi ab ædilibus L. Terentio Massaliota et Cn. Bæbio Tamphilo, qui prætor designatus erat, ter toti instaurati“. — 6. *T. Publilius Pellio* (sic cod.) notus ex Bacch. 211 sq.: „Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo, Nullam aeque inuitus specto, si agit Pellio“. — 8. *Marcipor Oppi*, i. e. M. Oppii puer vel servus, cf. Quintil. I, 4, 26: „in servis iam intercidit illud genus, quod ducebatur a domino, unde Marcipores Publiporesque“. Plin. XXXIII, 26. Marquardt. Röm. Privatalterth. I p. 21. — 9. *tibiis Sarranis*, sic etiam didascalia Ter. Ad. cod. Vat., quum in Bembino „Serranis“ sit. Eædem sinistræ sunt, v. Donat. fr. de com. „Dextræ et Lydiæ sua gravitate seriam comoediæ dictionem pronuntiabant; sinistræ et Sarranæ acuminis levitate iocum in comoedia ostendebant“. — *totam* si verum est, *modos fecit* pro uno verbo transitivo ponitur; idem exstat in did. Ter. Phorm. Vat., sed fieri potest ut *tota* scribendum sit, quod Bemb. in Hecyra et in Adelphis præbet, in Andria præbuisse videtur, quoniam Donatus hoc vocabulo errore cum sequentibus iuncto habet: „et est tota Græca“. *tota* autem ablativo casu intellexerim quasi

per totam fabulam. — 10 quid continuerit, atque etiam num omnino litteris perscripta fuerit, ignoratur. Ritschelius, ut in Terentianis didascaliis hoc loco numerus fabulæ indicatur („facta est prima, secunda, cett."), ita hic quoque scriptum putavit, quota ex Plautinis fabulis Stichus esset. — 11. *C. Sulpicio C. Aurelio cos.*, ann. 200 a. Chr. n.; sed in prænomine prioris consulis erratum videtur, nam P. Sulpicius est Liv. XXXI, 4, 4: „P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta", itemque c. 5, 2. XLII, 34, 5. Nep. Hannib. 7, 1.

Argumentum I.

acrostichon. 2. *Tam* cum Seyffertio Stud. Plaut. p. 14 pro „tamen" positum credo, v. ad Bacch. 1196, nam si „tantopere" explices, nimis abundat *Ita*. — 7. *ludus datur*, v. ad Bacch. 1079.

Argumentum II.

Huius paucas reliquias Studemundus de actæ Stichi tempore p. 25 eruit ex cod. A, ubi posterior manus, eadem, ut videtur, quæ Pseudoli argumentum II scripsit, deleta priore scriptura hæc exaravit, quæ nova litura iterum cedere coegit.

Personarum nomina in hac fabula dubitationem aliquam moverunt. Nam in titulo primæ scenæ sorores in codd. BD Panegyris et Pinacium dicuntur, in A Philumena et Pamphila, quæ nomina Ritschelius illis substituebat. Sed hæc nomina nullo alio loco leguntur, *Panegyridis* nomen et ceterorum codicum testimonio defenditur et ipsius Ambrosiani tam in titulo v. 326 præposito quam in ipso contextu Plauti 249 et 332. Nec nomen ignotum est, si quidem in titulis navalibus Atticis triremis sic appellata invenitur. Contra *Pinacium* alterius sororis nomen esse non potest; sic enim nominatur puer v. 280, 284, 288, 331, 333, 335, ut de eo dubitari non possit, nam quod interdum prave „Dinacium" scribitur,

nihil est. Mulieri igitur aliud nomen quærendum est, quod quoniam in contextu fabulæ nusquam certo legitur, in promptu est ad illum titulum cod. A confugere, ut aut Philumena aut Pamphila vocetur. Pamphilam cum Ritschelio Goetzius vocavit, idemque ego propter v. 394 præfero. In distribuendis autem sermonibus inter sorores, quum raro ingeniorum diversitas, quid quæque dixerit, doceat, quantum fieri potuit, codicem C secutus sum; nam B præter scenarum titulos nullas per totam fabulam personarum notas habet, C quum in mediis versibus fere spatia vacua præbeat, tamen et ibi interdum et in principiis, si excipias v. 110 ad 237, non raro servavit. — Fratrum alter *Epignomus* dicitur nomine non aliunde noto et de quo Bergk. Fleckeis. aliique dubitarunt; alteri fratri *Pamphilippo* nomen est. R. Pamphilum dixit, quod A v. 394 præbet, sed et ceteri codd. constanter et ipse A 508, 529, 598 et in titulo scenæ v. 507 illam formam tuetur, ut appareat eam recte a Goetzio restitutam esse. Nomen insolitum est, sed non incredibile; nam Posidippi nomen vulgo notum est; alia duplicis compositionis exempla ex Plauto afferri possunt Theodoromedes, Stratippocles, ex Græcis Theodoronymos, ne ea commemorem, quæ ridiculi causa composita sunt. — Servorum alter *Stichus* appellatur, alter et in A et in BC constanter *Sangarinus* (v. 434, 440, 442, 644, 660, 679, 747 et titulus ante 682), sed gentilia nomina in inus exeuntia perispomena sunt, ut forma nominis ditrochaica efficiatur, quam versus allati non ferunt. Itaque aut cum Salmasio et Ritschelio Sagarinus scribendum aut cum Bergkio (Zeitschr. f. Alterth. 1850 p. 337) Sangarius. Illam formam commendat nomen Σάγαρις apud Diog. Laert. II, 46. Athen. XII, 530 c et Sagaristio in Persa Plauti, eandemque ei, qui glossarum librum scripsit, obversatam esse suspicatur Loewius Analect. Pl. p. 213; hanc commendat Sanga servus in Eunucho Terentii et Sangario Trin. 1105, eamque prætuli propter v. 644, nam si „Sagarinum“ scribas, senarii exitus spondaicus erit, si „Sangarium“, prima nominis syllaba positione neglecta corripitur.

Fabula incipit a cantico sororum variis numeris, sed fere iambicis et anapæsticis scripto. V. 1 monometer anapæsticus. 2—5 compositi ex dipodia iambica et anapæsto. 6 tripodia iambica. 7—9 versus Reiziani, v. infra. 10 dimeter anapæsticus. 11—12 similes 2—5. 13 Reizianus. 14 iambicus senarius catalecticus. 15—18 Reiziani. 19 dimeter anapæsticus hypercatalecticus. 20—21 dimetri anapæstici catalectici. 22—24 dimetri anapæstici. 25 dim. anap. hypercatalecticus. 26—31 dimetri anap. 32 iambus cum tribus anapæstis. 33—35 dimetri anap. 36 dim. anap. catal. 37 dim. anap. 38 quattuor iambi cum duobus anapæstis. 39 tres trochæi cum duobus anapæstis. 40 dim. anap. 41 dim. anap. catal. 42—49 dimetri anap. 50 = 32.

1—50. Sorores inter se colloquuntur, maior, Panegyris, vehementius et dolore affecta et patris ingenium indigne ferens, minor, quum ab eadem sententia non abhorreat, tamen æquiore animo et prudentiore consilio agens. In personis indicandis, quoniam A et B præter titulum nullos habent indices, maxime C secutus sum, ita ut cursivis litteris ea exprimantur, quæ ne in C quidem apparent. In versuum 1—6 discriptione A secutus sum; Spengel. Reformvorschläge p. 414 et Goetzius cum B binos versus coniungunt, ut dimetros anapæsticos faciant, sed ille priorem syllabam nominis Penelopam corripit, hic „Penelopam fuisse“ scribit. Leo Mus. Rhen. XL p. 200 Ambrosiani discriptionem tuetur. — *miseram suo ex animo*, cf. Trin. 398. Epid. 525. Capt. 923: „dolui ex animo“. Sed Cist. 61: „doleo ab animo“. Trucul. 588: „animo est miser“. — 7—9 Reiziani versus ex Aulul. 407 sqq. noti, v. Proleg. p. 191, quorum quum prior pars iambicus dimeter sit, altera Spengelio l. l. p. 300 anapæsticus monometer hypercalecticus videtur, nobis aut ex duobus iambis et trochæo constans, ut 7—9, aut ex cretico et trochæo ut 13 et 16, cf. ad Aul. p. 319, aut brevior etiam; nam in 15 iambus, in 17 pyrrichius, in 18 dactylus ultimum trochæum antecedit. Accurate hæc Leo tractavit Mus. Rhen. XL p. 185 sqq. — *De nostris factis*, ex nostris rebus, ex iis quæ nobis facta sunt, nec opus cum Gulielmo „facile“ scribere. — 8. „Quorumque“ quomodo defendi possit, non video, quamquam

retinuerunt et Speng. et Goetz. Ritsch. „Quorum quidem" ed., ego *Eorumque*. — 13 Panegyridi dedit R. *Sed hic, soror, adside dum* A. Ante ædes in vestibulo sive προθύρῳ cathedras et subsellia fuisse videmus v. 96, cf. Vidensk. Selsk. Oversigt 1875 p. 33. — 14. *Saluene?* i. e. num salvis rebus? v. ad Men. 765. — 16. *adeo*, etiam, v. ad Amph. 671. infra 180. 216. 219. 664. — 18. *officio*, v. ad Asin. 172. Curc. 280. add. Pseud. 376. *uti*, i. e. fungi. — 20. *iniurias* ultimam corripit ad analogiam iambicarum vocum (Proleg. p. 206). — 21. *ab cis* A. — 22 et 23. *Haec* A, cf. ad Aul. 378. — *uitae me saturant*, i e. saturum reddunt, cf. Ter. Heaut. 869: „istius obsaturabere". — *diuidiae*, ægritudini, v. ad Bacch. 766. — *senio*, cf. Truc. 461: „Id illi morbo, id illi senio est". Turpil. 41: „odio ac senio mihi haec sunt nuptiae". al. — 24. *Ne* A. — 25. *tuus* om. Goetz., ne versus hypercatalecticus sit. — *facere minatur*, i. e. se facturum, v. ad Asin. 439. Most. 16. Poen. 257. — 27. *ioculo*, cf. ad Most. 906. — 28. Primus pes proceleusmaticus est. *Persarum montes aurei*, cf. ad Aul. 693. — 30. *Ut*, cf. ad Bacch. 1184. Poen. 427. Pers. 784. — 33. *ut*, postquam, v. ad Most. 262. — 34. *tertius* omisso verbo substantivo, v. ad Amph. 590. — 35. Panegyris et illud affirmat, eos tertium iam annum abesse, et orationem a sorore inceptam ipsa continuat, cum dolore addens, eos per tantum tempus nihil scripsisse. *uiuant*, *ualeant* omissa particula interrogativa, v. ad Asin. 462: „Sit, non sit, non edepol scio". Seyff. Phil. XXV p. 442: „ut uiuant", quo non opus. — 36. *ecquid agant*, si verum est, ad negotia mercatorum referendum est; sed facile credo hæc ex antecedentibus male repetitis orta esse, versumque monometrum anapæsticum fuisse. Bergkius, Zeitschr. f. Alterth. 1850 p. 342, et Fleckeis. „ecqui indigeant" scripserunt; R. „ecqui bene agant". — 37. *participant*, v. ad Mil. 234. — 38. *quia*, i. e. quod, v. ad Asin. 55. — 41. *Nam quid iam?* A, v. ad Amph. 548. — 42. *meo animo*, v. ad Most. 909. — 47. *In* Pius addidit prorsus necessario, cf. Ter. Heaut. 198: „ne quid in illum plus satis faxit". — *tam* A, i. e. tamen, v. ad Argum. I, 2; sed nihil obstat, quo minus cum BC „tamen" scribatur. — 48. „Ne quid

magis sit" aut „simus" corruptum esse apparet, nec si cum R. „noxiae" addas, sententia non inepta erit. *Nos magis* scripsi sensum secutus; etiam Goetzio „Eo magis" in mentem venit, Speng. „Nostris".

51—60, senarii, qui ab A absunt, manifesto spurii sunt, cf. Goetz. Act. Lips. VI p. 271. — 54. *me haec condicio non paenitet* barbare dictum videtur; cum subiectis neutri generis verbum iungitur Cic. Invent. II, 13, 43: „facinus, quod pænitere fuerit necesse". Tusc. V, 28, 81: „Sapientis est proprium nihil, quod pænitere possit, facere". Gell. XIII, 2, 4: „neque id sane me pænitet". Etiam „pænitendus" dicitur. — 55. „non" del. Guyetus. — 58. *maerore augeor*, cf. fragm. com. ap. Cic. Fin. II, 4, 14: „Tanta laetitia auctus sum". Ter. Heaut. 628: „minor ergo erus damno auctus est" ridiculi causa sic dicitur. — 60. *quid facto usus*, cf. 64. ad Merc. 557.

61. Antipho senex ex ædibus suis progrediens in exeundo etiam servos intus agentes alloquitur. Trochaicis septenariis scena scripta est. — 61. *manet ut*; alibi „exspecto ut". *moneatur officium*, cf. Pseud. 149. — 62. *habitu*, cf. Poen. 285. 237. Pseud. 133: „male habiti et male conciliati". — 63. *quot calendis*, i. e. omnibus calendis, ut quot annis, quot mensibus. — *demensum*, cf. Ter. Phorm. 43, ad quem locum Donatus: „Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem et id demensum dicebatur". Cato R. R. 56 „per hiemem tritici modios quattuor, per æstatem IV . S" dabat, Seneca Ep. 80, 7 „quinque modios et quinque denarios". — 64. *opust* Both. Miratur quod in cibariis petendis bona utantur memoria, in opere faciendo mala. — 65. *quicque supellectilis*, i. e. quæque supellex. Prima nominis syllaba brevis est nec p in A geminantur, v. Proleg. p. 198. — 66. *monimenta bubula*, quæ monendi causa adhibet, lora ex corio bubulo facta. — 67. „hic" non est in A. — 69. *modo* A. — 70. Versus iusto longior in codd.; Guietus „me" delebat, Goetz. „inde"; Fl. transp.: „quaeret me". — *uocatote aliqui*, v. ad Epid. 399: „exite huc aliquis". — *aut*, sc. si non vocor, cf. Pseud. 1186: „Quin tu mulierem mihi emittis? aut redde argentum".

71. Colloquium sororum v. 50 interruptum continuatur. *offirmabit*, cf. ad Pers. 223. — 74. *patre* ultima longa, v. Proleg. p. 195. *inpetrassere*, nos impetraturas. — 75. *Aduorsari sine dedecore* A. — 76. *ego id sum factura* R.; Niemeyer. de Plaut. fab. rec. dupl. p. 17: „equidem ego id factura“ omisso „sum“. — 77. „*nostros*, nostri generis homines“ Lamb., ut infra 329 „tuos“; cf. ad Amph. 395. — *exorabilist* A, ut videtur. — 79. „*Perplexim* pro perplexe“ Nonius p. 515 allato et h. l. et altero Heminæ. Item Charis. p. 190. Hoc Terentius Eun. 817: „Pergin, scelesta, mecum perplexe loqui?“; cf. infra 88. Aul. 251 cum ann. Antipho autem non id dubitat, utrum perplexe, i. e. occultata vera sententia, an simpliciter cum filiis suis agat; astu rem aggredi constituit; sed qua ratione eas *lacessat* sive *temptet*, quærit: utrum leniter an minaciter, utrum ita, quasi nihil omnino iis obiiciat, an quasi eas probri aliquid commisisse audiverit, ut honestatis causa eas viris collocare coactus sit. *in eas simulem*, i. e. eas insimulem, ut legitur Amph. 813. 852 al. Hoc uno loco præpositio a verbo secreta est; sed ne de hac dicendi ratione nimis dubitemus, substantivum simultas facit, quod simpliciter inimici animi notionem habet. Quod R. ex A sumpsit, „adsimulem“, non intelligo; nam si quis Cod. Theod. IX, 2, 3 afferat, in eadem lege Cod. Iust. IX, 3, 2 „insimulanti“ recte legitur. — *quid*, cf. Men. 16: „tantum“. — *indaudiuerim* Pareus. — 81. *in se meruisse culpam*, cf. Merc. 804: „quae in se culpam conmerent“. — „an“ del. R.; retinuit Goetzius, sed ut proximum „An“ in „Quam“ mutaret, v. 80 autem „ac“ pro „an“ scriberet, ut mihi quidem videtur, non sine magno sententiæ detrimento. Langenius Beiträge p. 147—51 nimis multa mutavit. — 82. *litis* gravius dici quam iurgium, ex Cicerone (Rep. IV, 8) probat Nonius p. 430. — 83. *Si.* Ante h. v. addi potuit „sed“ aut „quamquam“, v. ad Amph. 350. — 84. *Faciant* em. Acidalius, quod quum casu in „faciam“ corruptum esset, posterior librarius „Non“ addidit. — *cum meis* Loman. — 85. *id* A. — *arbitror.* Lamb.: „arbitrer“; sed indicativus a Plauto non abhorret, v. 39, 127. Rud. 380. Most. 842 cum ann. — 87 spurium putabat Fl. *quam* R. — 88. *Perplexabiliter*, cf. 79. — 89.

Postid, v. ad Aul. 742. — *igitur*, v. Amph. 207. — „agam" del. Lom. R. — *est, id* Fleckeis. — *palam* Cam. — 90. *aperta est foris*, quia nuper exiit Panegyris.

91 sqq. In sermonibus sororum distribuendis fere omnia coniecturæ relicta sunt; nam quum in B nullæ omnino personarum notæ sint, in C non nullæ omissæ sunt, quæ exstant autem ita alternant, ut Antiphonem loqui librarius ante v. 98 non animadverterit, a v. 107 autem omnes desinunt. *Certo enim* legitur etiam Aul. 804. Poen. 1179; „certe enim" Amph. 327. 651. Asin. 607. Langen. Beitr. p. 26 hoc unice verum putat; nos ad Amph. 651 illud præferebamus; apparet libram æquo momento esse suspensam. — 92. *occupemus*, ut nos priores offeramus. *homini* A, cf. Amph. 709: „osculum tetuli tibi". — 93. „istic" om. BC. *adsidite* A. — 94 quasi ex Nervolaria affert Fest. p. 197. — 95. „salsura euenit" post Camerarium editur, et Lambinus quidem senis animam, quæ per ætatem insulsa et insuauis sit, osculis puellarum salsam et suavem fieri ait. Quod si ita sit, cur nolit, non intelligo. Dousa contrario modo ut palatum nimio sale offendatur, ita animam senis osculis offendi dicit; sed quis umquam oscula salsa dixit? Accedit, quod nec perfecti tempus (euēnit) pro præsente aut futuro ferri potest, nec euenit pro accedit dici potest. Equidem scripsi *salsura uenit*, i. e. venum datur, alienatur, proditur; vendere enim est prodere, ut apud Græcos ἀπεμπολᾶν; uenire translate pro decipi Bacch. 809. *Salsura* autem (cf. Curc. 242) acrimonia est animæ sive animi integritatem et masculam vim servans. Veretur senex, ne osculis filiarum iusto mollior aut insipidus fiat. — 96. *istic*, in cathedra, quibus mulieres utebantur, v. Phædr. III, 8, 4 „matris"; „femineas" dicit Mart. III, 63, 7, XII, 38, 1, „molles" Iuven. VI, 91; cf. Marquardt. Röm. Privatalt. II p. 317. *Subsellium*, v. ad Capt. 470, inferius est et minus commodum. Quare ne duritia eius pater offendatur, filia v. 97 *puluinum* substernere studet. Structura elliptica; auditur „iniiciam" aut „substernam", ut Asin. 30: „caue mendaci quicquam", ubi vid. Cf. etiam Most. 833: „Mane sis, uideam ne canis". — 97. *Bene procuras*, comiter abnuit, cf. ad Curc. 563: „bene uocas", ad Trucul. 126: „be-

nigne". — *mihi* cum sequentibus recte iunxit Abraham Ann. phil. Suppl. XIV p. 235, nam „procuro" apud Plautum accusativum sibi adiungit, cf. ad Curc. 518. Obiectum non additur Trucul. 868. Subsellii fultura se contentum esse dicit; *fulcitur* autem quicunque aut sedet aut cubat, cf. Verg. Buc. 6, 53: „latus niveum molli fultus hyacintho". Claudian. Rapt. Pros. I, 79: „rudi fultus solio". Prop. IV, 7, 79: „Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro". — *sic*, cf. ad Pseud. 389. Pers. 274. — *sede* A, ut in antecedenti versu; cett.: „mihi". — 98. *Sine* instantis est, v. ad Bacch. 97. Pseud. 1304. Pers. 685. — *Atque*, nec plura de hac re loquamur, nam hoc satis est, cf. ad Pers. 234. — 99. *enim*, v. ad Mil. 431. — 100. *aequomst* Kiessling. Mus. Rh. XXIV p. 118 et Spengel. Philol. XXVIII p. 729, ut Trin. 1154: „hunc priorem aequom est me habere". Ritsch. „aequiust" retinens delet „nos". — *postidea*, v. ad Aul. 742. — 101. Post *uoluisti* hiatus in diæresi; *esse* priore brevi. R.: „nos uoluisti esse". — 102. *tamen*, v. ad Amph. 538. infra 127. 354. — 103. *Proinde* A, v. ad Bacch. 924. *quasi* idem. — 104. *Eos nos* A. — *magnificare*, cf. Men. 363. — 105. *dictis auceps*, cf. Mil. 951. 990. — 106. *Nullus*, nemo, cf. 221. ad Men. 99. R. „Nullust"; non opus. — *nosque teque*, v. ad Amph. 7. — „*Uostrum animum adhiberi uolo*, volo vos animum attendere", Lamb., cf. Cic. har. resp. 10, 20: „adhibete animos". Plaut. Pseud. 152: „huc adhibete auris". — 109. *oportet*, *id* R., cf. ad Pseud. 1087. Kiessl. Mus. Rh. XXIV p. 108 „eos" maluit; Bugg. Tidskrift f. Philol. VI p. 15 „sedutraque", quasi seorsum utraque, cuius vocabuli auctorem idoneum desidero. — 113. *sol uidet* A. — 115. *Si sint* cett. Ante hæc audiendum: „Tum enim optime moratæ sunt"; nec in voc. *censeo* sententia prorsus absoluta est; nam etiam si Antipho eam non interrupisset, tamen explicandi causa additura erat: *ut*, *per urbem quom ambulent* cett. — 119. *Ubi*, in qua re. Ad hoc accurate respondendum erat: Ubi, quum male faciendi potestas sit, tamen id non facit; sed Plautus verbis paulo liberius iunctis scripsit: Si quæ, cui male faciendi potestas sit, tamen abstinet. Ritsch. male „quom" pro *quae*, quod etiam in A legitur. Nec ordo verborum non Plautinus est,

v. ad Most. 426. add. Mil. 691. Truc. 148. Ter. Eun. 43. — 121. *Age tu altera*, sc. dic, quod non hic difficilius auditur quam v. c. in Ciceronis dialogis. R. aliique „dic“ addunt, Seyffert. Philol. XXIX p. 408: „Age tu altera ai“, de qua imperativi forma quum ambigeretur, grammatici ex Nævio (Com. 125) attulerunt: „uel ai uel nega“; possitne pro simplici „dic“ poni, dubito. Coniunctivus „sit“ si verus est, hypotheticus vel potentialis est, v. ad Amph. 1076; sed Plautum *est* scripsisse credo. — *pensior*, maioris pretii, cf. Gell. XII, 5, 7: „ut nihil quidquam esset carius pensiusque nobis“. Ateius Capito apud Gell. XIII. 12, 2: „ratum pensumque nihil haberet“. — 122. *Uirginemne an* Acidalius, quod iam confirmat comparatio codicum. — 123. *id minimum est malum.* Panegyris, quæ etiam supra v. 112 sq. patris nuptias improbaverat, hic tautologia utitur a sententia non abhorrenti. Quod R. ex A assumpsit, „minime est malum“, contradictionem habet non ferendam. — 124. *uitare uitiis*, v. ad Curc. 298. Scripturam codicum recte defendit Spengel. Plaut. p. 45. — *Ut*, v. ad Pers. 37. — 127. *tamen*, cf. 102. — *quom . . . sunt*, v. ad 85. — 129. *ingenium ingeni*, ingenii natura. — 130. *esse* in eiusmodi sententiis omitti solet, ut „factum uolo“; etiam post „oportet“, v. ad Amph. 733, ubi pro „semper“ scribendum „plerumque“; additur enim Bacch. 814. Cas. 715. Most. 1072. Trin. 1092. — 131. *Mihi* vel Mi cum proximo coalescit. — 138. *latrones* prima brevi. — 139. *tu me* A. — 143. *uiro* A. — 144. *persequi*, exsequi, v. ad Aul. 579. — 145. *quo*; auditur „inde“, v. ad Mil. 1305. — 147. *arbitrabunt*, activa forma, v. ad Epid. 268. Affert Nonius p. 470 „uero“ pro „credo“ scribens. — 149. *places* A. Iam discedit Antipho. — 151. *ab uiro* A. — 152. „scias“ ex A R. vix recte. — 153. *Crocotium* ancillam parasitum arcessere iubet, ut ad portum eat quæsitum, num quæ navis ex Asia venerit; nam servum illa quidem Pinacium in portu præstolari iusserat, ut sibi quam primum nuntium afferret, sed veretur, ne parum accurate officio suo fungatur. — 155. Post *heri* hiatus; R. „eo“ addebat, quasi ex A, sed ibi non legitur. — 156. *unus*, v. ad Aul. 563. Mil. 140: „unum conclaue, concubinae quod dedit“. Pseud. 953. Truc. 248. — 157. *atque* A.

158. Parasitus semper esuriens Fame matre se natum dicit eiusque ingenium sibi innatum esse. Itaque quum famem semper in ventre gerat, ridicule matrem se dicit in ventre gerere eique gratiam graviditatis referre. — 160 ex A accessit. — 161. Post *Quam* hiatur. — 162 una cum antecedenti ferri non potest, et abest ab A, quamquam Charisius I p. 40 legisse videtur: „Plautus in Sticho *fami* dativo casu". Equidem cum Ritschelio hunc spurium putavi; Seyff. Stud. Plaut. p. 11 not. 10 et Goetz. priorem damnarunt. — 163. Post *Nam* hiatus. Fl. transp.: „me illa"; R.² „med"; Muell. „illaec". — 166. *cepisse illam* A. — 167. „At" om. A. — *gesto famem* id. — 169. Versus sanus non est. R. „oriuntur" ed., Goetz. „quot dies", v. Act. Lips. VI p. 241. — 171. *Ita* monente versu add. R.; abundat ut „Sic" v. 298, cf. Madv. ad Cic. Fin. II, 6, 17. Wesenb. Emm. Liv. ad I, 27, 9. — *auditaui* A, quam formam affert Festi Ep. p. 28. — 172. Plin. H. N. VIII, 28: „(Elephantum) decem annis gestare in utero vulgus existimat, Aristoteles biennio". — 174 uncis inclusit R. — 175. „quaerat" ex A R. — 176. *cum ornamentis*, quasi serva cum aureis ornamentis vendita. Parasiti ornamenta habitus scenicus est, cf. ad Amph. 85. — 177. *explementum* A. Quærit quod inanias suas explere possit. — 179 versus iusto longior. „inde" del. Guiet. R.; „iam" nos cum Bothio et Luchs. Herm. VIII p. 110. — 180. *pauperiem* A. — *adeo* cf. 16. — 181. *fecit forem* omisso „ut", cf. ad Amph. 12: „faciam res fiat palam". Sententia simili Horat. Ep. II, 2, 51: „Paupertas impulit audax, ut versus facerem". Pers. Prol. 10: „Magister artis ingenique largitor venter". — 182. *adtigit* hic et Merc. 20 si quis præsens esse dicat, non repugnabo, v. ad Bacch. 442. — 183. *annonam* primam corripit. — 184. Ante *acrius* hiatus, v. Proleg. p. 183. R, „adessurio" scripsit. — 185. „*reddita*, tributa" Lamb. Natura ait sibi tam benignum animum tributum esse, ut ad cenam invitanti numquam negaret. — 186. Versus iusto longior; „quis" delevi; Both. R.: „si qui" deleto „me". — 187 sq. *interiit* et *scitissuma* A. — 190. *Promitte* A. — *est commodum*. Affirmat sibi commodum esse nec esse quod gravetur. R. vix recte interrogandi signum posuit. — 191. *fieri* A. — 192. *iam* id.

— 193. *Nihili* A, cf. ad Asin 469. — Post *uerbum* in codd. præter A hiatur; in A fuit aut „it“ aut „et“, quod pro *ac* scriptum videtur, sed errore animadverso hoc additum est. R.: „id“. — 195. *lumbos defractos*, v. ad Asin. 471. Goetzius cum Ribbeckio „diffractos“, v. ad Mil. 156. — 196. *Ne* olim emendatum. *pe ierauerit* Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 17 sq. — *domi* A. — 197. *uti* Both. — *barbaros*, Romanos, v. ad Asin. 11. Romæ igitur pauperes homines sine præcone privata auctione res suas vendidisse videntur. — 198. *praeconis conpendium*, v. ad Asin. 305. — 199. *ut uenditem* A. — 201. *prius quam conloquor* Fleckeis., v. ad Epid. 272. — 202. *complures* A. — 204. *quam procurent* A, cf. Cic. ad Fam. XII, 24 extr.: „procurat negotia Dionysii“. — 206. *quid* A. — 207 sq. Versuum ordinem R. præf. p. IX invertit, eumque sequuntur Fl. et Goetz., vix necessario. *praedium* A. Quærunt, utrum ære alieno coactus auctionem faciat, an empto aliquo prædio præsenti pecunia ei opus sit. — *diuortio*, in divortio, occasione divortii, quo facto dos uxori restituenda erat. — 209 sq. *iudico* A. Quamquam, inquit, omnes hos maxime odi, tamen faciam quod rogant; dicam, qua de causa bona mea vendam. *laborent* Buggius Philol. XXX p. 247 ἀσυνδέτως cum antecedenti verbo iungit, cf. ad Amph. 13. Non credo. Si scriptura vera, potius pro optativo intelligendum, ut parenthetice interponantur *laborent! nihil moror*; sed fieri potest ut „laborem“ scribendum sit. „laborem nihil moror“ i. e. non recuso, cf. Verg. Æn. XI, 365: „ego, invisum quem tu tibi fingis et esse nil moror“. Anton. ap. Cic. Phil. XIII, 17, 35: „nihil moror eos salvos esse“. — 211. *damno* A. — 212. *quin* A. Plutarcho auctore πᾶς πολυπράγμων κακοήθης. — Qui in codd. B C sequitur versus, iam a Guieto ut insiticius notatus est. — 213 sq. Damna rei familiaris maxima se fecisse dicit; *mancipia* mortua esse; sed servos nullos umquam habuit; mancipia alienas cenas dicit, quæ ei pro servis erant. — 215. *demortuae*, sc. sunt, v. ad Amph. 590. — 216 sq. *Quot* A. *quae autem* idem. — *mulsi*, v. ad Aul. 614. — 218. *inter triennium*; Dousa „intra“ voluit, sed cf. Trucul. 505. Cic. Verr. Act. I, 13, 37: „inter decem annos“. l. Manil. 23, 68. Liv. I, 10, 7. Cæs. B. Gall. I, 36, 7: „inter annos quattuor-

decim. — 220. *fame emortuus*, de hiatu v. Proleg. p. 219. R. aut „famed" aut „demortuus" voluit. — 221. *aeque nullus est*, sc. quam hic, quod quum difficulter audiri videretur, addebant Fl. Goetz., cf. Langen. Beitr. p. 19. — 223. *necessum*, an „necessus"? v. ad Mil. 1112. — 225. *Logos* Camer. em., cf. 384. 391. ad Men. 768. — Post *uendo* hiatus; „Age" geminandum censuit Muell.; item Bugg., qui totum hunc locum tractavit in Opusc. ad Madvigium p. 179 sq. — 226. *Quis* A. Quærit, quis cena aut prandio ridicularia sua emere velit. Emendi verbum h. l. auditur ut vendendi Merc. 482; cf. Most. 860. — 227. *Hercules te amabit* (Bugg. „Herclus" ausus est), i. e. magnum lucrum facies, nam huic deo quæstus omnis inopinatus deberi putabatur, v. ad Most. 967; nec probanda Ritschelii em.: „Herculeo stabunt prandio". *prandio* si sanum est, significat: si prandio emeris. Bugg. „prandio cena tibi" iungit quasi „prandio aut cena logos tibi vendo". Sed corrupta arbitror; scripserim aut „Prandio addicam tibi" aut „Prende sis cena tibi". — 228. *adnuistin?* ut in auctione solet, cf. Sueton. Cal. 38: „Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Gaio præconem ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret". — *meliores*, logos; rem venalem emptoribus commendat. — 229. *Nulli* A, etiam „parasito" scribi voluit Dousa. Versum ineptum cum Guieto et R. deleo; Bugg. post 235 ponit. — 230 sq. R. post 234 posuit simul „Ad" pro *Uel* scribens. Nihil mutandum, modo recte explicetur locus. Vulgo edunt: „unctiones Græcas sudatorias" et hæc ad balneas referunt, verum nec unctio sudorem provocat, ut sudatoria dici possit, nec balnearum sed logorum auctio est. „Unctiones" corruptum esse iure affirmavit Bugg.; „punctiones" coniecit quasi pungentia et irritantia verba, parum credibiliter. Ut est, in scriptura codicis A *iunctiones* acquiescendum; logos autem intelligo Græcorum modo iunctos (συμπλοκάς), ita intricatos, ut sine sudore solvi et intelligi non possint; ænigmata significari videntur aut facetiæ ænigmatis similes. Harum duritiæ opponit molles ebrietatis sermones, *lalias*, ut recte coni. Bergk. Zeitschr. f. Alterth. 1855 p. 295. *malacas*, v. ad Amph. 311. — 234. *Strigilem et ampullam*, quæ lautioribus servi

portabant, parasitus ipse secum fert, v. Pers. 125, et hæ, quibus carere non poterat, quoniam quotidie ante cenam lavandum erat, fere solæ eius divitiæ erant, cf. Athen. XIII p. 584 f, ubi meretrix parasito occurrens, qui aliquot dies ægrotaverat, *Ὡς ἰσχνός;* *ἔφη*, cui ille: *τί γὰρ οἴει με ἐν τρισὶν ἡμέραις καταβεβρωκέναι;* illa autem respondet: *Ἤτοι τὴν λήκυθον ἢ τὰ ὑποδήματα.* Nam ampullæ quoque scorteæ erant, v. Fest. p. 262: „Scorteæ ampullæ vetustate rugosæ et coloris eiusdem *rubidæ* dici solent", ut videtur ex nostro loco. Cf. Rud. 743 et quæ attulimus de nomin. vasorum p. 69. Vidensk. Selsk. Skrifter III (1865) p. 205. — 235. *Parasitum inanem*, se ipsum vendit. — *reliquiae* parasitorum pars erat, v. ad Curc. 321. — 236. *ueniisse* A h. l. — *quantum potest*, v. ad Amph. 964. — 237. Post *partem* hiatus in cæsura ut 238. 241; Mueller. „inde" addit. — *Herculi*, v. ad Bacch. 661.

242. Crocotio se salutanti Gelasimus negat se a ridendo (*γελᾶν*) appellari posse. — 244. *disertim* A et Nonius p. 509, qui „plane" explicat. — *usu perdidi*, v. ad Amph. 838. — 245. *Miccotrogus*, *μικκά*, i. e. *μικρά*, *τρώγων*, exigua edens. — *e uero*, cf. Hor. Sat. II, 2, 56: „Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret". — 246. *Eu ecastor*, v. ad Most. 331. Versus pede longior est, ut aliquid tollendum esse appareat. R. pro his „Au" scripsit ut 260. „te hodie" om. Mueller., „multum" nos cum Bentleio. Studemundus versum excidisse putabat: „Eu ecastor [semper mihi quidem tu Gelasimus's; Nam] risi te hodie multum", v. Langen. Beitr. p. 200. — 247. *Pessuma*, cf. Truc. 119. R.: „auctionem pessumam", quasi non sequeretur adiectivum *te dignissimam*. — 248. *Eho an*, v. ad Trin. 934. — *audiuisti* A. — 250. *potis* addidi. cf. 148: „ut potestis optume". Goetz. cum Bugg. Opusc. ad Madv. p. 181: „ted hoc", cf. Most. 737: „Nunc te hoc orare iussit opere maxumo". — 251. *simitu*, simul, v. ad Amph. 624. Pro extrema parte versus A proximi exitum substituit. — 252. *illuc* A. — 253. Parasitus non dubitat quin hostiis cæsis ad cenam vocetur. *Iamne exta cocta*, cf. Mil. 713: „Abducunt ad exta me". — *quot agnis* A; cf. ad Aul. 614. — *fecerat*, faciebat, v. ad Pers. 573. — 256. „te uolt" del.

Grut. — 257 scripsi ut in A legit Loewius Analect. p. 176 cum hiatu post immo; in ceteris „abs te“ legitur, ad sensum veri similius; omnes: „dares“, soloece, unde alii „dates“, alii „duis“ corrigunt; ego versum spurium iudicabam. — 258. *Nega* A. Reliqua versus pars æqualiter in omnibus libris corrupta est, nec certa emendatio reperiri potest. Quæ alii conati sunt, v. apud Goetzium, nos Luchsium secuti sumus Studem. Stud. I p. 75. — 260. *quoque etiam*, v. ad Amph. 30. — *datariam* A, i. e. quæ dat, cf. Pseud. 973: „nulla est mihi salus dataria“. — *Au* in hunc versum retraxit Goetz. Donatus ad Ter. Eun. 899 (5, 2, 60): „Au interiectio est perturbatæ mulieris, ut apud Græcos ἰού“. Cf. Andr. 751. Eun. 656. 680. Heaut. 1015. Phorm. 754. 803. Ad. 336. — 261. *Nullan* R. — 262. Quod ceteri codd. præbent „Ueterem“ falsum est; A recte *Uentri*; ei soli vivit; ei eam linguam se reliquisse dicit, quæ peteret. Geppert. Stud. II p. 42 veram scripturam parum recte explicat. — *eccillam* Bothius, cf. infra 538. — 263. Prior versus pars in A male scripta Ritschelio persuasit duos hic versus olim fuisse, unde profectus Luchs. in Studem. Stud. I p. 29 hæc proponit: „CR. Malum isti di dent linguae, quae dicat cedo. GE. Malum quidem si uis, haec eadem dicit dabo“. Sed non est, cur a ceterorum codicum scriptura recedamus. Ancilla parasito malum optavit; is respondit: *Haec*, i. e. lingua mea, *eadem tibi dicit.* — 264. *Abi sane*, v. ad Rud. 383. — 265. *uenturum dicito*, sc. me, v. ad Amph. 22.

269. *Nisi ut p. f.*, i. e. sed periculum faciendum est; vulgo cum sequentibus iungunt; ego cum antecedentibus, ut Pseud. 1102: „Non edepol scio, Nisi ut observemus quo eat“. Cf. ad Aul. 357. — 270. Ante *hoc* hiatus; Fl.: „hoc sis uide“, v. ad Aul. 46. — 271. *Satin ut*, v. ad Bacch. 488. Post *facete* hiatus in cæsura. Hermannus et R.: „aeque atque“. — *ex pictura*, quasi ex pictura desumptus, graphice, ut infra 572. — *astitit*, cf. Mil. 215. — 272. Servus ex cadis parvo poculo vinum surripuisse dicitur, ut Mil. 851 sqq. Lucrio aula. — 273. „*Exanclare*“ ait Nonius p. 291 sq. „significat exhaurire“ hunc locum et alios afferens; add. Priscian. VIII p. 796:

„vetustissimi ... anclor pro anclo". Sed Nonius: „exanclauit merum" omisso „sub", quod si verum esset, „noctem" aut „cenam" sequi debebat. Edd. uno verbo „submerum", sed deminuendi nulla causa cogitari potest; servus ex cado merum vinum furatur. Itaque *sibi* scripsi.

274. Titulum ex A dedi. Pinacium servus a portu venit læto nuntio, quem fert, plenus et superbiens. Canticum iambicum, maximam partem octonariis scriptum, sed interdum similibus numeris interruptum. 274 iambicus octonarius. 275 similis hypermeter. 276—77 trochaici octonarii. 278—80 iambici octonarii duo cum septenario. 281 iamb. octonarius. 282 iamb. dimeter. 283—92 iambici octonarii cum septenario (si quidem cum antecedenti coniungitur). 293 trochaicus septenarius. 294—99 iambici octonarii. 300 iamb. senarius. 301 iamb. octonarius. 302 trochaicus octonarius. 303—8 iambici octonarii.

274. Divinum prorsus gaudium servus se afferre dicit, nec Iovi ipsi Mercurium lætiorem umquam apportasse nuntium. *perhibetur*, dicitur, v. ad Men. 260. — *aeque quam*, cf. Epid. 308. Mil. 467. Livius sæpius. — 275 ut legitimus octonarius fiat, R. transp.: „meae nuntiabo erae". Hypermetrum agnoverunt Hermann. et Kiessling. Ind. Gryphisw. 1878 p. 11, ut infra 291, v. Proleg. p. 186; sed illi transp.: „erae meae"; ego codicum scripturam reliqui cum hiatu post *quam*. — 276. *Itaque*, v. ad Pers. 480. — *lubentia*, cf. ad Asin. 266. — 278. Cf. Mil. 657 sq. — 279. „*Ripisque superat*, quasi fluvius exundans" Lamb., qui „ripas" voluit, quem casum verbum sibi adiungere solet. Cf. ad Amph. 702. — 280. *Propera* A, ut iam Acidalius, quo auctore R. etiam hunc versum proximo postposuit, vix recte. V. 281 quasi per parenthesin additur nec impedit quominus iungantur: *honesta dicta factis eraeque egenti subueni.* — 282. *egenti* in A fuisse videtur. Quæ in codd. dimetro adduntur, aperte falsa sunt, cf. 303. Ritschelio aliud hemistichium pepulisse videbantur, velut: „benefactis adiuta eam tuis". — 283. *in exspectatione* A. *aduentum*, obiectum accusativo casu additum substantivo verbali, v. ad Aul. 194. Amph. 515. Dousa „aduentus" em. — 284. „amat" omisi cum Bergkio Zeitschr. f. Alt. 1855 p. 290. R.: „uirum amat

suum et". *cupide expetit. Nunc* A. — 285. *curre* A. De properantibus servis v. ad Amph. 977. — 286. *concinna*, cf. ad Amph. 525. — 287. *ob uiam* A. — *peruortito*, evertito, cf. Bacch. 707. Cas. 723. Truc. 151. Cic. Cluent. 39, 108. Fin. III, 21, 70. Nep. Lysand. 2. — 288. „tam lubenter" cum Bothio delevi. — 289. Instrumenta piscatoria gerit; nam dum in litore speculandi causa moratur, piscatui operam dedit, cf. 317. 321. 360. — 290. Servus properans subito subsistit; nam venit ei in mentem, quum pretiosissimum nuntium afferat, eum precibus auroque redimi debere. — 292. *Qui*, i. e. quibus, v. ad Pseud. 487. — Pro „nam" necesse est *non* scribatur; edd. inde a principe „iam". — 293. In cæsura hiatur; *mihi* vel mi cum proximo coalescit. — 294. *An . . . censeas*, coniunctivus secundæ personæ Mg. Gr. Lat. § 370, cf. Epid. 425. Bacch. 488. Ritsch. „Ne" malebat. — *nihili* Scaliger, cf. 193. Speng. „id" ausus est. — 295. *a portu* A. — *tam gaudium grande*; de ordine verborum v. ad Rud. 1134. — 296. *nescia* scripsi, nam nec „nisi sciat" nec, quod R. substituit, „si sciat" ferri potest. — 297. *id deportem* et *uiri officium* A. — 298. *Sic* et *huic* A. — 299. *Aduersum ueniat* A. — 300, senarius ne octonarios interrumpat, R.: „fastidia et superbiae". De plurali v. ad Most. 340. — 301. *quum recogito*, cf. ad Mil. 1367. *potuit*, v. ad Mil. 264. R. „potis est" maluit; Mueller. „poterit"; neutro opus est. — 302. *Non enim*, cf. ad Rud. 976. — *quin edissertem* A, ut iam Pareus, cf. Amph. 594. — 303. *maiorum* A, ridicule, quasi non servus esset. — 304. *insperato* sine „ex" A. Adverbialiter etiam Lucil. XXX fr. 34: „Insperato abit". — *bono* Gulielmus. — 305. *Talthybium*, Agamemnonis præconem, ut celeberrimum omnium nuntiorum affert. — 306. *cursuram meditabor ad ludos*, R. deletis iis, quæ barbare adduntur in codd. *Olympios* A. Tam celeriter se cursurum ait, quam si ludorum causa se exerceat. Unum queritur v. 307, quod spatium brevius exercenti sit. Sed „occidit" corruptum est, nec sententia sanatur, si cum Kiesslingio „me occidit" scribas, aut cum Acidalio parenthetice „occidi". Ego *occurrit* scripsi, i. e. in mentem mihi venit; cf. Cic. de Orat. II, 34, 147. Milon. 9, 25.

Ritsch. „oppido breuist c.“ — 308. *occlusam ianuam*, v. ad Most. 435.

309 sqq. anapæstici sunt, 309—12 octonarii, 313—18 dimetri catalectici, 329—21 dimetri acatalecti, 322—25 dimetri catalectici.

310. *quam dudum*, cf. 530. ad Amph. 685. *asto et pulto* Taubm. — 311. *ac pedes* Loman. — 312. Pro corrupto „manum“ edd. „malum“; nos cum Buggio Opusc. ad Madv. p. 181 *anum*. Ut fugitivis anus cum compedibus addebatur, v. Men. 85: „compediti anum lima praeterunt“, ita optat ut foribus anus sit, ne necesse sit pedibus et cubitis pultare. Anus vel anuli forium commemorantur Pers. 569. Græce ῥόπτρα dicuntur, v. Lys. 6, 1. Plutarch. Curios. 3. Athen. XIII p. 593 b. Anuli aenci vestigia conspiciuntur in marmorea porta sepulcri Pompeiani, v. Mazois I pl. XIX. Metri causa transposui: *magnum anum*, ne pessimus anapæstus versum terminaret. — 314. *uae uobis* A. Ad extremum foribus male precatur. — 315. *compellabo* A. — 318. *edisti* A. — 321. *istic inest* et *tu edes* A. Parasitus pisces in sportula esse suspicatur, sibique cenæ partem fore sperat; servus colubras ei pollicetur. De structura cf. ad Merc. 227. — 325. *Potes* A.

326. Panegyris exit, ut videat, quis tam vehementer fores pulset. V. 326 dimeter iambicus est, 327 anapæsticus dimeter, 328 anapæsticus tetrameter catalecticus, 329 acatalectus, 330 catalecticus. Duos primos versus Spengelius, Reformvorschl. p. 417 anapæsticum tetrametrum fecit scribens „ubi is est?“ — 330. *equidem*, v. ad Amph. 757. Goetz. cum Ribbeckio: „med equidem“. R.: „miserebat harum“. *miserebat* ultimam producit, v. Proleg. p. 196. — *Ergo*, ironice; nam parasitus nihil fecit, quo pulsantem moraretur.

331. Trochæorum initium facit brevior versus, qui ut et ipse septenarius fieret, Goetz. post „nos“ addit: „an Gelasimust?“ parum feliciter. Responsum *Pinacium* Acidalius et R. parasito tribuerunt, idemque incuria in nostrum contextum irrepsit, C recte ipsi Pinacio dat. — 332. *ad* A. — 333. *indiderunt* A et C. *maiores*, cf. 303. — 335. *Mein* Scioppius, v. ad Aul. 237. — 338. *Ita*, cf. ad Pers. 471. — „celeri curriculo fui“, quam-

quam cum omnibus codd. consentit etiam Charisius I p. 100, tamen Latine dici non credo. Ed. pr. „iui“ contra numeros; equidem *tui*, quod quum h. l. corruptum esset, in proximo versu interposuerunt librarii, refragante metro, quare Both. R. transposuerunt: „honoris causa tui“. Sed præterea *Propero* scribendum fuit. — 340. *Nimio adporto multo tanto plus* R, v. ad Bacch. 148 et 307. — 341. *perbibit* mire causativa vi pro penetrando; „perbuit“ corrigerem, ut „imbuit“, si verbum aliunde notum esset. — 342. *percepit*, v. ad Amph. 1134. — 343. *At* edd. Goetz. cum Buechelero: „At uirum? PIN. Equidem plurumos“, fortasse recte. — 344. *Quo modo?* Ritsch. mulieri tribuit, quem sequerer, si in C post hæc personæ spatium relictum esset. — 345. *impune* add. R. in notis, in contextu: „istunc aegre“. — *dicere iniuste*, maledicere, v. ad Bacch. 462. — 347. Parasitus veretur, ne vera prædixerit servus. — 348. Servus delicias faciens ante quam ipsum nuntium exhibet, alia omnia, quæ cum hoc nuntio coniuncta sunt, profert; imprimis ædes purgari iubet et ornari ad herum recipiendum. — *harundinem*, ad araneas de lacunaribus deiiciendas. — 349. *araneorum* masculina forma etiam Nonius p. 192, v. ad Asin. 422: „Iussin columnis deiici operas araneorum“. Femininum genus, quod in proximis versibus ceteros codices invasit, A tantummodo v. 356 habet, sed de telis, non de animalibus. — 350. *Deiciamque* A et Nonius. — *Miseri* Fleckeis. — *algebunt* A. — 351. *illos itidemne* A. — *quasi*, ut, v. ad Rud. 995. — 352. *conuorre* Fl. — *ego* add. A. — — 353. *nassiternam* A et Festus, v. ad Bacch. 3. — 354. *tamen*, cf. 102. Quamvis suffragiis populi non electus, tamen ædilis modo imperat. — 355. *Tinge*, i. e. madefac, Lipsius et Guietus, quod miror non omnes recepisse. „Finge“ Bugg. Tidskrift f. Philologi VII p. 26. Goetz. — 357. *nihil* pro non, v. ad Mil. 880. — 358. Excidisse voculam versus ostendit; *uos* add. Weis. — 359. *Principium de lectis*, cf. Amph. 794: „illuc non placet principium de osculo“. Cic. Verr. II, 22, 53: „recens erat illa res, quam demonstraui, de Heraclio“. — 360. *piscatu rettuli* emendandum esse Lipsius vidit, nec enim alius ullus piscator venit; cf. Men. 275 et 286: „opsonatu redeo“. ad Mil. 691. Trin. 267. 641. — 361. *deicite*, refigite de car-

nario, cf. Curc. 324; sed in deiiciendi verbo festinationis vis inest. — 362. *erae* A. — 363. *relictas*, posthabitas, cf. ad Epid. 603. — 364. *id* A, cf. ad 109. — *expedi*, v. ad Amph. 1097. — 365. *luci*, v. ad Amph. 163. — 366. *Commodum*, ipso illo tempore, v. ad Amph. 662. — *superabat*, escendebat, cf. supra 279. Verg. Æn. XI, 514. Stat. Theb. IV, 458: „superat tamen agger in auras pineus". Sed quæ antecedunt „radiosus esse", corrupta sunt; R. cum Lipsio: „sese superabat", quod Latine dici non credo; melius Bergk. Beitr. z. lat. Gr. p. 148 „ipse", vel, quod propius abest, Gruterus *ecce*, cf. supra 262. — 367 sqq. affert Nonius p. 533. *portitores*, cf. ad Trin. 795. — 368. *negant uenisse* non est apodosis, quæ postea sequitur (*conspicatus sum*), sed parenthesis interposita, v. ad Pers. 491. — 369. *Cercurum*, cf. ad Merc. 86. — 370 affert Nonius p. 11 s. v. *passum*, quod inepte „laxum et rugosum" interpretatur, quasi de uva passa sermo esset. — 372. *Interibi* A. — 374. *Tutin ipsus ipsum uidisti?* A. Huic quæstioni necessario respondendum est „Profecto" aut „Uidi" aut, quod posui, *Ipse ego*, cuius vestigia in BC apparere videntur. Quod in his additur, in A unum restat, „lubens", huc non pertinet. Aberravit oculus librarii ad proximum versum, cuius rei certissimum indicium est, quod sequitur v. 376, quo iam scripto librarius quum errorem animadvertisset, priorem, 375, addidit. Transponendos versus esse Acidalius vidit. — 375. *conuorram* A. Iam libenter parasitus hoc facit, quod antea non nihil gravabatur v. 357. — 376. *nimium* A. Ne versus cæsura careret, Guiet. R.: „Argentique aurique", cf. 106. — 377. *Est* A. — 378. *eburatos*, v. ad Aul. 161. — *regie* A. Cum toto loco conferatur Liv. XXXIX, 6, 7 sq.: „Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas et alia textilia et, quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt. Tunc psaltriæ sambucistriæque et convivalia alia ludorum oblectamenta addita epulis". — 379. *Babylonica* sunt stragulæ vestes pretiosæ Babylone advectæ, cf. Lucret. IV, 1029: „Babylonica magnifico splendore". Ulpian. in Dig. XXXIV, 2, 25, 3: „stragulas et Babylonica, quæ equis insterni solent, non

puto vestis esse". Edd. sine causa „et" delerunt. Recte vero arbitror Pyladem *peristromata* scripsisse, quamvis ita quartus versus pes dactylus pro trochæo fiat; nam „peristroma" plurali numero vix inducor ut Romanos dixisse credam, quamvis defendant Bergk. Philol. XVII p. 38. Loew. Prodrom. 290. — *tonsilia* A, cf. ad Pseud. 146, ubi cum tappetibus iungitur ut h. l. cum peristromatis. — 381. *Post*, cf. 389. ad Mil. 649. Goetz. „Poste", ut 384. — 382. *Sambucicinas* Salmasius em., ac necessario aut sic scribendum aut sambucistrias ut Livius l. l.; nam sambuca, σαμβύκη, est, ut ait Suidas, εἶδος κιθάρας τρίγωνον, cf. Vitruv. VI, 1, 5. — *eximia* A. — 383. *adbibero*, cf. Ter. Heaut. 220: „is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!" — *adludiabo*, cf. Poen. 1232. — 384. *Poste*, v. ad Asin. 906. — „Multigenerum" nihil est, nec „multimodis" in comparationem afferri potest, nam omissum s finale nihil insoliti habet. Scribendum aut cum antiquis edd. „multum generum" aut cum Guieto *multigenera*, cf. Capt. 159: „Multis et multigeneribus opus est militibus". Plin. H. N. XI, 1. — *Non uendo logos*, ut constituerat 225. — 385. Ne post *facio* hiatus sit, R.: „Iam ego non", Mueller. „Iam non auctionem facio". — *optigit* ultima producta, v. Proleg. p. 196. — 386. *Maleuoli perquisitores auctionum*, quos supra 202 sqq. commemorauit. — *perierint*, frustra se operam sumpsisse intelligent. — 387. *Hercules* A. — *uoui* v. 237. — *Adaucta* decuma est, quia multo maiores opes ex reditu Epignomi sibi fore putat quam ex auctione redigi possent. — 388 ex A accessit. De structura v. ad Pers. 722. — 389. Post *secum* hiatus. *Ei*, non hei, veram Plautinam formam esse, hi loci ostendunt: Amph. 798. Aul. 193. 789. Bacch. 408. Cas. 632. Most. 259. 387. 532. 725. 962. 1016. Men. 301. Merc. 975. Pers. 737. 842. 843. — 390. *Reuorram*. Quum parasitos etiam advectos audiat, vehementer veretur, ne sibi iam nullus locus relinquatur. Iam eum pœnitet quod opus strenue fecerit, nec mundas vult eas ædes, unde nihil sperat. — 391—93 in suum locum reduxit Bothius. *logi* A. — *negabam*, 384. „me" omissum ut 25. — 392 recte A. *Ilicet*, i. e. actum est, v. ad Amph. 334. — 393 ex A restitutus. — 394.

R. „Pamphilum" ex A amplectebatur, quamvis ex aliis locis Pampbilippi nomen certum sit, v. supra p. 524. Itaque Goetzius cum ceteris codd.: „Pamphilippum? Non adest?" neglectis spatiis personarum notas indicantibus. Rectius credo Bergk. Zeitschr. f. Alt. 1850 p. 334: *sororis Pamphilae.* Quod Pinacium simpliciter *Non* respondet pro „Non uidi", cf. Cas. 382. Ter. Heaut. 894. Cic. Verr. II, 43, 106. Quintil. XI, 1, 50. — 395 ex A, nisi quod ibi SIMITUMEEIBAT legerunt, incertis tamen EEIB. *simitu*, cf. 251. Goetz.: „mi aibant illi"; ego cum Geppertio Stud. II p. 43 retinui *aibat ille*, Epignomus. Nondum aderat, sed tamen simul venisse dici poterat, qui perbrevi intervallo secuturus erat, v. 417 sq. — *citus*, cf. Hor. Sat. I, 10, 92. Prop. III, 23, 23. — 397. *I intro Pinacium* A. — *iube famulos adparent*, cf. Men. 936: „Tu seruos iube hunc ad me ferant", cf. ad Bacch. 990. Most. 912. — 398. *administrem*, ad rem divinam, ut Epid. 418. — 399. *prouenisti*, v. ad Men. 945. „*futtile*" ait Nonius p. 514 „futtiliter. Ennius Foenice: Ut quod factum est futtile, amici, uos feratis fortiter". — 400. *ille*, Pamphilippus. — 401. *libros*, cf. 456. Pers. 391. — *de dictis melioribus*, cf. Capt. 481.

---

403. Epignomus in patriam redux Neptuno et tempestatibus gratias agit, quod se salvum reduxerint (cf. Capt. 917. Most. 422. Mil. 413. Rud. 895. Trin. 821), Mercurioque, quod mercatura se ditaverit. *conuortor domum*, revertor, cf. 415. Rud. 1138. — 404. *Tempestatibus* ædem vovisse a. 259 a. Chr. n. et dedicasse L. Scipionem consulem, et ex titulo eius sepulcrali C. I. L. I n. 32 et ex Ovidii Fast. VI, 193 constat. — 407. *adfeci* A. — 408. *laetantis faciam*, v. ad Pseud. 325. Verborum ordinem hiatus causa mutavit Fl. vix necessario. — 409. *adfinem*, socerum, ut Aul. 528. — 410. *inimicitia.* Singularis numeri usum, quem C. Cæsar improbaverat, Ennii auctoritate v. d. ap. Gell. XIX, 8, 6 defendit; cf. Cic. Tusc. IV, 9, 21. — 411. *quid potest pecunia*; nec negat ipse Antipho v. 520. — 412. *gesta re* A. — 414. *sine aduocatis*, amicis communibus, quorum opera reditio in gratiam fieri solet. — *ibidem in cercuro*, ep-

exegetice, ut Capt. Prol. 26. — *stega*, cf. Bacch. 275. — 416. *Et is* A. — 417. *Nam heri* A. — 419. *abduce* R., cf. 436. *hasce*, tibicinas aliasque, quas secum advexit, v. 381.

420. *si . . . seu*, cf. ad Curc. 4. — 421. *mulcauerim*, ἅπαξ εἰρ. nec dubitatione exemptum, quoniam id nihil aliud tuetur quam Placidi glossa p. 66 Deuerl.: „mulcantem aerumnas, misere viventem; ærumna est miseria". Parum probant quæ collegit Leo Herm. XVIII, 567. Acidalius coni. „anclauerim", cf. 273. — 423. Post *me* hiatur. — Stichus non manumissionem sibi precatur, sed ut in unum diem libertate fruatur, ut liberi hominis modo versari omnique libidini indulgere possit, *eleutheriam* (ἐλευθερίαν) *capere*. Similiter servus in Pers. 29 se dicit Eleutheria agitare, unde R. h. l. „Eleutheria iam agere". — 424. *ius*, cf. 725. — *sumas*, sc. eleutheriam. — 426. Insuper cado vini eum donat; *propinare* enim in tradendi significationem transit, cf. Ter. Eun. 1087: „Hunc comedendum uobis propino et deridendum". Ennius apud Non. p. 33: „Enni poeta salue, qui mortalibus uersus propinas flammeos medullitus". Apul. Met. V, 30: „cui puellas propinare consuesti". — 427. *dum de tuo*, sc. sumptum eroges. — 428. *Quid* Goetz. — *unumst* supplevit Leo Mus. Rhen. XXXIX p. 470; Goetz. „Quid id autemst, mihi expedi". — 429. *ibone* Leo l. l.; Goetz.: „iam ibo" omisso „ni"; ego olim: „ibo. EP. Non, nisi uocatu's, censeo". — 430. *rogare cenam* supplevi. Goetz.: „ST. Ego abeo. EP. Abi: te nil moror". Leo: „rogato quo eam. EP. Nil moror". — 431. *Sic* A. *institi* R. — 433. „condixi in symbolam" Camer. ed., quasi ut symbolas vel argentum, unde pararetur cena, convivæ afferrent (cf. ad Curc. 473); quod sic dici posse non puto; nec perfectum ferri potest de re futura, v. 439 sqq. Itaque recte R. ex „condici in" *condicam* fecit; *symbolam* autem ad sequentia traxit, ubi „feram" pro „Syrum" scripsit. Quod non necessarium arbitror. Plautus condicere aliquo ad cenam dicere solet, v. 448. Men. 126; posteriores cenam condicere, v. Sueton. Tib. 42. Claud. 21. H. l. Plautus *condicam symbolam* dixisse videtur, *ad cenam*, unde cena fiat; alterum *ad* est apud. — 436. *hasce*, cf. 419. — 437. *Meam culpam habeto*, meam culpam dicito; R. „Me in culpa". — *probe* A. Quod herus se

hunc diem ei dedere dixit, quasi de servo ad supplicium dedito sermo sit, se eum *excruciaturum* respondet; cf. etiam „lacero“ v. 455.

438. *per hortum*, cf. ad Epid. 658. — 439. *eadem*, v. ad Pers. 444. — 441. *opsonabo*, non, ut divites, pisces et altilia, sed modeste, ut servi opes ferebant, v. 688 sq. — 442. *quom iam* edidi; Goetz. „quoniam“. — 443 admodum dubius, quoniam vel earum litterarum, quæ aliquatenus legi posse videntur, pleræque incertæ sunt. Buggius Opusc. ad Madvig. p. 182 Ritschelianis tantum copiis uti potuit. Leo l. l. dubitabundus proposuit: „Seruos homo quibus ei obferam cenam modis?“ Potius tale quid requiritur: „Ne cessent, quibus ego obferam cenam meam“. — 444. *Aduorsitores*, ut ait Donatus ad Ter. Ad. 1, 1, 2, proprie dicuntur servi qui adversum veniunt, v. ad Most. 306. — 445. „Dari ut eum“ ab initio legerat Maius, et sic Goetz.; Loew. *uti iam* legit, quod retinuit Leo, ut pronomen postea adderet. *uerberabundi* Buggius l. l., quoniam passiva vis eiusmodi adiectivis nusquam tribuitur. — *abducant* an adducant in cod. fuerit, non liquet. — 446. *egomet me moror*, v. ad Most 1043. R. ante hæc „sed“ addidit, non opus, v. ad 83. — 449. *Licet hoc* Fl.; Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 27: „Licent haec“. Mueller. Pros. p. 118 codicum scripturam defendere conatur allato Rud. 1209: „Omnian licet?“ cuius non prorsus eadem ratio est. — *Athenis* maiorem licentiam servis concessam esse quam Romæ, satis constat, cf. ad Most. 706. Cas. 68 sqq. — 450. *inuidiam* A. — 451. *harunc* A. — 452 ne quis dubitet quin spurius sit, abest ab A. — 453. *atque* A. — 454. *conmeatus continet*, i. e. pertinet, continuus est, cf. Mil. 470: „conmeatus transtinet trans parietem“. Errori tribuo, quod A „conuenit“, quem non affirmat, quod D in eundem incidit. — 455. *Ite hac secundum*, v. ad Amph. 547. — *Ne* R. em.; Seyffert. Philol. XXV p. 444: „Mihi“, quod nescio an præferendum sit. — *lacero*, perdo, ut nihil utile fiat, cf. 437. Asin. 289: „loquens lacerat diem“. Hor. Od. II, 7, 7: „sæpe diem mero fregi“.

456. *libros*, v. 401. — *potis* A. — 457. *optenturum*, ut victorem, cf. Men. 898: „non potest haec res optineri“. — 459.

delcniam A. — 461. Hiatur non solum in cæsura, sed etiam ante *hodie*; R.: „hercle hodie ego". — 462. Hiatur in cæsura. R. temere „ut" addidit et hunc versum proximo postposuit; potius cum Acidalio et Bentleio „mihi (mi) abstulit" scribendum. *praeter pedes*, ante pedes, cf. Poen. Prol. 19. Cic. Verr. III, 25, 62. Tac. Hist. IV, 30: „præter suorum ora". — 463. *obscaeuauit*, omen obtulit, v. Asin. 264 cum ann.; nam scaeva omen est, v. Fest. p. 325. Cas. 892. Pseud. 1141: „bona scaeua est mihi". infra 672: „Bona scaeua strenaque obuiam occessit mihi"; unde R. in ann. hic scribendum coniecit: „Bona strena mi obscaeuauit". Nec de primo vocabulo dubitari potest, sed „strena" non est omen; donum est ominis causa datum, v. Fest. p. 313: „Strenam vocamus, quæ datur die religioso ominis boni gratia". Hic vero nullum donum est; itaque *Bona scaeua* scribendum; etiam „mihi" addendum videtur tam hiatus quam sententiæ causa. — *spectatum*, exploratum, certum. — *hoc* A. — 465. *ac* A, i. e. ut; *item* . . *ac* etiam Varro L. L. X, 74. Quod antecedit altera comparatio, cf. ad Pers. 836. — 467. Post *Epignome* hiatur. — 468. *prosiliunt* A. — 469. *Ualuistin usque*, v. ad Curc. 16. — *sedulo* diligenter, v. ad Capt. 880. infra 588. — 470. *Propino tibi salutem*, salute te impertio, ut legitur Epid. 129; parasitus convivalibus vocibus utitur. — 472. Aut cum Ritschelio statuendum est excidisse versum velut: „Igitur tu apud me cenes hodie, dent uolo", aut proximus versus corrigendus, velut: „Cena accipiam te, quoniam saluos aduenis". — 474. *Locata est opera* A. Se posse negat: alii se promisisse et quasi operam locasse. — *tam gratia est*, v. ad Men. 379. — 475—79 ineptam variationem esse versuum 481—484, pro certo habeo, cf. Muell. Prosod. p. 242. Goetz. Act. Lips. VI p. 256. — *Certa res*, sc. est, quod, si Plauti versus esset, adderem. — 476. *me hercle* Cam. — 477. *usus ueniet*, v. ad Bacch. 360. — 478. *Censeas* Epignomo tribui, quasi: tu censeto; ipse iudicato; causam expositurum interpellat parasitus. — 479. *uero* parum eleganter ponitur tertio loco pro „Ego uero nescio quid", quo quum accedat hiatus, quamvis in cæsura legitimus, viri docti varia tentarunt. — *in mundo*, paratum, v. ad Pers. 46. — 480. Plauto minime

indignus est; Goetzius ab antecedentibus separare noluit. — *tibi* A. — 482. *certo* A; sed nescio an rectius ceteri „certum". R.: „certe". — 484. *Certumne est?* A. — 486 sq., qui in solo A comparent, manifesto spurii sunt. R. eos antecedenti versui anteposuit. — 488. *Si possim.* Acidal.: „si possit", v. ad Amph. 169; sed vulgo dicebatur: „Vellem, si possem". — 489. *nouem* locos triclinii vulgo fuisse constat; sed Epignomus ipse decimus est. — 490. *med* Camer — 491. *me esse* cum hiatu et A et cett.; Cam. „med". — *uni subselli*, i. e. unius subsellii, v. ad Capt. 470. Parasitus, qui domi unum modo subsellium habet, in convivio subsellio satis contentus est. — 494. *summates*, cf. ad Pseud. 228. — 495. *adcubent* Priscianus VII p. 762 et XII p. 943, qui hos versus affert propter ἅπ. εἰρ. *infimatis*. — 498. *de reliquiis* A. *nos*, sc. cenare, cf. ad Rud. 572.

499. Gelasimus solus relictus secum queritur. *Perii* A et Gellius VI, 17, 4 sic hunc versum afferens: „Nunc hercle ego perii plane, non obnoxie". *nihil*, i. e. non, v. 357. *nihil obnoxie*, sine scrupulo aut impedimento ullo. — 500. *minus est*, sc. in vivis; exstincto Gelasimo vivorum numerus uno minor est factus. — 503. *Quaene eapse* ex vestigiis A Ritsch., cf. ad Amph. 690. — 504 affert Nonius p. 468, qui quum et ipse *Ea* habeat, ablativum cum B retinui; vulgo „Eam", cuius exempla similia non reperiuntur.

---

507. Antipho senex cum Pamphilippo genero trochaicis septenariis colloquitur. Alterum „bene" R. om. — 508. *quia*, cf. 38. — 509. *Rediisse* A. — 510 sq. Nisi viderem, inquit, te mihi amicum esse, vix crederem; nunc, quia video, credo. Cui parum credimus, ab eo satisdationem postulare solemus. — *quoniam mihi* et *credetur* A. — 512. *Uocem.* „In margine A diversis litteris adscriptum est uocarem" Goetz. Non desunt alia similis inconstantiæ exempla, v. ad Capt. 706. Catul. 6: „Flavi, delicias tuas Catullo, Ni sint inlepidæ atque inelegantes, Velles dicere nec tacere posses". Tibul. I, 8, 22. — *ni* A supra scripto „si". — 513. *ad se* A. — *quom vocat*, v. ad Amph. 661. — 514. *uobis dare* A. — 515. *me ad illum* A. — *nisi*, cf. ad Rud. 741. —

518. *At* A. — 519. *satne* scripsi; R. „ego“ tollebat.. — 520. *ut* A. — „atque“ ferri non potest, „amicosque“ fortasse, si „uellem“ scribitur, ut audiatur „uelle“, sed multo veri similius est, Plautum scripsisse *uelle amicos*; ad *uos* facili negotio auditur „rem gerere“. — 521. *commers* A. i. e. commercium, antiqua forma, quam primus vindicavit Studem. Herm. I p. 290. Cf. „mers“ ad Mil. 728. — 522—23. *perinde amicis utitur. Si res firma est*, quæ in ceteris codd. exciderunt, servavit A; priorem versum etiam Charisius II p. 188: „perinde pro proinde Plautus in Sticho: ut proinde homini res parata est, perinde cett.“ — *laxe* A.

525. *Iam redeo.* Epignomus domo egrediens uxori aut familiaribus se brevi rediturum promittit. Deinde secum loquitur de rebus se absente ab uxore bene administratis. — *si.* A: „u . .“, i. e. ut videtur „ubi“. — *afueris domo* A. — 526. *ubi redieris* A. De *si* bis posito v. ad Merc. 796 sq. — *ibi* Acidalius; R. „est“ maluit ad calcem versus transferre. — 527. *absente* A. *Ita* non „ut“ sibi adiungit, sed soluto nexu adiungitur explicatio, v. ad Amph. 952. Epid. 163. Mil. 207. — 528. *exilem* idem est atque *inanem.* Spengel. Philol. XXVIII p. 729 voluit: „Omni . . . . aegritudine“ ut ap. Cic. ad Attic. II, 8, 1. — 529. *eccum incedit*, v. ad Curc. 674. infra 538. Rud. 565. — 531. *Huc longissume postilla*, si vera sunt, omisso verbo, significant, eum, postquam advenerit, non longius aut aliud iter fecisse quam huc; sed corrupta videntur. Edebatur: „Huc? (cum antecedenti versu iunctum). PA. Longissime. EP. Postilla cett.“ R.: „PA. Hau longissume. EP. Postilla“. Sed nec „Haud longissime“ pro „Non admodum diu“ Latine dicitur, nec „Postilla“ in principio Epignomi sermonis intelligi potest. Immo recte A sermonem eius a *Iam* incipit. Sensui fortasse satisfaceret: „Huc profectus sum postilla“. — 532. *quo* Cam. — *ut alias res soles*, solita comitate agis, cf. Amph. 532. Men. 739. — 533. *Clementer*, placide, cf. ad Mil. 696. — 535. *cocta est* A. — 536. *Deos*, tutelam domus, penates, cf. 625; cuius quum exitus proximi versus similis sit, hunc, qui in solo A exstat, R. uncis inclusit, vix iure. Ne Fleckeisenii quidem emendatione „confexo“ pro *conficio* opus est, v. ad Amph. 714. add. Asin. 113. Most. 1049. Merc. 788. Pseud. 589. Pers. 144.

Rud. 179. Trin. 157. — 538. *festinat*, in cena apparanda, cf. 526. *eccillam*; locum ostendit; ipsam non videt, cf. Mil. 789: „Habeo eccillam meam clientam". supra 529. — 539. *Optumest* A, i. e. optime se habet. — „istuc" Fl., ut Rud. 442; sed ablativus tentari non debet. — *morai* Lachmannum secutus R.

540. Antipho abeuntem retinet, ut concubinam ab eo postulet, sed aliam causam simulat, quasi testem eum velit rei cum altero fratre agendæ. *te huic* ed. pr. *Apologum* Græci narrationem fictam appellabant, eoque nomine in hac re utebantur etiam Latini rhetores, quum Quintiliani tempore (V, 11, 20) essent qui novo nomine apologationem dicerent. „agere" apologum quasi fabulam in theatro vix recte dicitur; quid in A fuerit, legi non potest. Mueller. Pros. p. 469: *facere* ut 572. Hoc recepto etiam numeri restituuntur. R. cum Guieto „ted huic" scripsit, Goetz. „te et hoc". — *unum*, cf. 156. — 541. *quasi*, cf. 351. — 544. *Erant* A. *fidicinae* et *tibicinae* Goetzius, ut postulat v. 553. *et*, quod ille delevit, retinui. — 546. *Praesens*, ut deus praesens dicitur, cuius vis in re præsenti apparet. — 547. *erant tibicinae* Goetz. cum Buggio. — 553. *paenitebit*, parum videbitur, v. ad Bacch. 1182. — 554. *Tum* Acidalius add. Ceterum hinc per triginta versus deficit A. — 556. *Dum quidem*, cf. 686. Cicer. Nat. Deor. III, 40, 94. Parad. V, 1, 33. — „edint" Acidalius, quæ vera Plautina forma videtur, v. ad Aul. 664. Capt. 460. „edas" tamen exstat Poen. 533 — *contruncent* Pius, cf. Bacch. 970. — 557. *Uidelicet* cum infin., v. ad Asin. 592. — *parcum* in vitio ponitur ut Aul. 327. — *fuisse illum* transp. R. *id* add. Loman. Spec. crit. p. 68. — 558 sensu caret. R. ed.: „Quom ille, illi qui pollicetur, eum cibum poposcerit"; sed hic quoque et verborum ordo vituperandus „illi qui pollicetur" pro „qui illi (atque adeo „sibi") pollicetur", et intoleranda eiusdem sententiæ repetitio. Itaque versum pro spurio notavi. — 559. *aequom* Seyff. Philol. XXV p. 445. Plerique „non" deleto „nequam" retinuerunt; sed nequitia hic nulla est. — 560. *denegauit*. Acidal. „denegarit", sed cf. 564: „noluit". — 561. *Hercle qui* Fl., v. ad Amph. 769. — 562. *ille* Pius. Senex ut tibicinam poscit, quia filiam dederat, ita tibicinæ

cibaria dari censet, ut filiæ dotem dederat. *pro* filia dotem dare aut accipere alibi non legitur, sed dubitandi causam non video, quum plerumque hac sola condicione puellæ nuberent; ab Antiphonis quidem sententia hæc dicendi ratio minime abhorret. — 563. Immo, inquit Pamphilippus, non iniquus sed callidus fuit adolescens. — 565. *indipisci*, v. ad Asin. 277. — 566. Quoniam cibaria assequi non potest, etiam sine cibariis tibicinam accipere vult. — 568. *Habeon rem pactam?* Acid., vulgari stipulandi formula. — 570. *Poste ibo lautum* Fleckeis. — *in pyelum* Lamb.; πύελος est solium balnei. — 571. *adcubans* Pylades.

572. *Graphicum*, v. ad Epid. 410. — *fabre*, affabre, artificiose, cf. Cas. 802. Men. 134. Poen. 576. Quod antecedit „quam“ delevit R.; tuetur Brix. Ann. phil. CI p. 778 sq., cf. ad Asin. 574. Mil. 402. Sed præterquam quod anacoluthi ambitus h. l. admodum brevis est, si „quam“ retinetur, quartus versus pes dactylus erit. — 573. *Etiam* Both. — *se* add. Acid., cf. Capt. 435: „tuque te pro libero esse ducas“. R. cum Dousa: „sese ducit“; sed Latini hac significatione se gerere dicunt; se ducere est se conferre, v. Amph. 1058. — 574. *occentet* Pistoris em., sc. ut somnum capiat. — 575. *opus sit* Cam. — 577. *haud perdudum* cod. D, si coniectura, optima. C ex proximo versu: „ad cenam“; B duos dimidios versus omisit. — 578. Ante *hominem* hiatus, v. Proleg. p. 221. — *Ne quid aduenieus perderem*, nam pereunt quæ parasito dantur. — 579. *Atque*, v. ad 98. — *lupum in sermone*, proverbium ex fabula ductum, quo utimur, ut ait Servius ad Verg. Buc. 9, 44, quotiens supervenit ille, de quo loquimur et nobis sua præsentia amputat facultatem loquendi. Cf. Ter. Ad. 537: „Quidnam est? SY. Lupus in fabula. CT. Pater est? SY. Ipsust“. Cic. ad Attic. XIII, 33, 4: „De Varrone loquebamur: lupus in fabula; venit enim ad me“. — 580. Epignomus se et ipsum hoc statuisse dicit et consilii meminisse. *memorem mones*, cf. Capt. 191.

581. Sermonis barbaries removetur, si aut cum Acidalio „ita ut“ (cf. Poen. 470) scribas aut cum Bothio *id quod*. Quod autem is, qui loquitur, se ad principium, unde digressus

sit, redire indicat, non pauca ante hæc desiderari videntur. Huius lacunæ ambitum Ritschelius ex A monstrare conatur, cuius quum folium perierit vv. 554 ad 585, i. e. triginta et unum versus, continens, pagina autem palimpsesti fere septendecim versus habere soleat, folium triginta quattuor, tres versus desiderari. At duorum versuum spatium titulus scenæ sibi postulat, ut unus tantum relinquatur vel nullus, nec veri simile sit plura in A quam in ceteris codd. fuisse. Immo v. 581 prorsus abiiciendus est, nec aptius parasiti sermo incipere potest quam a v. 582.

583. *Ita*, cf. Liv. XXI, 38, 4 et 1. Senec. Benef. VI, 37, 1. Lamb. „Id", cf. ad Pseud. 1169. — *mihi* cum proximo coalescit; *fuere* bisyllabum est. Hæc ut vitaret, R. *egomet* delebat. — 584. *Atque is est*, cf. Trucul. 121. Similiter Poen. 1298: „Et ea est certo", quod iniuria correxi. Ter. Ad. 78. — 585. *Sperate*, v. ad Amph. 669. Lomanus „o sperate" voluit, alii „exoptate" aut „exspectate"; sed nihil mutandum. — 587. *Credo. Salue* A. — 588. *sustentatum est* A ut 469. Cæs. B. Gall. II, 6, 1. — 589. *medimnum* Mueller. Nachtr. p. 144 et Studem. — 590. *eo*, v. ad Pseud. 376. — 591. *Aduorsum te fabulare*, contra tuam rem dicis. — *illud quidem*; desideratur „uolui dicere", v. ad Amph. 380, quod quoniam in proximo versu non legitur, aut excidit versus aut, quod potius credo, h. l. auditur. — 592 sq. Reliquias palimpsesti non prorsus consentienter indicarunt Loewius Anal. Pl. p. 183 et Goetz. in ed., qui hæc conati sunt: „Et equidem si posset, ego iam uos inuitassem domum Ad me, sed mihi in sinu tunicae nihil est, atque hoc scitis uos". Leo Mus. Rhen. XXXIX p. 471: „Et equidem, si essent, benigne uos inuitassem domum Ad me, sed mihi in ista crumina nihil est cett.". Quorum priora recepi, alterum versum aliter conformandum duxi. — *Et equidem*, cf. Cist. 356. ad Amph. 757. — 595. *tum* Scaliger em. — *obstrusero*, v. ad Curc. 366. — *potest*, cf. ad Amph. 169. — 596. *abierint* A. *tum ut* R. — *Uae aetati tuae*, v. ad Capt. 879. — 597. *Uasa* et *perduint* A. — 598. *Quid ais?* Acid. — 600 edd. inter plures personas dividunt, ut Pamphilippo dent: „Utrum tu censes?" Rectius codd. omnia parasito con-

tinuant. Nec „utrum“ ferri potest, quoniam una tantum res nominata est. Scripsi *Itane tu censes?* ut Mil. 1114. — 601. *renuntiari*, te non venturum. — 602. *Non enim*, v. ad Most. 1114. Rud. 976. — *ne*, modo ne, v. ad Aul. 639. Poen. 1291. — 606. *Caue sis tu tibi.* Pamphilippo hæc dicit. Ne foras ad cenam eat, fratrem hereditatis eius cupidum ei insidias struere dicit et verendum esse ne noctu a grassatoribus interimatur. — 608. Post *quam* hiatus; Fl. „quamde“ ed., Goetz. cum Kampmanno „quantum“. *adflictentur* Cam., v. ad Aul. 624. De re v. ad Amph. 153. — 609. *ire aduorsum*, v. ad Most. 306. cf. supra 299. — 610. Epignomus parasitum ludificans fratrem non exiturum esse affirmat illius suasione motum; sed brevi post vera ratio apparet, eum, quia apud vicinum fratrem cenaturus sit, in publicum non proditurum. *Non it* cum emphasi iterat, ut metuentem tranquillum reddat. — *ebitat* codd., i. e. exeat, v. ad Curc. 141. Edd. male „bitat“. — 612. *Si hercle*, v. ad Mil. 156. add. Asin. 402. Curc. 211. Epid. 331. 591. Merc. 982. Poen. 487. Rud. 799. Ter. Eun. 50. — 613. *Per hanc cenam*, v. ad Epid. 324. Si nulla alia, inquit, cena tibi parata est, nullam habebis. — 616. *Non metuo* cett.; ludit, quasi Gelasimus, quod eum lapide percussum voluit, etiamnunc periculum a grassatoribus significaret. Sed numeri corrupti; Fl. „traibo“, R. „adibo“, Goetz. „haud“ pro „non“ scripsit. — 617. *Quid ais?* quasi novum sermonem incipit, v. ad Amph. 414; sed parasitus nihil boni ab eo exspectat, qui *oratores* se accipere dixerat v. 492. — 618. *Enim*, i. e. enimuero, ut A metro adversante, cf. supra 99. — *opera*, sc. mea, *utere*, cf. Aul. 140. — 619. *concedier* em. Bugg. Tidskrift f. Philol. VII p. 28. Goetz.: „locum condi bonum“, quod propius ab A abesse videtur, sed bonitas loci non requiritur, v. 621. — 620. *lux oppidi*, quasi patriæ. — 621. *arte*, anguste. — 622. *loculi* A, cf. Mil. 850. — *sat erit* Both. — 624. *genium*, v. ad Pers. 109. — *Eamus, tu*, fratrem alloquitur. — 625, cf. 536 sq. — 626. *Quin si iusseris* A. — 630 sq. in codd. unus versus est, sed iusto longior. *Non ego isti* („ista“ A) *apud te*; hæc parasiti verba esse apparet; proxima autem non minus certum est Epignomi esse. Hinc efficitur ut exciderint extrema Gelasimi. In his eum felicitatem

suam prædicasse ostendit Epignomi responsum. Relictis igitur duorum versuum partibus quæ perierunt supplere conatus sum. R. ed.: „Noui ego: aput me satis spectatast mihi iam tua ista facilitas“ post hæc versum excidisse statuens; in notis autem, quod recepit Goetz., „Noui ego: ista satis spectatast mihi iam tua felicitas“, quæ talem versum excepisse putat: „Qua depugnas uentris causa, homo nihili, cum alienis bonis“. Sed felicitatis mentio in antecedentibus desideratur. Leo Mus. Rhen. XXXIX p. 471 uno versu: „Non nego ista aput te. EP. Satis spectatast mihi iam tua felicitas“. — 632. *rem confregimus*, cf. Trin. 109. — 633. *Catagelasimum*, ut qui non solum rideas et risum moveas, sed etiam me derideas, καταγελᾷς.

634. *Iamne abierunt?* A. Quod vero idem in extremo versu præbet: „nunc consilio capto opust“, v. Loew. Anal. p. 184 — Studem. Stud. I p. 208 „caro“ legerat —, id repudiandum est, quia nec cum *uide* satis congruit nec cum iis, quæ sequuntur. Nam si retinetur ceterorum codicum scriptura, deleto „es“ ut Fl., nulla causa est, cur cum R. versum excidisse putemus. — 635. *Tu ne* et *Tibi ne*, v. ad Asin. 875. — *Uiden* Fl. et R., ut A in duobus proximus versibus. — 636. *ut* A. *prothymiae* A, promptus ad hilaritatem animus, cf. 659. Pseud. 1268. — 637. *ipsos*, dominos, *parasitarier*, parasitorum opus facere. — 638. *inspiciet*, cf. Rud. 1275: „Numquam edepol hodie ad uesperum Gripum inspicietis uiuom“. — 639. *potione iuncea.* Laqueus significatur ex iunco factus, nam suspendio finire vitam constituit; sed parasito omnia ad *gulam* referuntur.

---

641. Extremam fabulæ partem servorum convivium obtinet. *More*, μῶρως, v. ad Men. 557. — *stulte* A. — 642. Structura paratactica, cf. 527. Vituperat inutilem illum morem, quo si quem exspectamus, prospicere solemus, an veniat. *prouisere*, cf. ad Men. 691. — 643. *Qui*, ut 645. *illa causa*, v. ad Most. 386. — *ocius nihilo* A; hiatum cæsura tuetur. — 647. *Cadum cum vino*, v. ad Pers. 266. — *hinc a me huc*, cf. ad Mil. 331.

— 648. *decumbam* R. in notis; in contextu: „postidea“. — *quasi nix* Both.

649. Dum Stichus ædes intrat, ut cadum vini capiat, Sangarius advenit. Is redux domum suam et urbem, patriam, non suam, nam Syrus erat v. 434, sed heri salutat. *quae nutrices* sc. estis, v. ad Amph. 590. Ad rem Lambinus confert Cicer. p. Flacco 26, 62: „Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ atque in omnes terras distributæ putantur“. Isocr. Panegyr. et alia et § 47: Φιλοσοφίαν τοίνυν . . . ἡ πόλις ἡμῖν κατέδειξεν. — 650. „Terra“ corruptum est. R. delevit addens *salue*; *ut*, cf. Bacch. 168: „Erilis patria salue“. Sed fortasse rectius Schoell. in præf. Goetzii p. XVI: „Χαῖρε o erilis patria“. — 652. *Curaest*, i. e. curae est, Studem. Stud. I p. 195, v. ad Merc. 120. — *ut uideam* R. — 653. Alterum „ut“ delevit R., qui quod ante prius „ut“ „ei“ addidit, eo vix opus est. — 654. *temperi*, v. ad Aul. 446. — 655. Revertitur Stichus cum cado vini. — 657 sq. *quot* edd. — 659. *prothymias*, v. 636. — 660. „Hem“ R. versu iubente delevit. — *quid fit?* quid facis? Miratur hominem cum cado vini ingredientem; cf. ad Bacch. 624. — 661. *Dionysus* apud antiquiores Romanos non alibi nominatur. — *mihique et*, v. ad Amph. 5. — 662. *cocta est* R., nec enim dicta pro condicta (v. 433) dici posse videtur. — *locus liber*, ab arbitris, cf. ad Poen. 177. — 664. *adeo*, cf. 16. — 665. *hoc*, vinum. — 666. *Quis somniauit aurum?* Sangario somnii simile hoc videtur, ut si quis auri vim sibi in somnis possidere visus sit. Iniuria, ut mihi videtur, in hoc offensi editores alius aliud substituere conatus est. — 667 sq. simul cum 669 sq. ferri non possunt; Stichus non bis conservum suum se sequi iussit. Nec dubitandum, quin priora spuria sint, in quibus et *Proin* sensu caret et alter versus claudicat, nisi post *intro* addatur „Sangarie“. Dittographiam agnovit etiam Goetzius. — 669. Athenas redux ait se peregrina omnia abiecturum vel quasi sordes abluturum; verum non aqua hoc facere studet, sed vino, quod admodum vereor ne ineptus ille, qui v. 667 adscripsit, parum intellexerit. — 670. „Relinque“ nihil est; *In reliquom* scripsi, ut Sall. Iug. 42, 4. Cic. Fam. X, 7, 2. al. — 671.

redeunti Acidalius, quod ne calidius cum R. receperim, vereor. — 672. *Bona scaeua strenaque*, v. ad 463. — *obuiam* Camerarius.

---

673. Stephanium ex Epignomi ædibus exit, quo ad cenam apparandam arcessita erat. Septenariis iambicis loquitur. — 675. *nam* add. R. — *quoniam*, v. ad Asin. 347. — 676. *Ipsarum* Studem. Ann. phil. CXIII p. 73. — 680 corruptus. Edebatur: „ceterum ego curando id adlegaui", ad quæ si „eum" audias, prava sententia erit, nam Stichus, non Stephanium, et convivii auctor est et solus opsonatur, v. 440 sq. Itaque nec R. „ceterum id curando aliquem adlegaui" scribens, nec Goetz.: „ceterum curando id me adlegauit", verum invenerunt; nam „id" ad opsonandum referendum est; hic ceterorum cura requiritur, quare non dubito quin *ceteram ego curam* Plautus scripserit. Reliqua magis dubia. Adlegandi verbum (cf. Amph. 667. Epid. 426) ab hoc loco alienum est. Assumpto ex C *adligaui*, scripsi *mihi a.*, quasi mihi attribui, cf. Græcum περιάπτειν. Olim conieceram: „ceterum ego curam domi ei leuaui".

---

682. Convivium non in angusta Sangarii cella habebitur, sed ante ædes, ut spectent spectatores. Eo se conferunt servi cum cado vini ceterisque; ac ne quid convivio desit, adest etiam *tibicen* histrionibus cantans, quem non gravantur vini participem facere, v. 714 et 756. Trochaicis septenariis scena scripta est; sed, quod dolendum est, non pauca dubia habet. *pompam*, v. ad Bacch. 112. — 683. *Omnibus modis* etiam A. R. cum Scaligero „Omnimodis" Lucretiano vocabulo. Nihil intentatum relinquet. — 684 Sticho dedi cum Bothio. *accipimur* et *recipimur* Guietus; *quom* pro „quoniam" Cam.; A deficit. — 685 numeros excedit. R. „Qui" pro *Quisquis*, quod etiam in A legitur; ego „uolo" deleto iunxi *uocari conuenit*. — *comissatum*, cf. ad Most. 310. — 686. *ueniet* add. Goetzius. *quisque* est quicumque, v. ad Mil. 156. — 687. *polluctura* Pius, cf. 237. Rud. 1406. „iactura", sive errori sive malæ interpretationi debetur, necessario delendum. *hodie* versus causa transposui.

— 688. Stichi nomen præfixi. — *ministremus*, cf. Cic. Verr. III, 44, 105: „quum in iis conviviis symphonia caneret maximisque poculis ministraretur“. Pison. 27, 67: „bibitur usque eo, dum de solio ministretur“. — *monotrophi* Scaliger, i. e. soli, cf. Plat. Polit. p. 261 D: *τὴν τῶν ζώων τροφὴν τὴν μέν τις ἂν ἴδοι μονοτροφίαν οὖσαν, τὴν δὲ κοινὴν τῶν ἐν ταῖς ἀγέλαις θρεμμάτων ἐπιμέλειαν.* De Strab. III, 3, 6 res dubia est, v. Madv. Advers. crit. I p. 533. R.: „monotropi“ ut Plutarch. Sanit. præcept. 23. Fratern. amor. 3. Quæst. conv. IV, 1, 2, 12; sed mutandi nulla ratio, ubi non mores (*τρόπος*) significantur solitarii, sed victus (*τροφή*). — 689. *commodule* est, i. e. habetur. R. „commodulum“. — *fabulis*, i. e. fabis. Similis frugalitas in secunda mensa v. Hor. Sat. II, 2, 122. — 690. Iam non ipsi fructus enumerantur, sed cibaria inde facta, crustula et similia, ne mireris in singularem numerum transiri. Sed prima corrupta sunt. Turneb. „olea in tryblio“ em., R. „oleae tryblio“, Goetz. „oleis, intubulo“; ego, si audacia suppeteret, scriberem „oleae intertrito“, quasi intrito, vocabulo novo, sed recte formato, i. e. oleis conditis, cf. Caton. R. R. 117: „Oleae albae quemadmodum condiantur. Ante quam nigrae fiant, contundantur et in aquam deiciantur. Crebro aquam mutet, deinde, ubi satis maceratae erunt, exprimat et in acetum coniciat et oleum addat; salis selibram in modium olearum, feniculum et lentiscum seorsum condat in acetum“. Simili modo ex *lupillis*, i. e. lupinis, *comminutis* et maceratis placentæ genus fiebat, quo quum vulgo ad boves alendos uterentur, v. Colum. II, 10. Poen. 597, hic etiam servorum frugalitas contenta est. — 691 affert Nonius p. 511 sic: „sat est serui homini modeste facere sumptum quam ampliter“, ubi recte „melius“ omittitur. *Satiust* R. *ampliter*, v. ad Bacch. 674. — 692. *scaphiis* Both., v. ad Bacch. 68; *ἀργυροῦν* habet Athenæus IV p. 142 d. — 693. *Batiocis* scripsi cum Loewio ex glossariis, v. Prodrom. p. 276. *βατιάκη* et *βατιάκιον* est apud Athenæum XI p. 784 a: *Περσικὴ δὲ φιάλη ἡ βατιάκη .... βατιάκαι ἀργυραῖ κατάχρυσοι τρεῖς*, cf. p. 480 a. 497 f. Batiola ap. Nonium p. 545: „Plautus Colace: batiolam auream octo pondo habebat“. — *bibunt* posteriorem corripit, nec est quod tollatur *at*. —

Samiolo poterio, poculo parvo et ex argilla facto, v. ad Capt. 290. Ambo uno utuntur, v. 729. — 694. *Tametsi bibimus* Muell. Prosod. p. 474. — *moenia*, munia, officia, cf. Trin. 697. fr. Nervolariæ: „Prohibentque moenia alia, unde ego fungor mea". — 695. „Amica" corruptum est; quid in A fuerit, legi non potest. *Age dic* scripsi; Goetz. „Nunc". — *uter adcumbamus*, v. ad Amph. 1087, cf. supra 70. — *sane*, cf. 264. — 696. *pacto* R. — 697. *Uide*, considera, cf. 705. — *etiam* vix verum est; *eam* ut addatur, sensus postulat. Credo *tu eam* fuisse, unde „etiam" ortum sit pravo loco positum. — 698. Post *prouinciae* hiatus in finita sententia; R. „autem" addit. — *Fontine* Bergk. Quoniam vinum aqua temperandum erat, præter cadum vini etiam aquæ vas vel lacus aderat, *fons*, cf. 707. Casin. 122. Et quum non cratera statuatur vinum mixtum continens, sed in poculis vinum temperetur, v. 759, quærit, utrum vini an aquæ administrationem sibi malit. Pro rebus facetiarum causa deorum nomina ponit, *Liberum* et *Fontem*, quem pro deo habitum arisque cultum esse constat, v. Cic. Leg. II, 22, 56. Nat. deor. III, 20, 52. Tabb. fr. arval. 32 et 43. — 699. *Imperium inhibere*, v. ad Bacch. 445. — *Nimio*, sc. malo. — *liquido*, mero, cf. ad Pers. 604. — 700—703 R. post 694 ponebat temere. — „dum cenat" corruptum est; Cam. „comit", quod receperunt posteriores; mihi *cunctat* fuisse videtur, ut Casin. 741. Non. p. 469. — 701. „Tamen" delevit R.; unde ortum sit, nescio. — *ludere*, non talis, sed hilari sermone et bibendo, cf. 733. Pers. 770. — *Strategum*, magistrum sive arbitrum bibendi, ut Hor. Od. II, 7, 25, cf. Pers. 769 „dictatrix". — *huic* olim em. — 702. *in mentem* A. Proxima misere corrupta sunt; nec duplex *quam* ferri potest, nec subsellium recte *lecticis* opponi videtur, quod etiam in A est, sed „lectis", quod reposuit Pius. Vulgo edebatur: „Potius in subsellio Cynice accipiemur quam in lectis". R.: „Potiusne in subsellio Cynice hic accipimur quam in lectis?" Ego malui: „Potius quam in subsellio Censen accipi nos in lectis?" Sed omnia nimis incerta. — 703. *magis dulcius*, v. ad Amph. 297. Goetz. ex A: „nimium hic dulciust", cf. ad Most. 809. — 705. *quot cyathos bibimus*; de præsenti v. Madv. Gr. Lat. 339 annot. 2 a. supra v. 533. Ante omnia magistro consti-

tuendus erat numerus cyathorum cuique poculo infundendus, v. Pers. 769 sq. Hor. Od. III, 19, 12. al. Stichus quinque iubet. In eam rem affert Græcum proverbium *ἢ πέντε πίνειν ἢ τρί' ἢ μὴ τέτταρα*, quod afferunt Plutarch. Qu. conv. III, 9, 1. Athen. X p. 426 d. Eust. in Od. p. 1624 extr., contorte admodum ad temperaturæ rationem referentes, quum simpliciter numerum cyathorum indicet sive meri sive mixti vini. Græca Plauti, quæ A omisit, ceteri Latinis litteris reddere conati sunt; hæc fuisse apparet: *ἢ πέντε πῖν' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα.* Sic vero versus pede longior fit, quare R. prius *πῖνε* omisit veri similius quam quod in notis significat fieri posse, ut scribatur: „Cantiost: ἢ cett.“ — 707. Sangarius quantum vini in propinando hausit, tantum aquæ Stichum sibi ipsum *indere* iubet, cf. 759. Epid. 630. Cas. 227. Merc. 202. „decumum“ ex A Ritschelius, quasi cyathum, ut Sangarius non quinque sed decem cyathos sibi infudisse statuatur, eorum autem unum ebibere, novem relinquere, quod neque usquam significatur neque omnino credi potest. Itaque *decumam* retinui, ut se decumam præsumpsisse dicat non accuratam mensuram indicans sed solito *ἀπαρχῆς* nomine utens. *Fons* autem non naturalis est, sed vas maius aquæ receptaculum, v. Casin. 122. Eodem modo apud Græcos *κρήνη* et *κρουνὸς* dicitur, cf. Strab. IX, 1, 19. — Ab hoc versu A deficit. — 708. *Bene nos* cett., cf. Pers. 772: „Bene mihi cett.“. Hic accusativus ponitur ut Tibul. II, 1, 31. Ovid. Fast. II, 637; fortasse Græce fuit *Σὺ ἡμᾶς* sc. *πράττειν.* — 709 sq. R. post 733 posuit, nimis audacter. *Bibe, si bibis*, solita hortandi formula, cf. 716: „Age, si quid agis“, v. ad Epid. 197. — 710. *Id abest* cett., cf. Ter. Andr. 848: „id enim uero hinc nunc abest“. — 711. Stichus postquam cantharum ebibit, eum Sangario tradit, qui vinum habet. Hæc verba: *Uinum tu habes* R. mire Sangario tribuit. — 712. *pulpamenti*, v. ad Curc. 90. Respondet Stichus, si iis quæ adsint parum contentus sit — sunt autem quæ supra 689 sq. enumeravit —, nihil se habere. Ac Sangarius quidem se contentum esse respondet v. 713: *Melius dice*, nam aut sic scribendum est aut „dixis“, ut voluit Pius. Iam addit, se ne cuppedias quidem curare; *cuppedia*, neutri generis forma, exstat etiam Epit. Fest. p. 48, alibi semper

cuppediæ, v. Neue Formenl. I p. 463. *Tene aquam*; nam vinum habes, v. 711. — 714. Ad tibicinem se convertit. „Age si quid agis“ metrum turbant; R. ex v. 716 irrepsisse statuens „bibe si bibis“ reposuit, ego: *tibi dico*. — 716. Extrema corrupta sunt, nam quis feret Lambini explicationem: Hoc poculum nullum vectigal pensitabit? Acidalius coni.: „non impedit hoc publicum“, ut videtur, reipublicæ ius intelligens. R.: „nam hoc impendit publicum“, quæ interpretatus non est; suspicor eum voluisse: nam ex ærario huius rei impensa fit. Mihi olim in mentem venit: „non offendet publicum“, sc. servum, τὸν δημόσιον, qui ædilis mandatu parum obedientes coercet, cf. ad Truc. 552. Omnia nimis incerta. — 717. *Haud* Saracenus. — *uereri te*, v. ad Poen. 963. — 718. *uel ego dabo* R. Sangarius modum v. 705 præscriptum non servavit, sed plures cyathos infudit. — 719. *prosum hoc ebibere* Mueller. duce Ritschelio. De forma *prosum* pro prorsum v. Neue, Formenl. II p. 638. — *nulli rei*, ad nullam rem utiles, nihili — 720. *quamuis desubito* edd. — *uorti*, cf. Mil. 848 sqq. Hor. Od. III, 29, 2: „non ante verso lene merum cado“. — Ad hæc Sangarius v. 724 respondet. Quæ intercedunt, tibicini dicuntur, qui quum ex tibicine conviva factus canendi ferias agat, Stichus eum denuo incipere iubet. *Quid agitur?* i. e. quid agis? quid fit, cf. ad Pers. 17. R. cum Saraceno: „Quid igitur?“ ut in repetitione huius versus post 764; sed nullo nexu hæc cum antecedentibus iunguntur, et, quod Sangario hunc sermonem tribuunt, *grauatus* Stichus quidem nusquam est; tibicen gravatur, v. 714 sqq. — 722 affert Nonius p. 210. — 723. *proserpens bestia* edd., v. ad Asin. 688. — 724. *uter demutassit*, i. e. legem migraverit, cf. Mil. 1124. — *poculo multabitur* Pius. — 725. *ius dicis*, cf. ad Epid. 26. — 726. *multam retinebo*, nam cadum habet. — 727. *oras*, cf. ad Capt. 332. — *Em*, v. ad Asin. 333. Primum hoc ait memorabile esse, rivales, qui alias se odisse solent, hic amicissimos esse et convivium summa concordia instituere. R. male versui 728 Stichi nomen præfixit. — *facetia* singulari numero etiam Gellius III, 3, 3. — 729. Post *potare* hiatur in diæresi. — 730. *uni* i. e. unius, cf. ad Curc. 387. — 732. *mecum ibi autem est*, i. e. ibi etiam mecum

est, consulto eodem repetito vocabulo; R.: „mecum ea itidemst“; sed cf. de *autem* ad Mil. 1143. — „utri“ pro „alteri“ dici non potest. Guietus em. *neutri*, ut duplex negatio sit pro simplici, v. ad Mil. 1403. Luc. Mueller. ad Lucil. XVII, 5. Quod hiatus causa transponunt: „neutri neuter“, v. Proleg. p. 183 et 220. — 733. *satis* codd.; R.: „satist“. — *optaedescat; alium* R. — 734. *Censeo*, v. ad Amph. 959. — 736. *mihi* Acid. add. — 739. *si . . . si*, anaphoræ figura Plauto non nimis usitata, cf. tamen Pers. 836. Rud. 1167 sq. Trin. 229 sq. Trucul. 924.

740. Exit Stephanium compta et ornata. „uobis“ delevi versus causa; R. „Morigerabor“. — 741. *huc* Scaliger. — 743. *lauta*, ex *muliebre* auditur mulier, v. ad Mil. 187. — *infecta est*, infecta sibi videtur. — 744. *repperit*; „reperiet“ Goetz. cum Fuhrmanno. — 747. *Totus* etiam altero loco Saracenus. — *tanto miserior*, v. ad Bacch. 208. — 748. *Utrubi* Cam., cf. 695. — 749. *uapulat*, plectitur, perit. Stichus amore correptus intelligit se ægre quidquam Stephanio negare posse; periturum esse videt peculium suum, quo, ubi satis crevisset, ad libertatem emendam usurus erat. — 750. *Tun mihi?* Stichi verba sunt. Tune, inquit, quæris, num mihi placeas? nam condicio dubitationem continet. Superiores edd. hæc Stephanio continuarunt cum C „tum“ scribentes; R. „nam“. — 751. *esse* pro „ei“ Pius. — *Dispereo*; affligitur quod Stephanium se alterum alteri præferre negat. Itaque ad saltandum eam provocat. *Quid ais?* cf. 617. — *Quid est?* Weisius. Stephanio hæc dedi, quæ editores superiores Sticho, R. Sangario dederunt, credo propter *haec* proximi versus. Sed v. 752 Stichus sibi dicit, 753 demum Stephanium alloquitur. *fiet* ed. pr. *quin* Cam. — 753. *mulsa*, cf. Cas. 351: „mea mulsa“. ad Poen. 322. — 754. Post *me* hiatus; R. cum Guieto „med“. — 755. *tum*, v. ad Most. 658. — *date bibat*, cf. Cat. R. R. 73 et 157, 9. — 756 totum Sangario dedi; cett. edd. inter utrumque servum distribuunt. Omnino personarum distributio in hac scena satis incerta est. *postidea loci*, cf. Cist. 618. — 757. *si*, v. ad Aul. 348. add. Capt. 250. Ter. Phorm. 248. *eduxeris* Cam., i. e. ebiberis, cf. ad Amph. 426. — 758. *cinaedicam*, libidinoso

saltationis generi convenientem, v. ad Aul. 414. — 759. Cf. Apul. Met. X, 22: „ex unguiculis perpruriscens mulier".

760—66 senarii. *haud* add. Pistoris. Ad 714 sq. hæc referuntur; *dudum . . . accipit* sibi dicit, *tene* iterum tibicini, *Tu interim* vero Stephanio. Edd. male „tene tu" iunxerunt. — 762. *Meus oculus*, nominativus pro vocativo, v. ad Asin. 648. — 763 corruptus et incertæ emendationis. Ritschelii quidem scriptura: „STE. Prostibulist autem stantem stanti sauium Dare amicam amico" nec facilitate emendationis nec sententia commendatur. *stantem stanti* Saracenus em., sed cur ordo invertatur, nulla causa est. *tandem* retineri debet, v. ad Asin. 175. Men. 683. Merc. 171. Pseud. 920. „Prostibile" nihil est, v. ad Pers. 833. Turnebus „Prostibuli", quod a sensu alienum est. Immo Sangarius savio, quod rogavit, modice contentus id cum *stipula* vel cum re arida et parvi pretii comparat. His verbus offensus Stephanium alapam ei infligit, quo vehementer gavisus Stichus eum hoc meruisse dicit; *sic datur*, v. ad Men. 591. *fur* autem appellatur solito convicio, non quod nunc ipsum furtum commiserit, cf. Aulul. 317. — Post hæc librarius male v. 721 adscripsit. — 766. *Redde* priorem corripit, v. Proleg. p. 199. R.: „Cedo". — *pro uino* Saracenus.

767. Cantio cinædica (v. 758) iambicis septenariis composita est. Servi inter se certant, uter protervius et lascivius saltare possit, saltatores imitantes *Ionicos*, v. ad Pseud. 1275. — *Qui*, i. e. quis, cf. ad Amph. 127 et Curc. 274. add. Merc. 691. 855. Poen. 850. Pers. 312. Rud. 98. — „cinaedicust" R. — *possit* Guietus. — 768. *uorsu*, motu in saltando. — 769. *Pax*, cf. ad Mil. 808. — 770. *cinaedos* Angelius. *contra*, i. e. ad certamen, cf. ad Curc. 201. Septenario exitus deest. R. „ut saltent" supplevit cum antecedentibus iunctum, ego *Saltus* cum sequentibus, ubi R. „hoc" addebat ante „potis", quo facto etiam hiatus ante *imber* removetur. — 773. *ad uos* Palmerius em.

COMMENTARIUS

IN

TRINUMMUM.

Trinummi argumentum hoc est. Charmides senex quum mercaturæ causa peregre iret, res suas Callicli amico commendaverat; sed Lesbonicus filius amori et luxuriæ cedens rem profuderat, ceterisque absumptis etiam ædes suas vendere coactus est. Ubi quum Callicles thesaurum filio inscio defossum esse novisset, ne is quoque amitteretur, ædes emit. Qua de causa quum vulgo male audiat, quasi difficultate amici ad suum lucrum abusus esset, a Megaronide altero amico castigatur, sed re explicata facile se defendit. Iam Lysiteles, adolescens dives et modestus, filiam absentis senis in matrimonium petit. Indotatam ille quidem vult, sed frater sine dote se daturum negat et prædium rusticum, quod sibi unum relictum erat, pro dote promittit Lysitele non accipiente. Ne Callicles quidem senex indotatam nubere patitur, præsertim quum domi conditum habeat, unde dos numerari possit; sed de thesauro nihil aperire audet, ne eum sibi Lesbonicus repetat; tandem suadente Megaronide hominem aliquem comparare statuit, qui cum pecunia se a patre virginis missum esse simulet. Qui quum tribus nummis conductus — unde fabulæ nomen — et ad eam fallaciam instructus ad ædes accedit, obviam fit ei ipse Charmides in patriam redux. Itaque ridicule ludibrio habitus abigitur. Senex autem ædes suas ab amico, cui omnia crediderat, emptas esse vehementer dolet, donec tota re explorata eundem sibi fidelissimum fuisse invenit. Iam nihil obstat quo minus filia Lysiteli detur; ac Lesbonicus quoque, ut meliorem dehinc vitam incipiat, uxorem ducit Calliclis filiam.

Ex Philemonis comoedia, cui nomen fuit *Θησαυρός*, hanc fabulam ductam esse, prologus docet v. 18 sq. Sed verbum

ex verbo exprimere Plautus non solebat, et quod unum ex illa fabula laudatur fragmentum, Athen. IX p. 385 e: *Οὐκ ἔστ' ἀληθὲς παραλογίζεσθ' οὐδ' ἔχειν ὀψάρια χρηστά*, in Trinummo non invenitur, nam v. 472, quem Hermannus in comparationem allegavit, nimis longe abest.

Quo tempore hanc fabulam docuerit Plautus, Ritschelius Parerg. p. 339 sqq. indagare conatus est. *Novi* enim *aediles*, qui v. 990 commemorantur, significari videntur nuper magistratum ingressi. Qui quum usque ad annum 153 Idibus Martiis magistratum inirent, ludi, quibus fabula acta est, necesse est hunc diem proxime exceperint. Itaque Megalesia fuerunt, non Romani aut plebeii, qui longo intervallo ab Idibus Martiis distabant. Megalesia autem a. 194 demum scenici facti sunt, unde sequitur Trinummum post eum annum actum esse. Quæ quum admodum sagaciter disputata sint, tamen non omni scrupulo carent; nam in legitimo et ordinario rerum cursu nimis otiose novi dicuntur ædiles Aprili mense, quum antiqui Idibus Martiis esse desierunt. Quare nescio an res aliqua nobis ignota in re publica Romana acciderit eo anno, quo hæc fabula acta sit.

Fabulam non exigua laude dignam recentiores poetæ sæpius imitati sunt. Hinc enim primum Italus Ioannes Maria Cecchi fabulam expressit, quæ inscribitur „La dote", tum Gallus Destouches „Le trésor caché"; denique Lessingii „der Schatz" inde pendet, ne eos commemorem, qui minores eius partes in suum usum converterunt.

Ambrosiani palimpsesti ad Trinummum emendandum non exiguus usus fuit. Exstant enim schedulæ, quæ versus continuerunt 1—96, 173—569, 639—73, 738—74, 836—63, 1045—78, quarum maior pars satis bene habita est, vid. Ritsch.[2] præf. p. XV. Itaque nulla integrior ad nos pervenit Plautina fabula. Nam ut concedamus hic quoque aliquos versus aliena manu additos esse ut 65, 73—75, 94, 709 sq., 764, 768, 771, 793, 817, 832, 857—60, et intercidisse aliquid ante v. 736, quod Ritschelius in extrema parte fabulæ magnas sibi lacunas indagare visus est, in eo non minus eum falli putamus quam in plerisque, quas commendavit, versuum transpositionibus.

Personarum tamen colloquentium indicia per hanc fabulam sæpe coniectura, sed plerumque minime difficili, suppleta sunt, nam quum in A et C tantum spatia relicta inveniantur, B a v. 278 ad 333 et a 402 ad finem fabulæ notas personarum habet. Eæ Græcæ litteræ fuerunt ad eum fere ordinem accommodatæ, quo personæ in scenam exeunt, ut vidimus Proleg. p. 158 et ad Poenul. p. 294. Sed eas librarius non semper satis accurate reddidit; maxime in extrema fabulæ scena interdum notas confudit, maxime quæ simillimæ sunt, *A* et *Δ*, cuius rei rationem parum probabilem quæsivit R.[2] præf. p. LV. Igitur *A* Megaronidis nota est v. 730 sqq., *B* Calliclis v. 630 sqq. Lysitelis nota *Γ* esse debebat, sed eam librarius corrupit; plerumque *Z* scripsit, tantum 331 et 1114 C. *Δ* Philtonis, Є Lesbonici nota est v. 402 sqq. Stasimi nota *K* est, i. e. *H*, Charmidæ *Θ* v. 851 sqq., Sycophantæ *X* v. 842 sqq. Supra scenas uncialibus litteris miniatis scribebantur personarum nomina. Quæ quoniam post ipsum contextum perscriptum addenda erant, librarius codicis B, ne dubitaret rubricator quibus nominibus relicta spatia expleret, extremo antecedentis scenæ versui personarum nomina addere solebat vulgaribus litteris scripta. Quæ quum plerumque unciali scriptura repetantur, interdum tamen his omissis miniatæ littera tantum generalem indicationem habent, ADULESCENS, SENES, al., v. 1114. 1124.

Separatim hanc fabulam multi ediderunt, velut G. Hermannus (1800), Göllerus (1824), Lindemannus (1830), Geppertus (ed. alt. 1854), Wagnerus (Cambridge 1872), Spengelius (1875), Brixius (ed. tert. 1878) cum commentario optimo.

Argumentum

acrostichum. 1. *Thensaurum*, v. 18. — Hiatus in cæsura. Loew. Anal. Plaut. p. 195 „abetens" coni. R. „clam apstrusum" scripserat. — 4. *et*, i. e. etiam. — 5. *poscitur*, in matrimonium. — 7. *se* Cam. — 9. *nubunt liberi* Valla. Non. p. 143: „Nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ut nunc Itali dicunt. Pomponius: Nupsit posterius dotatae, uetulae, uaricosae, uafrae".

Prologum

hunc ab ipso Plauto profectum esse non ausim negare, v. Proleg. p. 162; nam Plauti nomen, quod in aliis prologis recentioris auctoris indicium est, hunc v. 8 non minus clare ad ipsum refert. — Luxuria Inopiam filiam suam in Lesbonici prodigi ædes introducit. 1 affert Nonius p. 497: „sequere ac me gnata, ut munus fungas tuum". Etiam ab A „mea" abest. — 3. *Adest*, sc. finis. — *Em*, v. ad Amph. 771. — *i intro* A, v. ad Most. 792. — 5. *operam dare*, audire, cf. ad Capt. 6. — 6. Hiatur aut ante *ego* aut post *sim*. — *siet* A. Hunc et proximum v. spurios habent Diatzko, R. — 9. Post *Tum* hiatus; R. „illanc", quod eo commendatur, quod Inopia cum v. 3 abiit, cf. 7. — 10. Hiatur in cæsura ut in antecedenti versu. — 11. *uaciuas*, vacuas, v. ad Bacch. 152. — 12. Post *qui* hiatus. — 14. *Quoniam*, i. e. postquam, v. ad Asin. 347. — *qui*, i. e. quo. — *aleret* C; de A v. Loew. Anal. p. 140. Quod imperfectum coniunctivi præsens historicum sequitur, Brix. confert Bacch. 288: „Quoniam sentio, quae res gereretur, nauem extemplo statuimus". Ter. Ad. 365: „Omnem rem modo seni quo pacto haberet enarramus ordine". Eodem iam retulerim Men. 750. — 15. *ei* A. — Hiatur ante extremum creticum, v. Proleg. p. 183. — *exigat* post *dedi*, v. ad Rud. 130. — 16. *de argumento*, quod in prologis narrari solet. — 17. *i* A, v. ad Most. 843. — 18—21. Plauti non esse censuerunt R. Dziatzko, alii. *Thensauro*, Θησαυρός, cf. supra p. 561. — 19. *barbare*, Latine, v. ad Asin. 11. Affert Donatus ad Ter. Eun. prol. 7. — 20. *Trinummo*; de significatione nominis v. ad 843. Plautus quod nomen mutavit et Latinum fecit ex Græco, more suo fecit; quod hoc quodam modo excusat et ornt ut fabulæ hoc nomen habere liceat, ei simile est Asinariæ prol. 11: „Asinarium uolt esse, si per uos licet". *hoc* ad *nomen* pertinet ut v. 88 „id" ad „suspicer". — 22. *Tantum est*, nihil amplius, v. ad Merc. 280.

---

23. Megaronides consilium suum expromit castigandi amici. „Me" a quo incipiunt Palatini codd., non A, ex personæ nota

ortum est. — *Meritam noxiam* A et Cicero, v. infra ad 25, cf. 26. Aul. 731: „me culpam conmeritum scio". Ter. Phorm. 1014: „esse in hac re culpam meritum non nego". — 24. *Inmoene* Placidus p. 59 Deuerl., qui explicat: „improbum, culpandum, vel interdum munere liberatum". Festi autem Epit. p. 109: „immunis, vacans munere; aliquotiens pro improbo ponitur ut apud Plautum: immune est facinus". Immo „ingratum", cf. Merc. 104: „Dico eius pro meritis gratum me et munem fore". infra 351 et 355. — *in aetate*, in vitā, cf. 464. Brix. confert „in aetate hominum" Rud. 1222. Amph. 628. 931. cf. ad Amph. 1016. — 25. *Nam* non causam affert, cur ingratum sit amicum castigare, sed cur hæc omnino dicat, v. ad Mil. 1289. Trucul. 79. Mire errarunt rhetores, qui hoc Trinummi initium pro exemplo infirmæ rationis attulerunt, Rhet. ad Herenn. II, 23, 35. Cic. Invent. I, 50, 95. — 27. *inuitus, ni inuitet*, allitteratio quæsita. Nec facerem, inquit, nisi invitaret; cf. Sall. Iug. 31, 1: „Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium rei publicae omnia superet". — *id me* A. — 28. *hic*, hoc loco, ut 32 et 34. — 29. *plerique* Lamb. — 31. *succreuere* A. — 32 suspectus Loewio Anal. p. 196. — 34. *pauciorum*, potentium, τῶν ὀλίγων, ut ait Br.; „paucos" Sall. Iug. 31, 20. — 35. *prosit* ed. pr. Hoc sensus postulat, non „quo prosint", quod commendat R. Parerg. p. 350, aut „quod prosint" (ut A ceterique codd.), quod eadem fere vi dici posse putarunt R. Neue Exc. p. 58, Bergk. Beitr. p. 56, Müller. Nachtr. p. 31. — 36. *conducibile* A, cf. Epid. 257. 261. — *gratiae*, cf. ad Most. 340. — 37. „odiossaeque" A, quam scripturam commendant R. Opusc. II p. 715 et Brix h. l. — 38. *Remoram*, cf. Poen. 927. Locum attulerat Fest. p. 277.

39. Callicles ex ædibus nuper emptis exit. In exeundo uxorem iubet Larem coronare et precari ut bona omnia et felicia sibi ex hac nova habitatione oriantur. — 40. *uenerare*, cf. Aul. 8. — 41. *euenat* in exitu versuum vel contra codices scribendum videtur, v. Proleg. p. 215. Curc. 39. Epid. 291. 323. Mil. 1005. Rud. 615. Pseud. 1032, ubi B: „aduenat". — 42. Hæc Callicles solito maritorum more, vid. Stob. Florileg. LXVIII, nec pro certo affirmaverim, eum secum hæc dicere

non audiente uxore; nam quæ paulo post, 51—65, in eandem sententiam leguntur, ioci causa dicuntur et ab ipsis senibus ridicularia appellantur, v. 66. — *possim* et A et cett. codd.; R. cum Lambino „possit", sc. fieri. — 43. *senecta aetate*, v. ad Amph. 1025. — *puer*, ut castigandus sit. — 46. *tui beneuolentis*, cf. 1147 sq. Cist. 415: „suam benevolentem". Capt. 930: „benemerenti nostro". — *ita es*, v. ad Amph. 571. Pseud. 802. — *te* A. — 48 sq. Ante *atque* hiatus in cæsura. Verba *atque . . . Megaronides* Lomanus, Specim. crit. p. 70 sq., R. aliique pro spuriis habuerunt. — 50. *Ualen et ualuistin?* scripsi; vulgo: „Ualen? ualuistin?" Loew. Anal. p. 141: „Ualen tu? ualuistin?" — *rectius*, i. e. melius, v. ad Pers. 501. Brix. explicat: „satis bene" coll. 723. — 51. *Plus*. Brixius confert Cic. Att. IV, 14, 1: „quod minus valuisses". — 53. „me" pro „mi" A errore, v. Loew. Anal. p. 141. — 54. *idem*. R. cum Bothio „item", non opus, cf. Most. 289: „quod tibi lubet, idem mihi lubet". Pseud. 161 cum ann. — 57. *suppetat*, cf. ad Pseud. 335. — 58. *hercle* prima correpta, v. Proleg. p. 204. — 60. Persuasum sibi habet se non deceptum iri. — 61. Megaronides recusat, quia imprudenti hæc condicio feratur. *Namque*, cf. ad Capt. 599. *enim* additur ut post „quia", v. ad Amph. 659. R. parum recte „Nempe enim". — *me inprudentem* A, cf. Poen. 14. — 62. Callicles affirmat brevi eum pœniturum esse, si permutatio facta sit; *nescias* (A) hypothetice dicitur. Versum non intellexit Lomanus (Miscellan. philolog. II p. 199), qui huic versui putavit necessario locum dandum esse post v. 64, ad quem mihi quidem non nimis apte respondere videtur, quamquam etiam Brixius in eadem sententia perstat, v. 64 huic anteponens, cf. p. 133. Ritschelius in ed. II longius etiam progressus hunc excogitavit versuum ordinem, 61, 63, 64, 62, 60. Teuffel. Mus. Rhen. XXX p. 472 vv. 60 et 64 pro spuriis eiicit. — 63. *nota mala res optuma est*. cf. Liv. XXIII, 3, 14: „notissimum quodque malum maxime tolerabile esse". — 65. Callicli dederunt Gruterus cett. Potius Megaronidis est. Is ab ista uxorum commutatione abhorrens honestam vitam commendat, solum bene viventem diu vivere dicens, quicum comparari potest, quod melius Varro ap. Nonium

p. 55: „non eos optume vixisse, qui diutissime vixissent, sed qui modestissime". Acidalius, quem R. cett. sequuntur, transposuit: „ut diu uiuitur, bene uiuitur", quasi sententia esset „optimam vitam esse eam, cui assueveris; optime vivi quo modo diu vixeris"; sed tum in sententia relativa non præsens tempus sed perfectum ponendum erat. Bergkius, progr. Hal. 1862, versum spurium censet, et mihi quoque eundem auctorem sapere videtur atque 73—75 et 94. — 66. *aufer ridicularia*, cf. Pers. 794. Asin. 328. — 67. *uenio* A.

68. *obiurigem*, ut A v. 70, Ritsch. Opusc. II p. 428. — 70. *Quid tu* A. — 71. *tu me mihimet* A. — 72. *antiquae* A. — *artes*, ἐπιτηδεύματα, cf. Ter. Andr. 32 sqq.: „Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro, Sed eis quas semper in te intellexi sitas, Fide et taciturnitate." infra 229. — 73—75 cum Ritschelio spurios censeo. Acidalius v. 73 proximo postponebat pro „Sin" scribens „Siue". — 75. *ast*, v. ad Capt. 677. — 77. *te uidere audireque aegroti*, i. e. te videndo et audiendo; visus et auditus tuus iis morbus est, v. ad Aul. 333. — 80. cf. Asin. 767: „Suspiciones omnis ab se segreget". — 82. *promus*. cf. Mil. 836. „Innocentiam præstare possum; quid homines de me loquantur, non possum" Erasmus. cf. infra 104 sq. — 86. *Qui* Scaliger em. — *in columine* A, in culmine, cf. Amph. 363. Epid. 190. Iuppiter quadrigis insistens in fastigio templi fictilis erat, v. Plin. H. N. XXXV, 157. Plut. Poblic. 13. cf. anaglyphum Romanum Mon. dell' Inst. V, 36. Denkm. a. K. II n. 13. Archäol. Zeit. n. F. V pl. 57. — De repetito *si* v. ad Merc. 796. infra 96 sq. — 89 ex A. — 91. *Quoi pectus sapiat*, cf. ad Mil. 786. — *haud dicam dolo*, cf. ad Men. 226. — 93. *Sunt quorum*. Rectissime sic tertium infertur: alios sibi amicos esse scit, alios suspicatur, de aliis quid dicat prorsus non liquet. *nequeo* Acidalius, idque confirmat A, ubi „queo" sine dubio fuit; nec probari potest quod R. ed. II hunc versum eiecit una cum proximo, quem Parerg. p. 517 iure impugnavit, nam ad amici partem pervenire pro eo quod est amicis adnumerandum esse Latine dici non potest. — 95. *mihi es* pro una syllaba legendum. — 97. *id non me accusas* Reizius, cf. Ter. Phorm. 914: „Quae tute dudum coram

me incusaueras". Verg. Æn. XI, 471: „Multaque se incusat". Sæpius duplex accusativus invenitur apud „arguo", apud „iubeo" v. ad Bacch. 989, „prohibeo" v. ad Pseud. 13. — 98. *alia huc* Camer. Si non ea ipsa de causa venisset, iure se obiurgari dicit.

99. *Primum dum*, v. ad Bacch. 256. — 101. *Turpilucricupidum*, αἰσχροκερδῆ. — 102. *Tum* ed. pr. — *uolturium*, cf. cf. ad Most. 5 et 817. — 103. *Hostis* et *ciuis* recte inter se opponit, v. Cic. Off. I, 12, 37. *comedis* coniunctivus est, v. ad Stich. 556. — 104. *is* (i. e. iis, cf. v. 17) *excrucior* Vahlen. Herm. XII p. 195; R. „discrucior". — 105. *in manu*, in potestate mea, cf. ad Merc. 620. — 106 affert Donatus ad Ter. Hec. 580 (4, 2, 4). *ut ne*, cf. ad Epid. 66. — 108. *rem* ipsam, quam iam narraturus est. Quia *auctorem* additur, Spengelius ex Kiesslingii coni. „em" scripsit; sed Brix. recte contulit Aul. 413: „res ipsa testist". Epid. 711: „iam ipsa res dicet tibi". Schoell. add. Bacch. 779. Ter. Eun. 469. — 110. *Uidetque* altera correpta tuetur Mueller. Prosod. p. 151, ne cum R. „pauperiem" scribamus. — *prostratum* Bergk., cf. Sall. Iug. 14, 21: „cuius impio facinore in has miserias proiectus sum". Cic. Cluent. 6, 15: „perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore". — 112. *suamque*. R. „suampte"; illud iure defenderunt Vahlen. Herm. XII p. 195 et Brix. — 113. *Quoniam*, cf. 14. *iturust ipsus* Herm. — *in Seleuciam*, Cam., cf. ad Bacch. 169. infra 772. 901. — 115. *corrumptum* R. cf. 242. — 117. *Quid tu adulescentem*, accuratius exciperet „non restituis?", sed pluribus interpositis legitur v. 118 *Quin cum restituis?* non insolita abundantia vel anacoluthia, cf. ad Asin. 779 et ad Bacch. 211. Fl. Br. „Quid tu?" interpunxerunt. — 118. *fide*, v. Neue Formenl. I p. 379. ann. ad Aul. 607. C. I. L. I, 170. — 119. Wagn. confert Cic. Divin. II, 46, 96: „illudne dubium est, quin multi, quum ita nati essent ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur aut natura, quum se ipsa revocasset, aut arte atque medicina?". *ad frugem*, cf. ad Bacch. 1082. — 120. *Ei rei*, quæ sequitur: „si qui". — 121. *posses* Reiz. — *non* ἀνακολούθως pro „quam", cf. Pers. 256. — 124. *Non meum est*, cf. ad Rud. 339. — 125. *hasce* ante vocales Plautus posuisse videtur, v. Schmidt. de pronominum

demonstr. formis Plautinis et Studemund. Jahrb. f. Phil. CXIII p. 66 sq. — Quæstionem in voc. *aedis* absoluturus erat, sed tacente altero addit: *ubi nunc tute habitas*, cf. 151 sqq.: „Thensaurum .... nummorum“. anu. ad Asin. 781. Pers. 491. Stich. 368.

127. R. seclusit quasi cum 404 pugnantem, iniuria; nam ipsi datur argentum, etiam si heri levitas totum servo tradat. — 128. *Dedistin* codd. ut 130; edd. inde a Cam. „Dedisti“, quod Br. subtilius quam verius defendere conatur. De correpta pænultima v. Prol. p. 201. — *Factum*, v. ad Amph. 590 p. 291. — 131. *secus* ed. pr. Ritschelii errores satis refutarunt Br. et Wagner. — 132. *inpoti* ed. pr. — 133. *Qui exaedificaret*, quo absolveret, cf. Cic. Orat. I, 35, 164: „ne graveris exædificare id opus quod instituisti“. — 134. *redderes*, coniunctivus iussivus, v. ad Men. 598. Br. addit Pseud. 287 sqq. 437. Rud. 832. *non* (pro „ne“) ad antecedentia accommodatum, cf. Madv. Cic. Fin. II, 12, 35. — 137. *Inconciliastin*, in angustias compulisti, v. ad Bacch. 549. — 138. *Ille qui*, attractio, v. ad Amph. 1002, add. Aul. 591. Capt. 807. Most. 244. Rud. 1278. — *eum* cum proximo coalescit, cf. 852: „eo ornatu“. ad Poen. 859. R. pronomen delevit. — 140. *tutelam* Scaliger. Tum „rem melius“ Herm. R. cett. Ad sententiam conf. Ter. Ad. 372: „Huic mandes, si quid recte curatum velis“. *suam rem*, quum pupillo, non sibi, consulere deberet. — 142. *adeo*, quidem, cf. ad Amph. 975. Cum proximo „ut“ parum recte iunxit Langen. Beitr. p. 147, nam Latine dicitur „subigo ut“, non „subigo adeo ut“. — 145. *Ut* repetitum, v. ad Aul. 786. — 146. Cf. Mil. 236: „Salua sumes indidem“. *posiueris* sola Plautina forma fuit, v. Neue Formenl. II p. 490 sq. — 147. Cf. Most. 462 sq. Mil. 951. *te* additur, ut 863. Rud. 1155. — 150. *est profecturus* Scaliger, cf. 113. — 153. *Nummorum*. R. „nummum“, ut solet Plautus et ut corrigendum videtur infra 848 et Most. 349 (in discrep. scr. incuria excidit „nummorum“). Sed quis negare audeat pleniorem quoque formam Plauto notam fuisse? Hoc quidem loco eam metrum tuetur; nam si „nummum“ scribitur, necesse est addatur „hic“ post „nemo“, quo carere possumus. — 154. *Id ... ne crederem* iungenda. —

solus solum; Brix. confert Capt. 597. Asin. 496. Mil. 1014. etiam ad Most. 1057. — 156. *Neu* Herm. — *id* iniuria suspectum Brixio. — *permanascere* ed. pr., cf. Capt. 221. Ter. Ad. 283. — 157. *reuenit*, v. ad Amph. 714 et Stich. 537. — *reddam suum sibi*, cf. Poen. 1080. ann. ad Mil. 634. — 158. *Si quid eo fuerit*, si quid ei acciderit. cf. Cic. Manil. 20, 59. — *certe* Bothius. — 159. *mandata est* Cam. Tum hiatur ante extremum creticum, v. Proleg. p. 183. R. primum „ei" addebat, deinde „cunde" scripsit (Op. III p. 136 sqq.), forma grammaticorum arti et rationi relinquenda, sed a Plauti editione removenda. Spengel. „ut inde". — 160. *in condicionem conlocem*, cf. ad Aul. 698. De ordine verborum *in se dignam* cf. Madv. Advers. crit. II p. 514. — 162. *ad te* ed. pr. — 164 sqq. *qui* (i. e. quomodo) *dedit*, i. e. dederit, v. ad Amph. 17. — 167—69 affert Nonius p. 525, *ruri* scribens et „inconsulto me", pro quo recte Plauti codd. *inconsultu meo*, quamvis ἅπ. λεγ. sit, et „inscribsit". — 170. „magis" sustulit R. — 171. *dormitarent* codd.; edd. post Lambinum „dormitaret" ut 173. Illud verum est; nam Callicles unus est, sed gregem plures canes custodiunt. — 173. *haec canes*, v. ad Most. 40. Se ipsum dicit, v. ad Capt. 334. Mil. 1065. — 174. Post *rogare* hiatur in cæsura; Herm. R. addunt „hoc". — 175. *fac* A. — 177. *Aduorsum quam* dicitur ut „contra quam". SC. de Bacch. 25: „aruorsum ead quam". — 182. *Neque adeo*, v. ad Amph. 671. — 183. *rursum* A; „russum" cett., antiqua, ut videtur, forma, v. R. Opusc. II p. 544 sq. 715. — 184. *Si . . . seu* BC, v. ad Curc. 4. — 185. *Ego me* A. — 186. *malefacta*. R. „malfacta" ausus est temere. quamvis sequantur recentiores, v. Proleg. p. 181. Post h. v. hiatur in cæsura. — 187. *Has mihi* scripsi. Fl.: „Hascin mi propter res malas famas ferunt". R.: „Hascine" omisso pronomine. — *maledicas* Both. Cf. Pers. 350: „Inimici famam non ita ut nata est ferunt". infra 216 et 220 „famigerator". 694 „famigeratio". 691 „differant". — 188. *Παῖσαι* A, v. Studem. Herm. I p. 305. Græca vocabula vulgo nota Plautus interdum intermiscet, cf. infra 420. 707. Mil. 440. ann. ad Bacch. 1161. — 189. *quod* A. — 193. *Num quid uis?* v. ad Amph. 538. — *cures* A. — *Fit sedulo*, cf. ad Capt. 880. —

194. *quid ais?*, v. ad Amph. 414. infra 643. 892. — 195. *Posticulum*, postica pars ædium, cf. 1085. Titin. 142: „duo postica, quae loco mercede". Gell. XVII, 6, 6 sq.: „nunc quoque in venditionibus *recipi* dicuntur, quæ excipiuntur neque veneunt. Quo verbo Plautus quoque in Trinummo usus est in hoc versu: „Posticulum hoc recepit, cum aedis uendidit", i. e. cum ædis vendidit, particulam quandam, quae post eas ædis erat, non vendidit sed retinuit". Nec aliter Nonius p. 384, nisi quod in hoc versu laudando „uenderet" scribit. — 196. *i sane*, v. ad Asin. 461. — 198. *iuxta cum*, non aliter quam, v. ad Aul. 674.

201. *mendaciloquius* etiam A, vitiosis numeris, nisi cum Lachmanno Lucr. p. 129 i vocalem delitescere putes. Bergkius „mendaciloquom" voluit, idemque probat R. Proleg. p. CCXXXI, sed versum spurium censet. — *neque adeo* A ut 182. — 203. *scurras*, cf. ad Curc. 296. — 204. *ibidem una traho*, iisdem adnumero, cf. 413. — 206. *neq. quicquam* A. — 208. *Sciunt quid* Reizius. — 209. cf. Theocrit. 15, 64: πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν. — 210. *fuerunt* Bergk. R. et hunc versum et tres antecedentes damnabat. — 211. *laudent culpent*, asyndeton, v. ad Amph. 13. — 214. *ac sese* Gulielmus. — 216. *de eorum uerbis*, cf. Men. 264. — *insciens* A. — 219. „quidquid" sermonis causa ferri potuit, v. ad Asin. 324; sed versus causa *quidque* cum Scaligero scribendum. — *nisi*, ἀσυνδέτως, „ac nisi" dicendum erat, cf. infra 349. 398. 472. — 220. *res* A, ut iam Gulielmus. *res sit* ei, i. e. reus fiat, cf. Cic. Orat. II, 43, 183: „reos appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur; sic enim olim loquebantur". 79, 321: „reos appello, quorum res est". — 221. *publico bono*, v. ad Amph. 317. — 223. *Occlusiorem*, cf. 189.

---

224. In hoc cantico constituendo magnam partem Spengelium secutus sum, ita tamen ut a codicibus, quantum fieri posse videbatur, non recederem. 224—32 tetrametri bacchiaci, quos claudit dimeter 233. 234—35 iambici septenarii. 236 anapæsticus dimeter. 237 iambicus septenarius. 238 anapæsticus

dimeter. 239 creticus trimeter. 240 iambicus octonarius. 241—43 tetrametri anapæstici. 244—45 plerisque tetrametri cretici catalectici videntur, Spengelio dimetri anapæstici. 246 iambicus dimeter cum trochæo. 247 constat ex dipodia iambica, cretico, duobus anapæstis. 248 similis. 249 dimet. anap. 250 similis 247. 251 dimet. anap. 252 tetram. anap. 253 trochaicus septenarius. 254 sq. iambicus octonarius cum clausula. 256—58 anapæstici dimetri. 259 sq. iambicus octonarius cum clausula. 261—68 anapæstici dimetri. 269—70 tetrameter creticus cum tribus anapæstis. 271—72 item. 273 dimeter creticus cum duobus anapæstis. 274 = 247. 275, si hiatur post *gratiam*, = 273. 276—77 dimetri anapæstici.

224. Lysiteles, bonæ frugi adolescens, ut nomen indicat a λυσιτελεῖν ductum, quasi deliberans, utrum amori et voluptati se dedat an frugaliter vivat, illius vitæ vitiis graviter reprehensis, hanc se rationem præferre pronuntiat. *simitu*, simul, v. ad Amph. 625. — 225. *indipiscor*, cf. Stich. 565. — 226. *coquo* A, i. e. vexo, cf. Enn. ap. Cic. Cat. mai. init., Verg. Æn. VII, 345. — *defetigo* A. — 227. *exercitor* ultima longa, v. Prol. p. 196 sq. — *nunc* A. — 228. *cogitatum est* A. — 231. *rei*, quæstui. — *sit* A. — 232 sq. spurios habent R. Fl. Wr. mira de causa, quia similia sint Amph. 627: „Satin parua res est uoluptatum in uita atque in aetate agunda“. Sed illud animadvertendum, hos versus cum sequenti iungendos esse nec post „agundam“ plene interpungendum. — 234. *satis haud*, v. ad Aul. 224. — *nisi*, ad Aul. 357. — *sic* A. — 235. *Ut* A. — *reus*, cf. ad 220. — 237. Post *quem* hiatur; Fl. „quemnam“. — *se expediant* A, i. e. se ostendant. — 239. *Postulat*, cf. ad Amph. 357. — *in plagas conicere*, ut compellere Poen. 647. — 240. *petit* A. — *blanditur* cum Ritschelio spurium habeo; plura enim in hoc cantico similia additamenta vel glossemata inveniuntur, v. 241, 242. — *ab re*, contra rem, v. ad Capt. 337. — 241. *harpago*, rapax. *cuppes*, cupediarum sectator. Loewius Ann. phil. CXI p. 533 ex Isidori gloss. affert: „cuppes, fastidiosus, superbus, cupidus“. — *auarus* del. Herm. R. — *elegans*, ultima syllaba pro brevi est. Gell. XI, 2: „Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id fere verbum ad ætatem

M. Catonis vitii, non laudis fuit .... [eius] hæc sunt: Auaritiam omnia uitia habere putabant; sumptuosus, cupidus, elegans, uitiosus, inritus qui habebatur, is laudabatur". cf. Non. p. 465. ann. ad Mil. 1228. — 242. *Latebricolarum*, qui latebras quærunt. — *corrumptor* A, cf. 115. — *blandus inops* R. delevit; nos cum Brixio posterius tantum; Spengel. Reformvorschl. p. 268 „inpos" scripsit. *celatum* (i. e. celatorum) *indagator*, ut nihil omnino relinquatur. — 243. *Nam qui amat quod amat* A. Brix. confert Curc. 170. Merc. 733. Sed desideratur ante „quod" genetivus demonstrativi pronominis, durius etiam omissus quam in iis, quæ ad Amph. 37 attulimus. Ritsch. „eius" addebat. — *quom extemplo* Both., v. ad Amph. 858. — „sauis" codd. Palatini, et sic pronuntiandum. Cum *sagittatis* cf. „Veneris sagittæ" apud Lucret. IV, 1278. De pænultima brevi v. Proleg. p. 199. — 245. *si audes*, cf. ad Poen. 756. — 246. *Ibi*. In A. Ritsch. „Abi" legebat; equidem „Ast". — *cuculus*, v. ad Asin. 914. Ut versus creticus fieret, primam syllabam produci contra posteriorum usum statuit Brix. Deinde idem cum Lindem.: „O ocelle". — *fiat*, v. ad Curc. 671. — 248. *pendentem ferit*, quod servis fieri solebat, v. ad Most. 1147. — 249 cum Buechelero Annal. phil. XCIX p. 488 spurium habeo. — 250. A: QUODEB . BIT. Ex codd. igitur scribendum erat „quod ebibit"; sed præferendum cum Buechelero *ecbibit* ex Nonio, qui hunc versum laudans p. 81 „quod et bibit" habet. Idem p. 484 „quod abibit", ubi exempla affert formæ *sumpti* pro „sumptus", cf. Neue, Formenl. I p. 352 sq. — 251. *familia*. Etiam in Terentii Heautontimorumeno amica venit cum magna familia, v. 751, 739, 744. — 252. *Uestispica* A, cf. Nonius p. 12: „Vestispici appellabantur vestium custodes servi quod frequenti diligentia vestis inspiciant. Plautus Trinummo (v. 251 sq., in quo „vestispici" legit), Afranius Vopisco: Noui non inscitulam ancillulam, uostrae hic erae uestispicam. Varro Pappo: .... uestispicam, quod uestem spiciat". cf. Reines. Inscr. XI, 95: „Philodamus C. Sulpici vestisp." C. I. L. 9912: „vestispica fratri". R. „Vestiplicam" ed., quæ invenitur in glossariis, v. Loew. Ann. phil. CXI p. 534. Quint. Decl. 363. C. I. L. VI, 7301. 9901. 9981. IX, 3318. cf. Mil. 696: „plicatricem". —

unctor, aliptes, cf. Plin. H. N. XXIX, 4. inscr. Orell. 2791. 6369. 6528. — *flabellifera*, quæ fabellum fert, cf. Marquardt. Röm. Privatalt. I p. 155, *sandaligerula*, quæ sandalia, hæc enim in discumbendo ponebant, cf. Marq. Röm. Privatalt. II p. 196. Stephani Compte rendu de St. Petersb. 1878—79 pl. VI, p. 142 sq. — 253. *cistellatrices*; in vasibus pictis nihil frequentius est quam ancillæ cum cistellis. — 254. *comis*, cf. Rud. 38. — 256 ex A editus. *cum animo meo*, cf. ad Aul. 707. — 257. *Ubi qui*, quum quis; Br. confert Stich. 182. Pseud. 684. — 259. *amari* R. *tamen* A. — 260. *aegrest* Bergk. — 261. *fugitat* Spengel. Reformv. p. 238. *suos* A. Ab amore, qui superioris sententiæ subiectum erat, ad amantem transitur; constructio κατὰ σύνεσιν, cf. ad Mil. 187. — 262. *Fugant ipsi istum ab* Spengel. — 265. *abhibendust* Acidalius, quod cum Brixio aliisque recepi, quamquam vox alibi non exstat; R. „abdendus". *abstandus* A, cf. Glossar. Loew. Annal. phil. CXI p. 534. Epid. 77: „pereunda est", ubi vid. — 266. *in amorem* A. — 267. *quam si* A et cett. codd., sed „quasi" pronuntiandum, v. ad Amph. 1094, cf. Trucul. 338. — *saxo*, i. e. de saxo, cf. ad Stich. 360. Amph. 213. — 268. *Apage te* A litteris partim Græcis; „Apage sis" ceterorum archetypus, idque Donatus legisse videtur ad Ter. Eun. 756 (4, 6, 18): „Apage sis", quamvis in afferendo Plauti loco „sis" omittat. — *tuas res tibi habeto*, solemnis in divortio formula, cf. Amph. 921. — 269. *tamen*. vel si a me temperas. — *miseros maleque*; quod copulativa coniunctio adiectivum et adverbium coniungit, Brix. affert Bacch. 471. Men. 1053. Mil. 717. Pseud. 111. 596. 690. Sall. Iug. 5, 4: „magnum ac late imperium valuit". Cic. Tusc. V, 2, 5: „tibi nos penitus totosque tradimus". — 276. *magis . . . potius*, cf. ad Asin. 682. — 277. Quod in B huic versui addi videtur LX, Ritschelius præf. p. LXV ad stichometriam quandam refert, ut superioris scenæ versus LX fuisse significetur, quamvis codex tantum LVIII perscriptos habeat; Spengelius contra præf. p. V sq. affirmat alteram litteram non x sed y esse, ut pro initio nominis Lysitelis nota capienda sit.

Titulo litteram C, i. e. canticum (v. Proleg. p. 172) addunt BC. Continuatur numerorum varietas. 278 et 79 tetrameter

anapæsticus. 280 item. 281 dimeter creticus cum duobus anapæstis, cf. 273, vel potius tetrameter creticus catalecticus. 282 iambicus dimeter cum duobus anapæstis. 283 tetrameter creticus. 284 iambicus dimeter cum trochaico dimetro catalectico. 285 = 281. 286—288 iambici octonarii, sed primo iambus deest. 289—93 anapæsticos dixerim cum Spengelio; alii ut Wagner. et Brix. trochaicos habent. 294—301 anapæsticos dimetros appellaverim cum Spengelio Reformv. p. 60 sq.; Brixius quattuor disticha ordinavit, quorum prior versus utique tetrameter creticus catalecticus sit, posterior anapæsticus.

278. Philto Lysitelis pater exit filium quærens. Primum versum affert Nonius p. 374 „fortas se penetrauit aedibus" scribens, quo auctore „ex" omisimus, ut tetrameter anapæsticus constaret, v. ad 267. Speng. „adsum" omisit. *se penetrauit*, v. ad Amph. 246. — *quiduis* A. — 280. *conspectu* A. — 284. Post *foro* hiatur in diæresi; recc. edd. Bergkio duce „necullum", i. e. nullum, duplicata negatione. Talia vero, ubi codd. iubent, servanda sunt; si necessitas cogere videtur, ut Stich. 732, adscisci possunt; hic nullam necessitatem video; nam errori facillimo adscribendum, quod in A „neque" repetitur. — *exsequi*, sequi, cf. Trucul. 454. 457. infra 688. — 286 si iambicus octonarius est, iambica vox excidit. — 287. *Turbant miscent*, cf. Cic. har. resp. 22, 46. Leg. III. 9, 19. *mores* obiectum esse videtur. — 288. *hiulca*; avaram explicant interpretes, quasi hiantem; an potius rimosa, cui nihil fidum et stabile sit? — 289. *excruciant*, sc. me, cf. Amph. 161: „haec eri inmodestia coegit". — „tibi" del. R., ut quod ab omnibus numeris abhorreret. Ter. Heaut. 260: „harum mores cantabat mihi". — 290. Id tantum, quod manu tangere non possunt, arripere nefas habent. — 291, cf. Pseud. 138. Ipsorum verba et consilia afferuntur. — 292. *Quia*, v. ad Asin. 55. — *Quin*, ad Merc. 187. — *ad plures*, ad mortuos. Sic Græci, ut Aristoph. Eccles. 1073: γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Petron. 42: „abiit ad plures". — 293. *lutitant* D.; superiores „lututant", i. e. luto adspergunt; cf. infra 695. — 294. *de* Both., cf. ad Most. 1111. — 295. *Ne* pro „Neu" Hermannus *inbuas*, sc. iis. — 297. *praecipio ea* A. — 298. *faeceos* A.

Nihil moror, cf. Hor. Epist. I, 15, 16: „vina nihil moror illius orae". — 300. *imperia capesses*, cf. Verg. Æn. I, 77: „iussa".

302 sqq. trochaici septenarii. 303. *Tuis* A. „et" del. Both.; asyndeton, v. ad Amph. 891. — 304. *Pro ingenio*, quatenus ingenium meum spectabam. — 306. *Qui*, i. e. si quis, v. ad Asin. 321. Aul. 481. — *Utrum . . ne . . . an*, cf. Capt. 267 cum ann. Brixii. — 310. *dum uiuit* codd., quod iure defendit Bergk. Zeitschr. f. Alterth. 1852 p. 346 sq. contra Ritschelium, qui Hermanno duce: „Sin ipse animum pepulit, uiuit?" — *cluet*, v. ad Men. 840. — 312 sq. pro spuriis habent R. aliique. *lubet* ed. pr. — *cluent* A. (CIUENT). — 314. *integumentum* A, i. e. tectum; nam cum ædibus comparatur hominis vita, ut Most. 88 sqq. Huic præcepta pro tecto sunt, quod *sartum tectum* habere decet (v. 318); cf. Cic. Fam. XIII, 50: „Hoc mihi da atque largire, ut M'.Curium sartum et tectum, ut aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves". — 315. *conciliabulum*, cf. Bacch. 78. *damni*, unde damnum reportatur. Brix. confert Men. 969: „ex hoc saltu damni". Cic. Rosc. Am. 46. 134: „deversorium flagitiorum omnium". al. — 316. *Neu* A. — *noctu ambulatum*, cf. ad Amph. 153. — 319. *exprobras*. Positio primæ syllabæ neglecta, v. Proleg. p. 202. — 321. Ante *paenitet* „non" recte omittit A; est enim „parum videtur", v. ad Bacch. 1182. — 322—23 R. in altera editione damnavit; 324 iam antea Bothio duce ante 321 posuerat, a qua ratione Spengelius iure recedit. — 324. *pertegito ne perpluant*, cf. Most. 108. — 327. *hinc* Vollbehr., cf. Epid. 600. Ter. Andr. 833. Aliter infra 360. — 328. *cogitate*, cf. Mil. 940. — 329. *illi* abundat, v. ad Asin. 523. — *neuis*, cf. ad Most. 107. — *Nempe* A. — 330 recte A. — 332. Num *adfinis*, i. e. particeps, fuit aut publicorum aut maritimorum negotiorum, ut aut publicis male conductis aut naufragio rem perdiderit? Ad maritima Wagn. iure confert Plutarch. Cat. mai. 21. — 333. *Mercaturan* A, sc. damnum expertus est, quod facile intelligitur; mercaturam habere pro facere vix dicitur. Nonius p. 212 versum affert sic: „Mercaturam eam uenalis cet". — *uenalis*, servos, cf. ad Capt. 98. — 334. *comi-*

tatem, cf. 357. Rud. 38. — 336. *praemandatum* A, i. e. commendatum. Mandare et commendare eadem vi apud Plautum poni animadvertit Langen. Beitr. p. 307, cf. Capt. 444, huius autem fabulæ 118. 129. 137 sq.; 159. 956 comparentur cum 114. 877. 1083. 1095. — *firme et* A teste R., aliis potius „ferme et“ ibi scriptum videbatur; BC „ferme“ omisso „et“. — 339. *sine omni malitia*, v. ad Merc. 146. infra 623. Truc. 560. — *tolerare*, sustentare, sublevare, cf. 358. 371. — 340. *edit*, v. ad 103. Alterum „quod“ om. A. — 341. *prodit* A, cf. Ter. Andr. 313: „ut aliquot saltem nuptiis prodat dies“. — 343. *illi quoidam*, quem significasti v. 327; cf. ad Merc. 450. — 344. *miserescat*, *ne tis alios* A. *tis* est tui, v. ad Mil. 1028. — 345. *deiuuare*, iuvare omittere, hoc uno loco exstat. — 346 affert Nonius p. 423 una cum Pseud. 282. *totidem litteris*, quum totidem utriusque litteræ sint, cf. Mil. 323. infra 448. — 347. *deum uirtute* A, v. ad Aul. 159. — 348. *parta habemus* A. Ideo autem hoc dicit, ne, si amico bene fecerit, fecisse pigeat; errore typographico semicola pro commatis in contextu posita sunt. — 349. *ut* non minus quam *ne* ad superiora „multa ... habemus“ refertur; asyndeton dicere possis ut 219. — 351. *inmunis* est, ut explicat glossema codicum BC, „inmunificus“. Cf. ad 24. *scin* A. — 352. „malum“, quod antiquitus glossema additum erat, in codd. BC veram scripturam *uelim* exturbavit. — 353. *Quando equidem* A, v. Ribbeck. Lat. Partik. p. 41, cf. ad Amph. 757 et ad Men. 1005. — 355. *inmunem* suo modo explicat. *munus* A. — 357. *comitati*, cf. 334. — 359. *Quoi* R. propter Lysitelis responsum, cf. 372. Sed versus causa aut „Quoi tu“ aut „Quoiei“ scribendum censet, cf. 560. 606. — 360. *Charmidai* Scaliger, cf. Neue Formenl. p. 11. — 361. *Quin* A, i. e. Quine, v. ad Amph. 690. — *quod non fuit* A. Ad phrasin cf. Soph. Ant. 1109: *ἴτ᾽ ἴτ᾽ ὀπάονες, οἵ τ᾽ ὄντες οἵ τ᾽ ἀπόντες.* El. 305: *τὰς οὔσας τέ μου καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.* — 362. *exprobra* A. *eueniunt* et *quae uolt quae* id. — 365. *Eo non multa* et *malust* A. — 366 ex A restituit Studemund. *qui*, si quis, v. ad 306. — 367. *expetit* A, cf. ad Mil. 622. — 368. *apiscitur* A, passive, cf. „indipisco“ ad Asin. 277. — 369 suo loco A. Sapiens, si senex est, sapientior videtur et

magis placet; sed re vera ætas sapientem non facit, immo ut vires ita sapientiam deminuit et exedit. Sententia minime vulgaris, sed a Philtonis ingenio non aliena. Ritschelius versum pro spurio eiecit; defendit Haupt. Opusc. I p. 164. — 370 suo loco restituit Acidalius. „Agidum" scribit R., v. Opusc. II p. 563. — *Nihil quidquam* A, cf. ad Asin. 145. — 372. *ei* Both. — 373. *Licet* affirmantis est, v. ad Amph. 540. — 375. *grandis*, cf. Aul. 184. Ter. Ad. 673. — 376. *uxoremne* Reizius, cf. 179. 517. As. 919. Mil. 687. Poen. 730. Fritzsch. maluit: „Sine dote autem uxorem?" — *Ita*, cf. ad Aul. 768. — 379. *patiar*, sc. ducere. — 380. *nostrae* edd. — 381. *docta dicta*, cf. Asin. 521. *et quamuis facunde*, et facundissime quidem. — 382. *ueterem atque antiquam*, v. ad Pers. 54. — 383. *in* quasi a Plauti usu alienum delebat Abraham Annal. phil. Suppl. XIV p. 199 hic et Amph. 405 et Capt. 905. — 384. *aduorsatus fui*, v. ad Amph. 183. — *istac*, ea ratione, quæ tibi placet. — 386. *adde* priore correpta v. Proleg. p. 199. R.: „ad istam adde". — 387. Pro altero „tute" Bergk. „ut" scribebat; iure obloquitur Abraham Ann. phil. Suppl. XIV p. 235, ut nos *tu* scribens. — *Eccere*, v. ad Amph. 550. — 388. *nimio*, multo, v. ad Bacch. 120. — 390. *repperi negotium*, cf. Merc. 729: „Nimium negoti repperi". Rud. 472: „repperi negotium". Unde apparet omitti potuisse pronomen *hoc*, et delerunt Scaliger, R. cett. — 391. *Lepidus uiuis*, cf. Aul. 411. Bacch. 612. Capt. 822. Men. 200. 893. Merc. 885. C. I. L. II, 4284. — *habet*, cf. 194.

393. Philto solus secum senariis loquitur. — 396. *Quia*, quod, cf. 292. — 398. *ex animo*, v. ad Stich. 3. — *factius*, magis factum; rem nihilo magis effectam reddit. — 401. *commodum*, v. ad Amph. 662.

403. Lesbonicus, adolescens luxuria et ignavia etiam Lesbios vincens, cum Stasimo servo condicionem suam reputat. Diuerbium indicat B, v. Proleg. p. 171. — 404. *accepisti*, ei enim omnia tradere solet. — 406. *eo*, cf. ad Bacch. 1026. — 407. *Comessum* codd.; Ritsch. ut omnia verba ab eadem præpositione inciperent, „exessum" ausus est, quæ vox in glossario Monacensi explicatur, eumque sequuntur recentiores. — *exunctum*

Gulielmus ex Rud. 569, ubi vid. *elutum* A. Balneorum luxuria apud antiquos, ubi etiam magna unguentorum vis consumebatur, satis nota est. — 409. *Confit*, conficitur, v. ad Mil. 937. — 410 ex A restituit Studem., cf. 619 et Merc. 462: „diuorsus distrahor". — 411 affert Nonius p. 220, ut masculinum nominis genus testetur: „Plautus: an si formicis obicias papauerem". Item Charis. p. 64. — 412. *ibidem una traho*, cf. 204. — 414. *Quid quod ego defraudaui?* ironice hoc dicit, non quo fraudem suam fateatur, sed quia herum tale quid suspicari animadvertit. Quæ quam iusta suspicio fuerit, apparet infra 729. — Versus iusto longior, nec tamen sermoni quidquam abundat. R. „frudaui" scripsit, Br. cum Lindem. „Quid" omisit, Both. „ego", quorum nihil ferri potest; melius Spengel. cum Hermanno „ista" omisit. — 415. *si sumas*, si eo uti velis. — 416. *Nisi*, cf. ad 234. — 417 sq. Philtoni recte tribuit B. Is procul stans sermonem eorum audit, neque his verbis magis colloquium interrumpitur quam versibus 423—25. — *quod*, id quod, sc. ut rationem putet (cf. ad Aul. 519). — „*post* repetitur post *postquam* ut „prius" post „priusquam" Poen. 318". Br., infra 975. 998. — 419. *tamen*, quamvis concedam non esse immortale argentum. — 420. *οἴχεται*, periit, cf. ad 188. Cic. ad Attic. VI, 1, 1: „non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed præclare ponitur". Hoc versu usus est Cic. in Pison. 25, 61: „ita enim sunt perscriptæ (rationes) scite et litterate, ut scriba, ad ærarium qui eas rettulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit: Ratio cett.". — 422. *admodum* affirmat, v. ad Bacch. 833. — 423. *opino* Acidalius em., cf. ad Rud. 986. — 424. *in porta*, extra ædes. Auditur „ei" ut 20. 391. — 425. *in uentrem* A, ut iam Cam.; eo enim ædes eius migrarunt, cf. 755. — 426. *Trapezitae*, vel tarpessitae, ut probabiliter scribit R. Opusc. II p. 524, cf. Proleg. nostra p. 208, *Olympico* nomen erat; em. Pius. — 428. *inquito* et *dependi* A, quod recte tuetur Spengel. emendato proximo versu, præf. p. X: „Hoc dicit: non solum spopondisti sed etiam dependere coactus es, quoniam propter istam sponsionem tuam ipse pro illo adulescente exigebaris". cf. Cic. Fam. I, 9, 9: „dependendum tibi est quod mihi pro

illo spopondisti.“ al. *exigere* aliquem pro ab aliquo ex Cæcilio et Metello affert Gellius XV, 14. *propter* postponitur ut Amph. 1009, cf. ad Amph. 234. — *tute* A. — 431. *Factum*, v. 128. — 433. *tui nec* A. — 435. *ne* A.

440. *mutuum mecum facit*, cf. Curc. 47: „cum illa nolo facere mutuum“. Mil. 1246. Pers. 765. — 441. *est* A. — 442. *nequiquam* A, cf. ad Most. 1156. — 443. Si frugi esse cupiat, nihil agat; non potest. — 444. *te* A. — 447. *tuum*, tuam agendi rationem. Br. confert 124. 633. Asin. 189. Most. 774. Mil. 1355. Ter. Eun. 1066: „non cognosco uostrum tam superbum“, i. e. quod tam superbi estis. Cic. Tusc. I, 42, 99: „suum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum“. — 449. Uterque homines sumus, ne alter alterum aut contemnat aut irrideat. — *Ita*, v. ad Curc. 574. — 450. *aduenio* A. — 453. *ordinem*, locum in civitate. — 454. *factio*, v. ad Aul. 160. *uostra* A. — 456. *tu sanus* A. *mentis atque animi*, v. ad Epid. 140. — 458. *Ferentarium* A; de secunda syllaba correpta v. Proleg. p. 203. Apparet eum significari, qui auxilium opportunum ferat; significat autem nomen milites levis armaturæ et veloces, v. Sall. Cat. 60. Varr. L. L. VII, 57, qui hunc versum affert, et postquam nomen explicare conatus est, addit: „Huiuscemodi equites pictos vidi in Æsculapii æde vetere et ferentarios adscriptos“. — 459. *dierecte* A, v. ad Bacch. 577. — *uotes* A, cf. ad Capt. 697. — 464. *in aetate*, v. ad 24. — 466. *hercle qui*, v. ad Amph. 769. „quin“ codd. præbent etiam Men. 418. 1072 (C); cf. etiam „At quin“. Rud. 750. — 467. *sic*, ut sum, duobus oculis. — 468. *nunc tu* A. — 469. *factiones*, cf. 454. 493. 499. — 470 sqq. Commemoratur cena publica vel *popularis*, δεῖπνον δημοτελὲς Plut. prof. in virtut. 5, vel δημοθοινία Lucian. Phalar. I, 3, quales ἑστιάσεις et apud Græcos frequentes erant et apud Romanos, nec solum, ut ait Varro apud Macrob. Sat. III, 12, 2, ubi quis decumam Herculi pollucebat, sed etiam in triumphis aliisque occasionibus. — 471. *par*, ὁμόκλινος, nam bicliniis utebantur, v. Bacch. 717, cf. Pers. 766. *obuenerit* A. — 472. Constructio ἀσύνδετος, v. ad 219. Bergk. coni. „si cenast“; Ritschelio hic et proximus versus spurii videntur. — 475. *Edisne* A. — 476. *Edim* A. — 479.

uita, cf. Stich. 464. Ter. Phorm. 363: „pauper quoi in opere uita erat". 734: „uita ut in tuto foret". — 481. *cernitur*, ut in senatu. — 482. *Rem fabulare*, cf. ad Epid. 286. Lesbonico hæc B recte tribuit, edd. Philtoni. — *non dolo*, cf. 91. — 483. *semita*, v. ad Curc. 287. — 485. *Non hoc longe*, ne tantillum quidem, v. ad Most. 385. — 486. *hac annona*, cf. ad Mil. 323. — *sine sacris hereditas*, v. ad Capt. 769. — 488. *uti* A. — 489. *nequeas saltem* A. — 490. *abste* A. — 492. *decent opulentiae* A; personaliter dicitur ut Most. 162. 169 Cic. Off. I, 31, 113. al. — 494. *emisimus* A; sed versus corruptus est, etiamsi numerorum causa „animai" legatur. Edidi cum plerisque Pium et Acidalium secutus *quam* pro „qui", ut sit: Dii, divites sunt, verum nos homunculi sumus, qui quum primum salinum animæ amisimus, omnes pro nihilo sumus. Anima, quæ sola vitam hominis servat, cum sale comparatur, homo animam continens cum salino. Dubitarunt tamen de hoc vocabulo multi. Bergk. „stalagmium" proposuit, Fritschius et Fl. „scintilla", R.[2] dubitanter „sitellum", Loewius (R.[3]) „uatillum", i. e. batillum. Brix. *qui* retinuit sic iungens: „verum nos homunculi sumus, qui quom extemplo scintillulam (sic) animæ emisimus", nimis dure. Spengel. „qui" delebat scribens: „Sal illuc animae quomque", quasi hoc pro quomcunque poni posset. Quod quum non credam, tamen non dubito, quin recte iunxerit: „uerum nos homunculi quom extemplo amisimus, vel emisimus" quod, si salillum retinetur, pro effudimus intelligendum est. Ipse proposuerim: „Salillum animae quom extemplo *miseri* amisimus" — 495. *Aequo* A. — 496. *ad Acheruntem* A, i. e. apud, v. ad Rud. 1269. — 497. „An" del. R.; Fl. „Au" scripsit, Lorenz. „Ah". *quin tu* A. *mirum quin* semper ironice dicitur, v. ad Amph. 743. — 498. *nomen cluet*, cf. 310. 622, i. e. mortuus. — 502. Solita sponsionis formula, v. ad Aul. 248. *Habeon pactam?* sororem, cf. 1183. Poen. 1154: „Pactam rem habeto". — 505. *Ubi usus nihil erat*, v. 428. — 506. *hic*. R. „hoc"; Br. et alia attulit et Ter. Andr. 637 sq.: „nihil pudent hic, ubi opus est; illic ubi nihil opus est, ibi uerentur". — 507. *Quom*, v. ad Amph. 636. — 509. *haec res*, mea fortuna. — 511. *de diuitiis* Bergk. em. —

512 suo loco A. „*superfit*, superest, cf. Stich. 594. Mil. 358. Pseud. 456". Wr. — 514. *ere* A. — *educat* in A errore ante „nutricem" scriptum est; recte iterum extremo versu. De corporis nutrimento etiam Plin. H. N. IX, 41: „educat mammis fetum". — 516. *Etiam tu taces?* v. ad Asin. 707. — 517. *periimus* Cam.

518. *te uolo*, v. ad Aul. 202. — 519. *Si quid uis*, sc. adsum vel operam do. — *Licet*, cf. 372. — 520. *Arcano*, Brix. propter 558 dicit dativum esse, non adverbium; mihi propter hunc locnm etiam illic adverbium videtur, ut etiam apud Cic. et Cæs. — 521 et 524. *lubet* A. — 524. *Ei rei argumenta dicam*, cf. Most. 89. — 525. *olim quom*, quotienscunque, v. ad Mil. 2. — 529. *Consuadet*, ut dotem, quam dixi, accipiat. — 531. *Postid*, v. ad Aul. 742. — 532. *Tribus tantis minus* ridicule, ad exemplar illius „sescenta tanta", v. ad Bacch. 1031. — *illi*, illo loco. — *redit* Lamb. — 534. *interfieri*, cf. Lucret. III, 872. — 536. *Quorum* Saracenus. R. cum Buechelero (Lat. Decl. 224) „Quoium", quod iure improbavit Br. — 537. *emortui*, sc. sunt, v. ad Amph. 590. Nonius p. 123: „alii exsolati abierunt, alii emortui. Hem, nunc hic, cuiust, ut a incitas redactus est". *ad incitas*, v. ad Poen. 906. — 540. audire ab aliquo Plautus non dicit; R. cum Kampmanno: „ex me audiueris"; Spengel. „ante audiueris"; Loewe Anal. p. 196: *indaudiueris*. — 541. Post *alternae* hiatur, v. Proleg. 183. R. „alternas" ausus est, quasi antiqua nominativi forma, Speng. „alternis". — 542. Post *angina* hiatus, v. Proleg. p. 219. R. „anginad"; alii voculam addunt, ut Fl. „acri". — 544. *Syros* propter patientiam etiam lecticarios habebant, v. Iuven. 6, 351. Mart. IX, 3, 11. 23, 9. — 546. *solstitialis morbus*, σειρίασις Græcorum. — 547. Nonius p. 486: „*Campans* pro Campanum. Plautus Trinummo: credo ego istuc, Istasime, sed Campans genus .... patientia". „Campans et Campanus dicitur ut Picens et Picenus" Br. — 549. *ut te audiui loqui*, ex iis quæ dixisti. cf. ad Pseud. 983. Most. 976. Pseud. 100. Capt. 564. — 551. *fortunatorum insulas*, v. Hesiod. Op. 170. — 552. *egerint* et *suam* A. — 554. *sit* A. — 559. *ab se* A. — 560. *Si quem repperire possit cuios* idem, i. e. *quoi os*. R. „quoii", ut

pronuntiandum videtur, v. 359. — *os sublinat*, v. ad Aul. 660. — 561. *hercle* priorem corripit.

567. *nequiquam* A, cf. 442. — 569. *Quid tecum*, sc. loqueris? — 570. *antea*; R. „ante"; sed nec senarii principium ab dactylo et anapæsto Plauto inauditum est, v. Proleg. p. 181, nec, quum „postea" sæpius apud Plautum legatur, de „antea" dubitari debet; exstat apud Ter. Andr. 52. — 571. *potest* olim emendatum. Male R. non hoc solum, sed etiam „conueniri" ab Acidalio recepit. — 573 sq. cf. 501 sq. — 575. *Quid istic?* v. ad Bacch. 1046. — 576. *tam* add. ed. pr. — 577. *Natus* codd.; R. „natust". — 578. *Di fortunabunt nostra consilia* affert Nonius p. 109. — 582—83. Both. R. cett. præter Spengelium post v. 578 ponunt. Quod quum per se minime necessarium sit, eo falsum esse probatur, quod hoc facto etiam proximum versum 584 alio ablegare coguntur, post 592. — 583. *eadem*, sc. opera, v. ad Bacch. 47. — 584. Lesbonicus pergit servum monere. Post *tu* hiatur. *te* add. R., v. ad Bacch. 989. — 585. *conuenat* Acidalius, v. Proleg. p. 215; eodem modo emendatum Curc. 39. Epid. 291. 322. Mil. 1005. Pseud. 1032. R. plura mutavit: „Dic Callicli med ut conueniat. ST. I modo". — 586. *opus sit* Cam. De structura cf. ad Stich. 60. — 589. In extremo versu librarii error exitum versus 591 adscivit. Supplevi ut potui. R.: „Nullo modo". Speng.: „LES. Ita numquam — ST. I modo". Orationis similiter, quamvis interrumpatur, continuatæ plura exempla v. ad Amph. 1137. infra 609. — 592. *En unquam*, v. ad Men. 145.

593. *inpetraui abiret* omisso „ut", v. ad Amph. 12. — 594. *gestam*, sc. rem. — 597. *Si is* Bergk. em. — 599. *Ecfugiet*, sc. herus; R. versum excidisse putabat. — 600. *istac* corruptum est. Bugg. „is tunc" coni., Brix. „statim". Ne hoc quidem ferri posse docuit Abraham Ann. phil. suppl. XIV p. 236, qui „Abibit aliquo" vult. Num versus spurius? — 601. *Latrocinatum*, militatum, v. ad Bacch. 24. In *Asia* et *Cicilia* per totum tertium a. Chr. sæculum bella gerebant Syriæ reges aut cum regulis Asiæ aut cum Ægyptiis.

604. Stasimus intus Callicli narravit Charmidæ filiam desponsam esse; iam exeunt, accuratius de eadem re colloquentes. Intervallum inter utrumque scenam interiectum tibicinis cantus explevit, v. Proleg. p. 168 sq. Hæc scena, quam cantici nota signat B (v. Proleg. p. 172), septenariis trochaicis scripta est. — *dixti* Dousa. — 605. *despondisse; em* R. — 608. *dicis* ed. pr. Futurum frustra defendere conantur Teuffel. et Brix. — Post *tu* hiatur in diæresi versus; R. transpos. „nullus edepol"; Both. „tute" scribebat, Br. „tum tu". — *nullus*, v. ad Asin. 405. Donat. in Ter. Eun. 2, 1, 10, qui hunc locum affert. — *creduas* Cam., v. ad Bacch. 473. — 609. *nihili* Cam. — 610. *ilico* apud Plautum sæpe de loco dicitur, v. ad Bacch. 1139; hic, ubi ad „quam dudum?" respondet, ad tempus transfertur, cf. Rud. 265. — 611. *Tam modo*, i. e. modo. Affert Festus p. 359, errore hæc Attio tribuens. Etiam Trucul. 681 ridetur sermo Prænestinorum, cf. Quint. I, 5, 56. Fest. p. 162. Ritsch. Opusc. II p. 372. — 613. *equidem*, v. 353. — 615. Post *me* hiatur ut 608. — 617. *subolet mihi*, ut 700. Pseud. 421. al. cf. ad Amph. 317. — 619. *Charmides* R., ut 997. — *quam* Cam. — *absenti* Herm. — 620. *saluum* cod. D. — 621. *Ulciscare* Cam. — 622. *amicum* ed. pr. — *eluet* cf. 498. — 623 sqq. *credideris* et *eccillum et gradu* olim em. — 626. *reprehendit pallio* Lysiteles Lesbonicum, cf. ad Epid. 1. — Servus admiratur agitatum adolescentium colloquium vel spectanti notabile, cf. Mil. 215: „Euge, euscheme hercle astitit et dulice et comoedice". Recte igitur codd. *haud ineuscheme*, quamquam post Camerarium editorum plerique *in* sustulerunt. — 628. *Est lubido*, v. ad Pers. 722.

630. *quo* (sic ed. pr.) *profectus sum*, v. ad Aul. 118. — 631. *gloriae aut formae* pendet ab *esse videatur*, ut „in rem tuam". — 633. *Indoctus*, quum nemo te docuerit mihi odiosum esse. — 635. „Qui" del. R. — 636. *Tu ne*, v. ad Asin. 875. — *quom* parum accurate respondet, ut „quia" infra 1165. — 637. *ego* Guiet.; Br. maluit „tu mihi quam egomet melior es" aut „tu quam egomet mihi melior es". — 639. *ut qui*, v. ad Asin. 501. — 640. „beneficium" scribit R. Op. II p. 719. — 641. *officio migrat* A, cf. ad 267. — 643. *Quid*

ais? v. ad 194. — „*promeres*, promereris“, Non. p. 475 hoc loco laudato. — 644. *Itan* R. — 645. *anteparta*, cf. Trucul. 63. Bergk. R. cett. „anteperta“. — 646. „uindex“ Valla explicat „ut ulciscaris et iugules honorem qui venturus erat ad posteros“, quod miror Ritschelium ceterosque probasse, nam fieri non potest quin contraria significatio oriatur. Intellexit hoc Gronovius, qui hunc versum cum sequenti iunxit: „Atqui honori posterorum tuorum ut uindex fieres, tibi pater cett.“. Verum hic potius auctor esset quam vindex, nec Lesbonicus talem se auctorem fore unquam promiserat. Vocem corruptam esse apparet. Camer. „uibex“ coniecit, R.[1] „obiex“, Scaliger melius *index*, sc. ingenii leviculi et fide indigni. Hoc Lesbonicus erit; ea re posterorum honori obstabit, cf. 658. Sed magis placeret *inlex*, i. e. laqueus, v. ad Asin. 219, vel præpedimentum. — 647. *fecit* A. — 649. „maxuma“ Both. R. — 651. „facto“ ex A R., v. 130 comparans, parum apte. — 654. *istum ego* A. Post *relinqui* hiatur in diæresi; R. „denixe“ ex Placido p. 32. — 657. *uel exsignauero*, si placet, litteris consignare possum, cf. Liv. I, 20, 5. — 659. *Scibam* A. — 660. „uictus“ Angelium secutus R. — *otio aptus* A. Nonius p. 234: „Aptum connexum et colligatum significat“, cf. Lucil. XXX, 40 (Mueller.): „clinas consternit nobis uetu' restibus aptas“. Lucret. V, 808. Cic. Tusc. V, 21, 62. — 661. Pro *Et* Br. et R. „Sed“. — *proinde ut* A. — *summas habeo gratias*, v. ad Amph. 179 et ad Poen. 1272. R.: „summam habebo gratiam“, ubi futurum vitiosum esse ostendit Luchs. in Studem. Stud. I p. 24. — 662. „sic“ del. Br., „dicta“ Both., „corde“ R. — 664. *me auscultas*, cf. Aul. 488. Poen. 840. Catul. 67, 39, ut nullo iure R. ceterique Freundium secuti „mi“ scripserint; nam quod accusativum proprio, dativum translato sensui tribuunt, nihil est. — 666. *occulto* prima correpta, cf. 714. — 667. *ingenium tuum ingenuum* A. — 670. *ballista*, v. ad Poen. 201. — 671. *moros*, stultos, v. ad Men. 557. — 674, versum ineptissimum et saltem ab h. l. alienissimum frustra emendabat Cam. „consuadet“ scribens; iure damnavit Bergk. — 675. *Insanum*, cf. ad Bacch. 757. — *deuorti in hospitium*, transpos. Herm. — 677. *conare istuc ut* transposui. R.: „istuc. quod conare, facis, incendio incendes

genus", in quo pronomen possessivum ægre desidero. — 678. *Tum igitur*, v. ad Amph. 207. — *genus tuum* quod repetitur, ita offendit Ritschelium, ut interpolaret: „qui restinguas ocius". — 679. *si eris* Reiz. em. — 680. *congliscat* Cam. — 681. *Facile est inuentu* „sc. id quo genus meum congliscat" Wr.; Lambin.: „Facilist" sc. scintilla. — *datur ignis* cett. proverbialiter dicitur, cf. Cic. Off. I, 16, 52. Similiter Rud. 431: „Cur tu aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat?" — *tametsi* ed. pr. *inimico* R. — 682. *rapis* ed. pr. — 683. „uis" del. Guiet. — *Aha* Haupt.; „at" R.[1] — 684. „ditiis" pronuntiandum, cf. Proleg. p. 214. — 686. *grauis*, alicuius momenti; *leuem*, spretum, cf. 1171. *concinnat*, reddit, cf. ad Amph. 525. — 687. *iactari*, suspensum haberi. — 688. *Tanton* R. ut 611. Acidal. „Tandem" coniecit. — *exsequi*, v. ad Capt. 195. — 689. *toleres moenia*, sustineas officia, cf. 339 et 355. — 691. *ut* ad „nolo" referendum, ut audiatur uolo, cf. ad Epid. 268. — *differant*, cf. ad 187 et ad Aul. 438. — 693. *dem* add. Klotz. — 694. *famigeratio* codd. altero loco recte, cf. 216 et 220. — 695. *conlutulentet*, cf. 293. Buggius Tidskr. f. Philologi 1865 p. 19 confert opulentare et turbulentare. Ceterum malo post h. v. quam in exitu versus plene interpungere, ut sit: Si sine dote duxeris, tibi sit cet. — 697. *dictatorem*, honoris fastigium indicat. — 698. *censeo*, sc. futurum. — 699. *pudicus*, quem pudet, cf. 946. Rud. 1049. — 702. *nec quicquam* Cam. — 703. *profugus* Cam., quod glossario antiquo firmari animadvertit Loew. Jahrb. f. Philol. CXI p. 535. — 704. spurium habet Koch. prob. R.

707. Cic. de Orat. II, 10, 39: „Tum Catulus: Etsi, inquit, Antoni, minime impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ, patiere tamen mihique ignosces. Non enim possum quin exclamem, ut ait ille in Trinummo". *Non enim*, cf. ad Stich. 302. R. „Noenum" voluit. — *πάλιν*, Græce ut 188. Stasimus, qui amplius tacere non potuit, Lysitelem hortatur ut præclaram orationem repetat; nam cum artifice scenico cum comparat, atque adeo cum poeta, ut ex proximis apparet, notabili loco, unde elucet apud Romanos etiam poetarum certamen fuisse optimoque poetæ palmam datam esse non minus quam

histrioni, v. ad Amph. 65; cf. Poen. 37. — *uictust* R. — 709. *ex argumento*, ut argumento convenit. Sed cur *Hic* pro tu? Ladewig. hunc et proximum versum spurios habuit. 710 quidem corruptus est; *multabo mina* em. Scaliger. Sed quod ante hæc omnes editiones obtinet „te tueris?“ nihil est; *te* obiectum est verbi multabo; „curis“ aut „turis“ quid fuerit ignoro. — 711. *Quid tibi interpellatio?* v. ad Amph. 515. Nostrum locum affert Donatus in Ter. Eun. 4, 4, 4 recte *consilium* scribens. — 716. *meum erit* codd.; R. „meumst“. — 717. *eueniat* Camer. Coniunctivus qui antecedit, *quod agas*, Plautino more per attractionem quandam ponitur, v. ad Bacch. 658. Br. contulit Ter. Phorm. 552: „Di bene uortant, quod agas“. Hec. 197. — 718. *sic* ed. pr.; Br. confert Epid. 488: „sic suspiciost“. cf. ad Mil. 1348..

719. „quidem“ del. Guietus. — 721. *clupeum ad dorsum accommodem*; hoc in itinere commodius videbatur. — 722 affert Nonius p. 206 „supponi fico“ scribens; Camer. *soccis* em. De re v. ad Bacch. 329. — *Non sisti potest*, malum amplius impediri non potest; Livius sæpius. — 723. „*cacula*, servus militis“ Epit. Fest. p. 45 hoc loco allato, cf. Argum. Pseud. I, 4. Glossariorum locos collegit Loew. Jahrb. f. Phil. CXI p. 535. „cacus“ exstat in inscr. Vigilum ap. Kellermann. VII, 1, 27, cf. p. 17. — *haud longius* Dousa, i. e. brevi. — 724. *Atque* R. *si erus se* Herm. *coniexit* Pareus. — 725. *ad summos bellatores*, i. e. ad eorum exemplum, cf. Capt. 274: „ad sapientiam huius nugator“. infra 874. Ter. Eun. 361. Sed h. l. additur *fugitorem* παρὰ προσδοκίαν, cf. ad Asin. 877. — 726. Versus syllaba longior; Both. R.[2] „meo“ del., ego „ibi“; R.[1] transp. „ibi spolia“. — 727. „autem“ om. Herm.; „et pharetram“ Reiz.; „mihi“ nos cum Fl. Crit. Misc. p. 40, ut *sagittas* mediam corripiat, cf. 243. — 728. *placidule* R.[1]; „placided“ R.[2]. — 730. *reposcam*, sc. eum, cf. ad Amph. 38.

731. Callicles cum Megaronide consulit, ut constituerat v. 616, qua ratione dos Charmidæ filiæ dari possit. — 732. *Pote* Reiz. — *prosus* cum *nullo modo* iungendum, v. Br. *prosum* B, cf. Neue, Formenl. II p. 638. — 733. *Namque*, cf. 61. — Ante 736 excidisse aliquid vidit R. et, quum palimpsesti

perierint folia vv. 674—737 continentia, hoc spatio cum Palatinorum codicum versibus comparato rationibusque accurate computatis (præf. p. XIX) quattuor versus in A scriptos in ceteris excidisse sibi indagare videbatur. Quam lacunam sic expleri posse statuit, ut post 735 Callicles perrexerit:

„Sed illud sum animi incertus, nuncine ilico
Parari has a me nuptias aequom siet,
An expectandum, dum eius huc redierit pater."

Megaronides responderit:

„Mora quid opus est quæso? quando equidem tibi
Parata dos domist."

Mihi quum etiam alia excogitari possint, illud certum videtur, Megaronidis sermonem ab initio mutilum esse. — 741. *in crimen* ed. pr. — 745. „Incolumem", quæ vulgaris adiectivi forma est, in A expulisse videtur antiquiorem *columem*, v. ad Most. 750. — *detraxe* A. — 748 ex A accessit, ubi quod R. cum Hauptio „atqui" scripsit, non est necessarium, v. infra 910. ad Pseud. 1026. — 749. *Nam*, cf. 732. — 750 contra codicum testimonium edd. Megaronidi tribuerunt, unde natæ mutationes proximorum versuum („Adeas", „edoceas", „Sed" sublatum). Spengelius demum recte sermones ordinavit. — 754. In B errore *Z* pro *A* præmissum; Calliclis nomen eddidit Spengel. — 757. *indaget* Cam. — 758. *ergo igitur*, cf. Most. 832. — 759. *rei* add. Cam. — 762. *Gerrae*, cf. ad Asin. 593. — 764. *ut des* A. „dicant" et „dent" R.; illud Br. defendere conatur; ego versum ab hoc quidem loco alienissimum seclusi. — 767. *quantum potest*, quam citissime, v. ad Amph. 964. — Proxima in codd. malis additamentis turbata sunt. Quæ quum R. aliique transpositis versibus sanare conati sint, mihi quidem sola litura opus esse videtur ut post 789. Ac de eo versu, qui in A ante 771 additur, pauci dubitabunt, nec quisquam ineptum illud „quid is scit facere" defendere poterit; v. 771 per se nihil habet quod offendat, sed accusativi ferri non possunt nisi excidisse aliquid statuas. Spengelius igitur edidit: „Mendaciloquum aliquem [est usus hominem callidum] Falsidicum confidentem" et structura admodum dubia et sententiarum tenore male cohærente. — 769. *graphice*, cf. ad Epid. 410. — *in*

peregrinum modum, horum glossema „quasi sit peregrinus" habet superior versus. — 770. *facie* Saracenus. — „quae hic non" R. ex Pseud. 731: „qui hic non uisitatus saepe sit"; non opus. — 772. *ex Seleucia* ed. pr. cf. 113. — 774. *gerere rem* id. — 775. *actutum* ed. pr. — 777. Post *illi* hiatus in cæsura ut 782. 791. 801. — 780. *iussisse dare*, sc. se. — 781. *Propemodum* ed. pr., quod contra Ritschelium iure tuentur Loew. Br. — 782. Post *demum* hiatus in cæsura; Cam. „id" addit; R. cum Kochio „demus" scripsit. — 884. *Hoc*, hac re. — 788. *hoc aetatis*, v. Madv. Gr. Lat. 238. Br. affert Asin. 70. Mil. 620. 660. Pers. 275. Ter. Heaut. 110. — Glossema vel dittographiam versus 789 Camerarius „Si quidem" scripto frustra servare conatur. — 790. *tum* Both. — 792, cf. Mil. 252: „Trecentae possunt causae colligi". Quæ si amplius explicari debent, necesse est plures causæ afferantur ut illic, non ut h. l. una. Quare quod sequitur monstrum senarii iure damnarunt Spengel. Br. Accedit quod talis explicatio cum properatione Megaronidis (v. 796 sq. 808 sqq.) parum convenit, et omisso v. 793 demum *Iam* suum locum obtinet. — 795. *portitores* Valla propter v. 811, cf. Stich. 367. Ter. Phorm. 150; singularis numerus infra 1107. Cf. ad Men. 117. — 797. *sermone terere* ed. pr. — 798. *quamuis longi*; de ordine verborum v. ad Stich. 295. — 799. *Abi ad thensaurum* Cam. — 801. *uti* R. Idem quod „eampse" voluit, v. ad 777. — 802. *queat*, utpote mulier; quod contra recentiorum mutationem „queant" tuetur Brix. — 803. *amoues* sc. te, ut agis pro te agis Bacch. 1103. Pers. 217. Qui „te" addunt, repetitionis offensam, si qua est in hoc versu, augent. Seyffert. coni. „quin te hinc amoues ted ocius?" — 804. *auri ad* olim em. — 805. De numeris v. ad 570. — 806. *praecepi* ed. pr. — 807. „At" R. delebat, quo numeri faciliores fierent. — 808. *quom* Fl. — 809. *quod* ed. pr. — *me uide*, mihi fidem habe, v. ad Asin. 144. — 812. *quid illum putas*, cf. ad Curc. 59. — 814. *probari ei* R. — *maxumumst* ed. pr., v. Brix. p. 144. — 817 iure damnavit R. — 818. *ad* add. Cam. — *meditatum*, cf. Mil. 900. Epid. 375. — 819. Post *Mittam* hiatur; R. „ergo igitur" coni. — 820. *nugacissume* Herm.

821. Charmides felicem reditum suam in patriam prædicat diisque gratias agit, cf. ad Stich. 403. Anapæsticis octonariis canticum rectissime discripsit Spengelius, quem etiam in lacunis supplendis secutus sum, quum Ritschelius et Brixius trochaicos constituere conati essent. — *Salsipotenti*, i. e. salsi maris potenti, quod quum parum usitate dici videretur, R. cum Brantio „salipotenti" scripsit a salo; sed Ennius Ann. 410: „caeruleum spumat sale", ut iam Homerus aliique. *multipotens* legitur etiam Bacch. 651 et Casin. 783. — *aetherei Neptuno* Scaliger em. — 822. *Laetus lubens*, asyndeton, v. ad Capt. 405. — *laudes ago et gratis*, cf. Mil. 413. — *gratias* aut pro dactylo aut pro spondæo legendum, cf. 825. 839 „otio". 840 „filio". cf. Proleg. p. 207. 215. — „e" del. Goeller. — 823. *Quos* Cam. — Lacunas huius et proximi versus supplevit Speng. — 824. *Quom*, cf. 507. — 826. *que . . . que*, cf. 877. ad Amph. 7. — 827. *ego*, quod oppositio flagitare videtur, Hermannus addidit. *opera expertus*, cf. Bacch. 384. Auditur „sum", v. ad Amph. 56. — 828. *alto* Pius. — 829. *gloriam*, famam. „et" delevi; Speng.: „et nobilest apud homines"; R. extremis ad v. 832 reiectis hic „tuam hanc apud homines gloriam auribus iam acceperam ante" scripsit. Langen. Beitr. p. 277 locum parum feliciter tractavit. — 831. *Abi*, v. ad Asin. 697. — 832 variatio versus 830 spuria videtur. R. additis extremis versus 829, hunc versum effecit: „Semper mendicis modesti sint, secus nobilis apud homines". — 833. *nam* ad „Fidus fuisti" refertur, mediis (quamvis infidum te semper dicant) parenthetice interpositis. — *absque*, v. ad Men. 1003. — 834. *disque tulissent*, tmesis, cf. ad Pers. 211. — *satellites* proceleusmaticum facit. — 835. *mea* add. Sp. — 836. *quasi canes haud secus*, cf. Amph. 1094. — *uenti* A. — 837. *ferri* add. Sp. — 838. *ruere* transitivum ut Ter. Ad. 319. — *ni* refertur ad „distraxissent" v. 834, quamvis huic iam antecedat „absque foret", v. ad Pers. 836. — 839. *dehinc iam* et *dare me* A. — 840. Nonius p. 468: „*Deluctaui* pro deluctatus sum. Plautus in Trinummo: „cum hisce erumnis deluctavit". Quæ quasi interpretatio relativi est, nam significatur „pro iis ærumnis, quibus". — 841 sq. octonarius anap. cum septenario vel, ut A discribit,

tres dimetri cum paroemiaco. — 842. *domi* A et Donat. in Ter. Eun. 4, 7, 45; cf. ad Bacch. 275. — *gerat* ed. pr. *animum aduortam* ex A R.

843. Exit homo conductus, sycophanta, trochaicis septenariis loquens. *die* Both., cf. 118. — *Trinummum* diem dicit, quo sibi tres nummi pretii loco dati sint (cf. Most. 349). Nummi autem didrachmi sunt sive stateres, v. ad Epid. 515; nec Christio concedi potest Ann. philol. XCVII p. 346 hoc loco sestertios intelligi, quamvis Brixius eum sequatur. Sed quoniam *trinummus* substantivum est, nec dies adiectivo addito notatur sed pretium ipsum pro nomine habiturus est, hoc autem singulari numero significatur, necesse est unus aliquis maior nummus fuerit tres stateras valens. Talis autem si quæritur, vix alius inveniri potest quam tetradrachmum Atticum, quod ubique usitatissimum fuit, quod quamvis pondere paulo levius fuerit quam tres nummi sive stateres Italici, nam stateres Tarentini huius temporis, si pondera catalogi musei Britannici exegeris, fere sex grammata Gallica pendunt, tetradrachmum autem Atticum septendecim, tamen, quoniam Atticum argentum ante omnia quærebatur, non est veri dissimile pro tribus nummis stetisse et trinummi nomine appellatum esse. — 844. „naugatorias" R. scribit, v. Opusc. II p. 425. Brix. ad v. 396. — 845. *atque*, v. ad Rud. 1227. Poen. 1011. — 846. *usurpaui meis* A, i. e. contigi, cf. ad Pers. 733. — 847. *mali*, cf. Most. 520. — 848. *Quin* A, cf. ad Aul. 291. — *nummum* R. *hasce* A. — 850. *id*, v. ad Stich. 109. Br. ad h. l. — *solide*, cf. 892. — 851. *fungino*; propter ingentem petasum cum fungo comparatur. *capite se* A et Fulgent. Myth. II, 2. — 852. *Hilurica* A, i. e. Illyrica, v. Men. 233. — — 856. *conciliauerit*, emerit, v. ad Capt. 131. — 857—60. Ladewig. Philol. XVII p. 255 spurios esse animadvertit; nimis enim inepta sunt. De *chorago* v. ad Curc. 460. — *circumducere*, i. e. fraudulenter privare, vid. 959. Bacch. 308. 1183. Pseud. 431. 530. Poen. 974. Notæ miniatæ in cod. B versui 858 additæ quid significent, ignoramus. — 861. *Quam magis*, v. ad Asin. 157. — *Mira sunt*, v. ad Amph. 279. — 862. *dormitator*, fur, cf. 984, qui interdiu dormitat, ut noctu vigilet,

cf. Hesiod. Op. 605: *μή ποτε σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.* — *sector zonarius*, qui zonas nummorum plenas (v. ad Merc. 913) secat, *βαλαντιοτόμος*. — 863. *circumspectat sese*, cf. 147. — *noscitat*, cf. Epid. 536. — 864. *speculatur* ed. pr., cf. Rud. 111. — 865. *Magis*, quam antea. — 868. *pultabo* et *habet* ed. pr. Cf. Mil. 493. — 869. *hac noctu*, v. ad Amph. 268. — *agitandum est uigilias*, v. Madv. Gr. Lat. 421 b. — 870. *hoc*, ostium, v. ad Pseud. 1123. — *ecquis his foribus tutelam gerit?* cf. Trucul. 252; i. e. ecquis hic est ianitor? ut Men. 660. — 871. *Heus* ed. pr. — 872. *sum* add. Acidalius. Sycophanta primum repetitis quæstionibus offensus quasi importunum interrogatorem spernit, quæstionibus omnibus ad se pertinentibus dicens se in censu rationem reddidisse *iuratoribus*, v. ad Poenul. 58. Quod nihilo minus, quid uelit, expromat, ab ingenio eius minime alienum est; respondet autem interroganti versu 873. Male R. v. 872 transponit post 879, quasi 879 ab 880 ullo modo divelli posset, ant versui 879 aptius quam 871 hæc verba responderent. Nam quod ait Proleg. p. XX: „talia enim revera sciscitabatur censor", id nulla refutatione eget. — 873. *hic*. R. „hinc" ut 327, vix recte. — 874 affert Nonius p. 73 „ad ipsam" scribens. *ad*, v. ad Merc. 420. supra 725. — 875. „Calliclen" formam a Plauti ætate alienam videri diximus ad Asin. 84, v. R. Præfat. p. LXVIII. Scribendum igitur *Calliclem*; R. cum Hermanno: „Calliclem quem aibat", frustra. — 878. *hisce* ed. pr., cf. ad Rud. 293. *habitent* ed. pr. — *pater* ed. pr. — 881. *quidquid*, v. ad Rud. 1346. — 885. *hercle* add. R. — *a meo primo nomine*, a principio nominis mei, Br. — 886 affert Varro L. L. VII, 78 addens: „*concubium* a concubitu dormiendi causa dictum". Vulgo dicitur concubia nox. — 887. „et" del. Scaliger. *facere* uiaticum est parare. Speng. „capto" coni. — *ut*, cf. ad 549. — 888. *uexillum uinarium*. Ed. pr.: „uasculum u."; R. aut „uascellum" aut (Proleg. p. LXXXI) „uesculum" eadem vi, sed forma magis dubia. Verum in vasculo comparationis ratio ægre intelligitur, quare ad codd. propius reversus *uexillum* scripsi. Vexillorum enim formam habere potuerunt notæ, quæ cadis in cellis vinariis imponebantur ut sillybi voluminibus in

bibliothecis. Quibus quum abbreviata vinorum nomina vel indices inscriberentur, cum his aptissime comparat suum in breve redactum nomen. — 889—91 huc transtulit Ladewigius. *Quid*, v. ad Amph. 360. *id* add. Fl.; R. „Quid istuc est nomen“. — *Pax* orationi finem imponit, quasi „actum est“, v. 891, ann. ad Mil. 808. — 892. *solide*, cf. 850. — *Quid ais?* v. ad 194. — *est* ed. pr. — 893. *debent*, cf. ad Mil. 423. — 895. *manufestarium*, v. ad Aul. 461. — 897. *Ita ut occepi*. Br. confert 163. Stich. 381. al. Quod ante hunc versum Koch. et R. lacunam suspicantur, nulla causa est. — 900. *nugatur* ed. pr. — 901. Post hunc quoque versum R. præf. p. XXIII iniuria lacunam indicavit; nec maiore iure Teuffel. Mus. Rhen. XXX p. 632 propter nugas versus 928 de duplici recensione suspicatur. — — 903. *quidamst* Both. — 904. *Haeret haec res*, expediri nequit, v. ad Amph. 807. — 905. *quicum* Fl., cf. Brix. p. 146. — 907. *Illi edepol* Cam. Cf. Merc. 714. Hiatus post alterum *illi* titubantis orationi convenit. — 908. *Deuoraui*; inter labra habebam (v. 910 et 925), sed nunc evanuit. — 910. *Atque*, v. ad 748. — 912. *recommentatus es*, cf. 915 „recomminiscar“. Most. 650. 655. — 913. *homo*, i. e. mi homo; „modo“, quod R. recepit cum mutato verborum ordine, hortationem habet ab h. l. alienam. — *Fieri . . . desideres* edd. sycophantæ continuant; codd. Charmidæ dant. — 915. *C* addidit Scaliger. — 916. *Callias* Guietus. — 917. *Callimarchus* in Græcis lexicis non invenitur, sed simile est Alcesimarchus in Cistellaria, v. Ritsch. Op. III, 314. — 920. Verborum ordinem cum R. mutavimus. — 921. *si possumus*; ideo quærit. Br. confert Bacch. 1150. Cist. 479. Men. 409. infra 959. — 922. *ad Chares? ad Charmenes?* em. Spengel. — 923. *Istic erit*. R. cum Acidalio „erat“; sed v. ad Pers. 641. — *qui*, v. ad Men. 440. — *dixi iam dudum*, i. e. nuper (v. ad Amph. 654), v. 909. Hæc verba Spengelius vix recte sycophantæ continuavit. R. cum Meiero post hæc versum excidisse censuit talem fere: „Non placet qua te erga amicum uideo amicitia utier“. — 925. *Satin*, v. ad Amph. 627. — 926. *loquere* Reiz. — 927. *nomini* R. — 928. Edd. cum C: „ad Rhadamantem“, unde Both. „ad Rhadamam“, in quo quum fingendi lepos non appareat, sublata

dittographia *Adamante* scripsi. *in Cercopum insula* Br. cum Fritschio Anal. Pl. II p. 10, i. e. in simiarum insula, cf. Harpocrat. p. 110 de Cercopibus: Ξεναγόρας εἰς πιθήκους αὐτοὺς μεταβαλεῖν φησί, καὶ τὰς Πιθηκούσσας νήσους ἀπ᾽ αὐτῶν κληθῆναι. Ceterum quod hæc cum 901 pugnare videntur, R. hic quoque excidisse putabat prima Charmidæ verba, velut: „Hercle memorem nugatorem: modo qui fui in Seleucia, Ut ille memorabat, nimirum nunc sum in Cecropia insula". — 930. *disconducit*, obest, ἅπ. λεγ. — *Quid ais?* cett., cf. Pseud. 479. — 931. *mirimodis* scripsit Guietus, cf. Br. — 933. *aduecti Arabiam* Sp., cf. Mueller. Pros. p. 433. ann. ad Curc. 206. Cam. „ad Arabiam". — 934. *Eho an*, cf. Most. 173. infra 942. 943. 986. Pers. 482. Pseud. 972. Stich. 248. — *ubi*. Ex errore codicis B R. „cubi" ausus est. — 935. *apsinthium* ed. pr.; Ponticum commemorat Plin. XXVII, 45 „neque aliud præstantius" esse dicens. — *cunila*, κονίλη. Plin. XX, 169 sq.: „Cunilæ præter sativam plura sunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur ..... Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Græcis origanum Heracleotium". Heraclea autem Pontica est. — 936. *hunc* del. R., recte credo, cf. 1024. — *insipientior*, cf. 1057. Amph. 56. ann. — 938. *Nisi quia*, cf. ad Aul. 357. — 939. „aduortas" Cam. cett. ut 897; sed utrumque dici potest. — 940. *qui* Guietus; R. cum Lachmanno „quo ad e caelo", quod concoquat qui possit. — 941. *e* add. Pareus. — 942. *horiola*, Saracenus, i. e. lintre, v. ad Rud. 899. — 944. *Eum alii di isse ad uillam aibant*, Acidalio præeunte Herm. — 945. *Deinde* Camer. Versuum 944—49 initia in archetypo partim evanuerant, unde in BC corruptelæ et lacunæ. 946. *Taceo ego* R. — *est molestum* R. cum cod. Lips. — 947. *Deputare* R. — 948. *Catamitum haud* Buggius Tidskr. f. Philol. VII p. 29. Quum enim senex v. 946 *pudicum* eum esse negasset, id est impudentiam eius accusasset, v. ad 699, sycophanta, quasi impudicitiam commemorasset, *Catamitum*, i. e. Ganymedem (v. ad Men. 146), qui eius rei causa a terra ad cælum pervenerat, eum nolle dicit. Spengelius tamen: „Faciam ita ut te uelle uideo", cf. Pers. 659. — 949. *Quos* Acid. — 950. *eumpse* Lindem. — 952. *Norisne* Guietus: R., cui hæc forma non

Plautina videbatur: „Nouerisne .... edepol me". — 955. *Philippum* Reiz., v. ad Asin. 152. — 956. *aibat* Reiz. — 957. *Mihi concrederet?* v. ad Amph. 718; R.: „Mihin". Mox idem cum Fleckeis. Ann. phil. XCV p. 632: „nouissem", quum superiores *nossem*. Hiatur autem in diæresi post *ille*. — *probe* ed. pr.; Cam. „approbe". — 958. *Enimuero*, v. ad Poen. 278. infra 987. 989. — 959. *nummum Philippum* R. — *circumducere* ed. pr. — 961. *aurum* Cam. — 962. *si capitis res sit*, Guiet., si vita constet. — *nummum plumbeum*, v. ad Most. 876. Cas. 236. imprimis Engel. in Bulletin de Correspondance Hellénique VIII (1884) pl. I—VI. — 963. *te tribus verbis uolo*, cf. Mil. 377 et 1015. — 965. *Philippeum*, Philippum pronuntiandum, cf. 959. — *in mensa*, apud argentarium. — 967. *Mirum quin* ed. pr., cf. 497. — 969. *a* correptum, v. Proleg. p. 181. Br. præf. p. 16; R. Reizium secutus: „Quod te a me". — 970. *es* ed. pr. — 971. *eris* posteriorem producere videtur accedente pausa, quoniam additur: „quod ad hoc quidem aurum attinet". Herm. „huic auro". — 972. *postulas*, cf. 239. — 974. *me obrepsisti* R., cf. 61; verum sine obiecto Pseud. 689, ut res admodum dubia sit. — 976. *auri feci* ed. pr. — 977. *decharmida*, i. e. exue Charmidem, R. Quod autem „te" addit, fallitur, nam in principio versus *tu te* legendum, ut superiores, non ut ipse „tute". — 979. *mea causa*, v. ad Epid. 677. Pseud. 123. — 980 emendari potest, si scribitur: „non is eras, qui es; nunc is es factus"; sed fortasse spurius est, ut censuerunt Ladewig, R. al. — 981. *Age si quid agis*, v. ad Epid. 197. — 982. *scriptum quidem*, non numeratum, cf. ad Asin. 437. — 983. *propere abire* Both.; „properas ire" R. cum Guieto. — 984. *Dormitator*, cf. 862. — 985. *illum quem*, attractio, cf. ad 138. — 986. *Eho*, *quaeso*, *an* Pareus. — 988. *ipsissumus*, propter hoc voc. versum affert Priscianus III p. 598. Cf. Pompei. Comm. p. 153 K. — 989. *Abin hinc* Guiet. — *sero* Gulielm. — Ante *aduenis* hiatur; „huc" add. Reiz. R. — 990. *Uapulabis* Cam. Post *arbitratu* hiatus in diæresi. — *nouorum aedilium*, v. supra p. 562. — 991. *quando quidem*. R. „quando equidem", v. ad 353. Hoc autem principium „quom saluos aduenis" sequi solet gratulatio et invitatio

ad cenam. v. Bacch. 534. Stich. 473. Curc. 561; hic *παρὰ προσδοκίαν* addit sibi mortem eius æque gratam futuram esse. *an* similiter ponitur Curc. 395, ubi parum recte pro disiunctivo explicavi. Merc. 145. Poen. 556, quos locos attulit Br.; nec aliter „Eho an“ 934. — 992. *periisses* Cam. — 993. *accepi; te* Valla. *macto infortunio*, v. ad Amph. 1027. — 994. *Ceterum* Gulielm. — *floccum non interduim* Cam., cf. Rud. 569: „ciccum non interduim“, quod R. hic quoque posuit propter 992. — 995. *Ibo ad* ed. pr. — 997. *Qui te di* Scaliger em., v. ad 923.

998. Charmides secum senariis loquitur. — 1002. *epistula.* Supra 894 sqq. duæ commemorantur, quare Meier. R. alii hic quoque pluralem scripserunt, nimis, ut mihi quidem videtur, accurate. „*concenturiat*: instruit, ordinat, dictum a centurionibus qui milites ordinant“, Placid. p. 27 Deuerl. — 1003. *agat*; hic quoque R. „agant“. — 1004. *Numquam* ed. pr. — *tinnit* præeunte Camerario Herm. — 1005. *mutumst* Pareus. Hunc versum R. spurium habet; non credo. *Nisi qui*, cf. ad 257: „ubi qui“.

1008. Stasimus, qui in popina aliquantum temporis bibendo consumpsit, tandem condicionis suæ memor domum properare incipit; sed mox quum videat se anulum in popina reliquisse. subsistit dubius utrum anulum repetat an inceptum iter pergat. Canticum trochaicis septenariis compositum. — 1009. *metus.* R. cum Kochio „malum“; Br. illud iure tuetur coll. Capt. 514. — *stultitia tua* Cam. — 1010. *iam dudum factum est quom*, cf. ad Pers. 818. *quom abisti* cum hiatu legendum; Guiet. R. „quum abiisti“. — 1011. *bubuli cottabi*, plagæ loris inflictæ. Cottabus enim lusus est in Græcorum conviviis usitatus, quo vinum ita ex poculo proiciebatur, ut cum vi et sonitu aliud vasculum aut lancem aliquam suspensam feriret, v. Ussing de nominibus vasorum p. 163 sq. Jahn. Philol. XXVI p. 201 sqq. al. — 1012. *aberis* Cam. *ab eri quaestione*, v. ad Capt. 252. — 1013. *nihili* ed. pr. — *satin*, cf. 925. — *thermopolio*, v. ad Curc. 292. Errore in B „termipolio“ scriptum esse, ceteris omnibus testimoniis arguitur. — 1014. *Condalium*, anulus, v. Festi Ep. p. 38. Plauti fabula eius nominis ferebatur, v. Gell. III. 3, 9. Varr. L. L. VII, 77. — *thermopotasti.* Ex

Græco *θερμοποτάζειν* proprie non thermopotare, sed thermopotassere formari debere animadvertit Br. — *gutturem*, cf. ad Aul. 296. — 1015. *recurre petere*, ut petas, cf. ad Bacch. 351. — *re* add. Cam. — 1016. *Gurgulio*, i. e. curculio, vermis, v. vol. II p. 527 sq. Male alii ad eam gutturis partem referunt, cui idem nomen est; currentem, qui subito subsistit, propter tarditatem cum vermiculo comparat. — 1017. *poteriis* Cam., cf. Stich. 693. — 1018. *Memoriam* Seyff., cf. ad Trucul. 219. — Ante *hominibus* hiatus, v. Proleg. p. 221. — *an uero* R. recte refert ad *te redipisci postulas* v. 1022; sed inde non sequitur ut v. 1022 post 1019 ponendus sit; vv. 1020—21 parenthetice interponuntur, cf. ad Pers. 491. — 1020. Nomina ficta fures significantia aliter Ritsch. Opusc. III, aliter Speng. præf. p. VII constituere conati sunt. *Trochus* Speng., quod ille ad tormenta rettulit, ego ad celeritatem amovendi; R. „Chiruchus", quod potius manus continentem quam manu arripientem significaret. — *Cerconicus*, cuius etymon est *κέρκος*, unde *κέρκωψ*, omnium fraudulentissimum significat. Spengelius: „Creconicus, quod voc. ex *κρέκειν* et *νικᾶν* compositum notet servum pertinacia vincentem plagas", quæ notio mihi quidem huic loco parum convenire videtur. — *Crinnus* quid sit nescio. Sp. hoc quoque ad tormenti genus refert. R. dubitat utrum „Crimnus" scribendum sit (p. 318) an cum Hermanno Crinus (p. 345), sive hoc a *κρίνον*, vocabulo ad *πτωχοῦ* significationem accommodato testibus Polluce VI, 197, Hesychio, Suida, an a *μάζης* specie quadam *κρίνον* vocata secundum eundem Hesychium et Athenæum III p. 114 sq. derivandum sit. — Tum „Cricolabus" R., quasi *ὁ λαμβάνων κρίκον*, i. e. condalium; Sp. *Cerdobulus*, qui lucrum spectat, multo veri similius. — *Collabus* cum Collabisco Poenuli maximam similitudinem habet, quod nomen Vol. IV, 2 p. 294 explicare conatus sum. Quæ explicatio quum admodum incerta sit, hic non dubito, quin fur significetur, quamvis Br., quia *κόλλαβος* Aristotelis scholiastæ *μικρὸς ἀρτίσκος* est, famelicum hominem significari crediderit, Sp. ab epitonio deducat, „quo ut ad tendendas lyrarum chordas utebantur, ita etiam in servorum tormentis usi esse videntur veteres". Ne in proximo quidem versu tormenta, sed vincula et quotidianæ poenæ servorum signifi-

cantur. *Collicrepidae* W. A. Becker, i. e. in quorum collis ferreæ catenæ vel collaria crepant, v. ad Capt. 356. Speng. p. VIII frustra codicum scripturam defendit. *crurierepidae* eodem modo dicitur. Formam ad patronymica accommodatam esse ut plagipatidas Capt. 471, animadvertit Br. *ferriteri*, qui ferrum terunt, v. ad Capt. 882. — 1023. Tam celeres eorum manus esse dicit, ut etiam currenti *solum* (cf. Bacch. 329. Curc. 297) surripere possint. *surpuerit* Lindem. „Quorum eorum" aperta dittographia est. „unus" pro unus quisque vix dici potest; itaque *Eorum quiuis* scripsi; R. „Quorum hercle unus". — 1025. *epithecam* Cam., i. e. auctarium, ut ait Br. coll. Ar. Vesp. 1391: *κἀξέβαλεν ἐντευθενὶ ἄρτους δεκ' ὀβολῶν κἀπιθήκην τέτταρας.* Aut hiatur post *damnum* in diæresi aut cum Scaligero et R. *ἐπιθήκην* scribendum. — 1026. *quod periit, periisse.* W. confert Catul. 8, 2: „et quod uides perisse, perditum ducas". — *cape uorsoriam*, cf. Merc. 863. — 1028. *ueteres hominum mores* Lindem.; R. maluit: „ueteres ueterum mores". — 1029. *Potius* abundat, ut „magis" Amph. 297, ubi vid. Ter. Hec. 534. Ad. 222. — *in maiori honore* Loman. — 1030. *basilica*, cf. Capt. 805. — 1031. *more* Dousa. — 1032. *homines* Bergk. *nihili* Scaliger. — *nisi*, sed id tantum curant, cf. 234. — 1033 Ambitus leges ante Plauti ætatem erant, v. ad Amph. 74; sed eæ non omnem ambitionem vindicabant. — 1034. *iacere fugereque*, cf. ad Pers. 722. — 1035. *pro flagitio*, ut præmium. — 1036. *Strenuosos* Loew. Anal. Plaut. p. 202. Br.; R. cum Scaligero: „Strenuos nunc". — 1038. *Magisque is* (i. e. iis, v. Proleg. p. 212), ut olim conieceram, nuper Spengel. — *liberis* ed. pr.; cum gravi ironia rationem inversam esse significat. — 1038. *Et miserae* Speng.; superiores „Eae misere". Leges tabulis aeneis insculptas clavis ad parietes affigi solitas esse satis notum est, et ostendunt exemplaria ad hoc tempus servata. — 1040. *nimio*, cf. 388. — 1041 sq., cf. Aul. 515 sq. — *Et* Acidalius. — 1043. *istis* ed. pr. 1043—45 spurios habet R. — 1046. *animaduorti* A. — *hominibus* ed. pr. — 1048. *quoque etiam*, v. ad Amph. 30. — 1049. *ex ingenio . . . probant*, cf. Pers. 213. — 1050. Both. R. alii post v. 1054 posuerunt. De structura v. ad Epid. 216. — 1051. *Si cui*

et *dederis* A. — 1052. *beneficio* proceleusmaticum infert. — 1053 sq. Bergk. R. alii spurios habent. *exigere occipias* et *amiseris* A. — 1055. *talentum*, v. 729. — 1056. *Quoi* A. — 1057, cf. 936. — *rebus curem*, v. ad Mil. 483. — 1058. *tutelam* A.

1059. Post *audi* hiatus in diæresi; Mueller. „audin". — 1060. Nonius p. 510 sq.: „*Saeuiter* pro saeue Plautus in Poenulo (332): aha tam saeuiter. Idem in Trinummo: animum Stasime saeuiter". — 1061, cf. ad Pers. 272. — 1062. *est* A. — *quid ago?* v. Madv. Gr. Lat. 339 ann. 2 a. Ter. Heaut. 343. ad Amph. 387. — *da magnum* A. — 1063. *obnoxius*, cf. Asin. 282. Stasimus herum agnovit, sed se simulat non nosse. — 1064. *bonust* et *secust* R. ut 1062, quamquam etiam A in secunda persona congruit. — *ut mones* A. — 1067. *illam alteram*, v. Whitte, Opusc. ad Madv. p. 87. — *apud* A. — 1068. *fiet* A. — *huc ad me* id. — 1070. *Ipsus* A. — 1073. *Saluom te*, sc. advenisse gaudeo, ut 1097. al. — 1074. *omitte* A. — 1075. *filium a. f.*, attractio, cf. ad Merc. 736. — 1078. *Quo tu te agis?* v. ad Bacch. 1103. — In extremo versu librarius codicis A ad exitum proximi versus aberravit. — 1082. *Quot?* ed. pr. — 1085. *posticulo*, cf. 195. — 1087. *miser summis periclis* Kampmannus, quæ vox quum proximo versu repetatur, R. „aerumnis" substituebat, cui obloquitur Br. p. 148. Goetz. Act. Lips. II p. 461: „Ego mis aerumnis Herculeis". Buggius Opusc. ad Madvigium a disc. miss. p. 186: „Ego mille aerumnis incolumis". — 1089. *saluos* ed. pr. — 1090. „hoc aetate" legit Nonius p. 192 erratum pro idiomate grammatico notans. — 1091. *aquam*, cf. ad Amph. 1074. — 1092. *offusam* ed. pr.

1093. Exit Callicles, dum thesaurum effodit, clamore eiulantis Charmidæ excitus. Senariis loquitur; errore C notam addit cod. B. — 1095. *qualine*, cf. ad Pers. 309. Hor. Sat. II, 2, 107: „uterne". 3, 295: „quone". 317: „quantane". Ovid. Met. III, 477: „quone". al. — 1096. *cum magna fide*, cf. ad Mil. 16. — 1098. *Credo*, sc. te gaudere. — *omnia istaec si ita sunt* R., i. e. si et probus et fidelis et fidus es. Ritschelius uberiorem explicationem antecessisse putavit et gravem illam, quam suspicatur, lacunam præfat. p. XXVIII sq. explere conatus est. Qualia

quum nostræ ætatis poetis fere necessaria videantur, Plautum tamen fatendum est in extremis fabulis admodum properare nec libenter ea quæ spectatores iam semel audierunt repetere. Quare hic quoque nescio an nihil exciderit, præsertim quum v. 1101 intus se hæc narraturum promittat et v. 1137 hoc ita factum esse dicatur. Ipse adspectus Calliclis redeuntem amicum cum summo gaudio recipientis et fidem suam ita profitentis, ut de ea dubitari non possit, Charmidem commovet. — 1100 sq. *dotem . . . quae daretur*, attractio; exspectabatur: qui aut quæ dos daretur. — 1102. *Hem.* Ribbeck. Lat. Part. p. 30 sq. „Em" voluit. — 1103. *in Piraeum* ed. pr. — *unum*, ne cursum interrumpas aut subsistas. — 1105. *Iubeto* Pius. *Sangarionem.* R. cum Salmasio „Sagarionem", v. Comm. ad Stichum p. 520. — 1109. *Illic sum atque hic sum.* Planius Amph. 962: „Iam hic ero, quom hic censebis esse me". cf. etiam Pers. 191. — 1110. *amicus* ed. pr. — 1112. Huius versus primam solam partem servarunt codd.; qui autem adiungitur (*Sed hic unus* cett.), nisi plura antecesserunt, ferri vix potest, quare unum saltem versum excidisse statuendum. Sed illud quoque apparet, hunc versum scenæ ultimum esse, ut quæ in codd. adduntur abiicienda sint. His in priorem locum translatis R. lacunam sic redintegrare conatur: „Quamquam labores multos ob rem et liberos Apsentis mei eri eum ego cepisse censeo".

1115. Lysiteles postquam Charmidem audivit domum redisse, iam certa spe fore ut filia eius sibi in matrimonium detur gaudet. Vv. 1115—19 dimetri anapæstici sunt, 1120—24 septenarii trochaici. — *Hic homo*, i. e. ego, v. ad Mil. 1065. *praecipuus*, quasi superlativus sit, cum genetivo iungitur. — 1118. *subest*, i. e. adest, recte tuetur Spengel. Reformvorschl. p. 421 coll. Pers. 330: „ut mihi supersit, suppetat, superstitet". — 1119. *gaudiis gaudium suppeditat*, i. e. suppetit; gaudiis expletis tamen novum subest gaudium, cf. ad Asin. 420. Both. Bergk. R. „gaudia suppeditant". — 1120. *domi* add. R. — 1123. *fundus*, auctor, ut ait Fest. Ep. p. 89 proprie de populo alius civitatis leges accipiente et sibi sanciente, v.

Cic. p. Balbo. Gell. XVI, 13, 6. — In exitu versus R.: „eo ego . sed fores", ut proximus ab „Hae" incipiat. Speng. tantummodo lacunam indicavit; Schoell. supplevit: „eo ego ex hoc loco".

1125. Exeunt Charmides et Callicles. Scena trochaicis septenariis scripta canticum esse in B significatur. — *in terra* scribendum; Camer. „in terra dum" scripserat, R. „in terrad", v. Brix. p. 149. — 1126. „Quoius" R.; sed retineri potest *Quoi*, quod et ipsum genetivum esse ostendunt Buecheler. Lat. Decl. p. 39. Luchs. Genetivbildung p. 29. cf. ad Casin. 503. — *tuam* R. — 1127. *exaedificauisset*, ex ædificio eiecisset. — *hisce* scribendum erat, non *his*. — *aedibus*, dactylica vox trochæi loco posita, v. Proleg. p. 181, Br. h. l. — *absque*, cf. 833. — 1130 sq. Callicles, quod thesaurum Charmidæ restituerit, nullam laudem sibi deberi dicit, nec enim proprium sibi datum esse, sed utendum tantum. *prosumpserit* nihil est, quamvis defendat Gronovius. R. al. Boxhornii coniecturam amplectuntur: „prorsum perit"; sed iure Gron.: „Quis sanus dixit beneficium, quod datur, prorsum perire?" Equidem scripsi: *pro suo sumpserit.* Proximo v. Reiz. Herman. cett. metri causa „repetundi id"; sed obscurius dicuntur „datum utendum est"; itaque malui cum Bothio: *Quod datur utendum.* — *uelis* ed. pr. — 1132. *nequeo* ed. pr. — 1133 affert Nonius p. 306 *fortem* explicans „divitem et copiosam". — 1134. *quidem* ostendit hanc sententiam Calliclis esse, non ut R. voluit Charmidæ. — *Enim*, v. ad Mil. 431. — 1135. Non. p. 355 sq.: „Occupare est etiam invenire, tenere vel possidere. Plautus Trinummo: familiam optimas occupauit". — 1136. *mancam opinor*, cf. Ter. Phorm. 140: „adeam, credo". C. F. W. Mueller. Annal. phil. LXXXIII p. 267. — *commodum*, cf. 401. — Post hæc Bergkius, R., Br. versus non paucos intercidisse putarunt, quibus Lesbonici cum Calliclis filia nuptiæ pactæ sint, v. 1183. Hæc enim propter v. 1163 Lysitelem audisse statuunt; sed vocis „affines" alia explicatio quærenda est. Illi pactioni, si non intus acta est (v. 1137), unus locus convenit post v. 1168, ubi si quis versum excidisse putet, talem proposuerim: „Ego ei, si tu non neuis, meam filiam uxorem dabo"; sed num hoc Plauto necessarium visum sit, vehementer dubito. — 1138. *occessit* Gulielm., v. ad Pseud.

251. — 1139. *aureum* Cam. — 1140. *aibat* Guietus. — 1141. *nec qui* ed. pr., cf. ad Stich. 767. — 1145. *qui* Acid., i. e. ullo modo. — „et“ del. Both. — 1146. *Me esse penes*, cf. Aul. 646: „neque tui me quidquam inuenisti penes“. — „eum“ del. Both.; „a“ rectius Abraham Annal. phil. Supplem. XIV p. 188 ad usum Plauti. — 1148. *Beneuolens*, cf. 46. — 1153. *dignus salutis* Nonius p. 497 extr. „Genetivus positus pro ablativo“, cf. Cic. ad Attic. VIII, 15, 1: „cogitatio dignissima tuæ virtutis“. Wölfflin Mus. Rhen. XXXVII p. 114. — 1154. *Tunica propior pallio est.* Ut tunica corpori propior quam pallium est, ita socerum ceteris amicis propiorem videri dicit. Wr. confert Theocr. 16, 18: ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμα. Hæc, quæ codd. Callicli dant, editores recte, ut videtur, Lysiteli tribuerunt. — 1155. *uobis* add. Herm. — 1150. *homines conloquar*, cf. 1135. ad Amph. 335. — 1156 affert Nonius p. 144: „Neuult pro non vult . . . Plautus Trinummo: Filiam meam tibi desponsatam esse audio. Nisi tu neuis“. — 1157. *Sponden tu* R. — 1158. *dotis*, v. ad Merc. 695. — 1159. *placenda*, cf. „abstandus“ supra 265. — 1161. *Ius hic orat*, iustum dicit, cf. ad Epid. 26 et Capt. 332. — 1163. *idem hoc*, cf. Curc. 673: „Et ego hoc idem una spondeo“. Testimonii et auctoritatis causa amicus idem spondet et consponsor fit (Cic. ad Att. XII, 17), βεβαιωτήρ. — *adfinem* etiam Calliclem appellat, qui et ipse spopondit et puellæ pro patre fuerat ipso absente. — Notæ codicis B quid significent, non liquet. Bergk. lacunam suspicatus est, quo non est opus. Ceterum cf. 858. — 1164. *Atque* in transitu ad novam rem, v. ad Amph. 948. R. „Atqui“ voluit. — Charmidæ, qui sequitur, sermonem non cum Callicle habitum esse, sed cum Lysitele, Ritsch. Parerg. p. 578 sq. probare conatus est, parum feliciter. Quod autem in B vestigia huius rationis relicta esse dicit, nihil est, nam Є littera vv. 1162, 1165, 1178, 1179, 1184 male posita Lesbonici, non Lysitelis nota est. — 1165. *quia*, cf. ad 636. — 1166. *est* add. Cam. — Post hunc v. R. lacunam suspicatur. — 1167. *est* et *scies* ed. pr. — 1168. *missa* edd. — 1169. *quassas caput*, cf. ad Asin. 400. — 1170. *Quom*, cf. ad Amph. 636. — *ut esse nolo*, sc. eum, quod add. R. ut 308. — 1171.

leuiorem, non satis gravem, minoris auctoritatis; *erga* h. l. fere idem est atque apud; veretur Charmides, ne Callicles se ab amico sperni putet. Herm., quem R., Fl., Br. sequuntur. „me leuiorem erga te"; sed levitas ibi nulla accusari poterat. — 1172. *sint' si* R.; Speng. cum Lindem. „sunt si". Post Bothium vero omnes hunc versum proximo postponunt; ego, quia ne illo quidem loco non ineptus est, seclusi. — 1175. *uocate* Both. — *ita*, cf. ad Pers. 471. — *subito propere*, Plautina abundantia, v. ad Aul. 256. R. cum Acidalio „subitumst".

1176. Novam scenam recte orditur Both.; codd. cum antecedenti coniungunt, et post 1124 in B etiam Lesbonici nomen legitur. — *subito* del. Guietus. — 1177. *Beneuolens tuus*, cf. 46. — „est" utrumque om. Donatus ad Ter. Eun. 5, 5, 8 propter *satin salue* hunc versum afferens. Cf. ad Men. 765. — 1178. *Recte*, cf. Ter. Ad. 884: „Quid agitur? SY. Recte". — 1181. „*Si quid tibi laboris*, sc. evenit, nollem, cf. Ter. Heaut. 82: Si quid laboris est, nollem". Br. — 1182. *si . . . uis*; hæc et ipse olim et nuper Speng. cum antecedentibus iunximus. R. cum sequentibus, sed ut post hunc versum aliqua excidisse putaret. — 1183. *huius* add. Herm.; R. cum Bergkio: „Callicletis". — 1184. *Et eam* Both. — 1185. *una* add. Lamb. — *adfatim* ed. pr. — 1187. *si modo*, v. ad Capt. 991. Cam. R. „facias" fortasse recte. — 1187. *Num quid* Cam. — „licet" del. Guiet. — 1189. Callicli recte dat B; Charmidi continuant cdd. — *Ω*, v. Proleg. p. 173.

COMMENTARIUS

IN

TRUCULENTUM.

Truculentus,

quæ fabula se ipsa (v. 957) in Veneris tutela esse ait, in describenda avaritia meretricis et nequitia amatorum versatur. Phronesium meretrix Atheniensis tres amatores habet, unum urbanum adolescentem, Diniarchum, quicum per aliquod tempus familiariter consuevit. Is dum peregre proficiscitur, Strabacem adolescentem rusticum illum quidem et rudem, sed pecuniæ præ amore prodigum sibi devinxit. Ante decem menses autem Stratophanem, militem gloriosum, amatorem habuit. Quem postquam Athenas rediturum esse comperit, quo eum facilius et gravius despoliet, meretrix simulat se gravidam ab eo relictam nuper puerum peperisse, alienum scilicet puerum sibi supponens. Sic dum a tribus simul amatoribus ingentia dona accipit omnesque ludificatur, Astaphium, ancilla eius, Strabacem quærens servum eius convenit. Hic magis etiam quam herus rusticus et ab urbanis leporibus alienus gravissimo convicio mulierem insectatur, sed paulo post truculentus iste homo illecebris eius ipse libenter cedit (663 sqq.). Eius causa Truculentus hæc fabula appellatur. Meretrix vero tribus amatoribus simul obligata et puero supposito gravissimæ fraudis rea, impudentia sua servatur. Nam puerulus ille Diniarchi erat ex ingenua puella natus. Is hac re palam facta puellam, quam compresserat, uxorem ducere cogitur, Phronesium autem ab eo impetrat, ut se triduum puerum retinere sinat, ne quid miles sentiat ante quam multo plura profuderit. Strabacem vero et Stratophanem, ignavissimos homines, ambo simul ad se invitat.

Ex qua Græca fabula Truculentus ducta sit, ignoratur. Nam nec qui ad Menandri Thaidem rettulit, Schmitzius nec qui

ad Sicyonium eiusdem poetæ, Schoellius quidquam præter inanes coniecturas protulerunt. Senem Plautum hanc scripsisse Cicero testatur Cat. mai. 14, 50, nec abhorrent quæ in ipsa fabula inveniuntur temporis vestigia. Nam v. 481 „falsis de pugnis" ad Catonis orationem a. 190 habitam referri potest, et v. 77, „Re placida atque otiosa uictis hostibus", post bellum Antiochenum et Ætolicum finitum scriptus videtur. Cicero etiam Plautum hac fabula vehementer gavisum esse suspicatur; ac sane turpe illud argumentum perspicue explicatur moresque personarum varii optime pinguntur; sed festiva illa hilaritas, quam in plerisque Plauti fabulis admiramur, hic nimis sæpe desideratur. Qui autem, quia parum æqualiter argumentum iis expositum videbatur, fabulam ex duabus Græcis contaminatam, ut Ladewigius, aut retractatione in brevius contractam censuerunt, ut Reinhardt. in Studem. Stud. I p. 93, Dziatzko in Mus. Rhen. XXIX p. 59, alii, nihil nisi leves suspiciones attulerunt, nec Spengelius probare potuit, tertii et quarti actus maiorem partem intercidisse, v. ad v. 659. Illud apparet, archetypum codicum BC, vel potius illum codicem, unde is descriptus est, ita humiditatem aut aliam iniuriam expertum esse, ut non nulla omnino non legerentur, quædam tam difficulter, ut tantummodo umbra quædam eius, quod a Plauto scriptum erat, ad nos traderetur; meritoque Camerarius hanc fabulam mendosissimam et laceram ad nos pervenisse queritur. „Est autem" inquit „ita depravata et corrupta a librariis, ut aliquoties fuerit mihi in animo me editurum non esse illam." Itaque quamvis non pauca, maxime ipsius Camerarii opera, correcta essent, tamen ita deposita videbatur viris doctis, ut eam ne Æsculapii quidem medicina sanari posse dicerent. Tandem exoptatum auxilium attulit palimpsestus Ambrosianus, qui utinam totam fabulam continuisset! nam qui unus exstat quaternio, vel potius tres partes quaternionis (v. Schoellii præfat. p. XII sq.) maximam partem legi potuerunt. Hæ membranæ continent vv. 111—142, 176—315, 349—387. Accedunt extremæ paginæ paucæ quædam laciniæ, unde aliqua eruit Studemundus (v. Spengelii ed. p. X.). His adiutus subsidiis Spengelius a 1868 fabulam ita edidit, ut ex parte nova videretur; sed quoniam in plerisque solis nitimur

Palatinorum testimoniis et omnis corruptorum emendatio a coniectura pendet, quamvis multa Spengelius feliciter invenerit, tamen non est mirandum permultum relictum esse operis. Post eum in hac fabula emendanda multi viri docti elaborarunt, maxime Kiessling. Annal. phil. XCVII, Seyffert. Philol. XXVII, Brix. in progr. gymnas. Liegnitz. 1868, Buecheler Ann. phil. CV p. 568 sqq., Buggius Ann. phil. CVII., Phil. XXX, Opuscul. ad Madvigium a discipulis miss., Fr. Schoellius prius in Analectis Plautinis, deinde in editione Ritscheliana 1881, alii, quos ubi opus erit nominabimus, i. e. ubi eorum coniecturas aut in textum receperimus aut ut in re dubia commemorandas duxerimus, si forte aliis veri inveniendi viam monstrare possint; pleraque consulto omisimus, præsertim quum in accurata Schoellii editione inveniri possent. Permulta etiam nunc restant, nec nisi novis subsidiis inventis persanari posse fabulam sperandum est; editori autem concedendum, si in hac fabula edenda audacius quam in ceteris versabitur. — Varietas scripturæ maximam partem ex Spengelii et Schoellii repetita est editionibus. Magno etiam usui fuit Schneideri programma Vratislaviense a. 1834, cui „præmissa est Plauti Truculentus ex codice Heidelbergensi expressa".

Personarum nomina partim ea sunt, quæ Athenis vulgo in usu fuerunt, ut *Callicles*, *Strabax*, *Diniarchus* etiam, a Dinia formatum ut Alcesimarchus in Cistellaria ab Alcesimo; nomen restituit Ritsch. Opusc. III p. 343, quum antea Dinarchus scriberetur; vera forma exstat 121 in A, 192 et 204 in AB, 353 in ABC, 582 in B, 815 et 847 in B; partim nomina ex ingeniis personarum finguntur, ut *Phronesium* meretrix callida vel sapiens, v. 80, *Stratophanes*, qui militarem speciem ostentat. *Stratyllax* Strabacis servus truculentus est. Nomen in contextu fabulæ nusquam exstat, sed in titulo ante v. 636 „Stratilax" legitur, quod quamquam ibi falso scriptum est, nam herus, non servus significandus erat, tamen ad servum pertinere olim intellectum est. Verum viderunt Bothius et Bergkius (Zeitschr. f. Alterth. 1848 p. 1126) allato Ciceronis loco Ep. ad Attic. XVI, 15, 3: „Leptæ litterarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur Stratyllax ille deiectus de gradu", ubi M. Antonius, cuius animos fregerant milites Brundisii parum obedientes cum

truculento Plauti sævitiam exuente (v. 663) comparatur. Stratyllax autem (a στρατῷ) est pugnax, litigiosus, ut ait Both., v. Schoell. præf. p. XXXVIII. *Astaphium* ancilla meretricis appellatur, quasi uva passa, cf. 267; *Archilis* altera eius serva tonstrix, v. ad 128. *Cyamus*, i. e. faba, Diniarchi servus est; is Geta dicitur in titulo v. 546 et in edd. ante Spengelium, quia hoc nomen v. 571 legebatur, sed falso; verum nomen exstat 577. 580. 692. Quibus autem personis sermones attribuendi sint, Græcis litteris indicatum fuit, ut solet, v. Proleg. p. 158. ad Poenul. p. 294. Quæ utinam ubique exstarent, sed plerumque spatia tantum vacua apparent, nec ubi exstant prorsus ita positæ videntur ut in Poenulo et Trinummo, ut litterarum ordo idem esset personarum in scenam exeuntium; nam *A* quidem Diniarchi nota est (v. 775 sqq., pro quo errore *Δ* 722 sq.), sed *B* Calliclis (774—828 frequentissime), Є Astaphii (723—727), verum inde ab 779 Є alteram Phronesii ancillam significat, *Θ* Calliclis ancillam, nisi ubi hæ duæ notæ errore confunduntur, v. ad 765.

Argumentum

acrostichon. 1. *pereunt*, Speng. confert Poen. Prol. 96 et 1092, nec dubitat quin ex prol. v. 20 sumptum sit. — 2. „*urbe*, ex urbe, urbanus“ Sp. — *peregre*, v. ad Amph. 5. — 3. *bolo*, v. 31. — 4. Ante *editum* hiatus; vulgo cum Scaligero: „supposiuit sibi“. — 5. *ac* ed. pr. — 6. *Lupae ne* Pylades. Sævit servus, ne ea rapiant meretrices, quæ collegit domini parsimonia. De scriptura codicum „ni“ cf. Ritsch. Opusc. II p. 629. — 8. *propensa*, gravia, v. ad Bacch. 511. — 9. *Tandem* ed. pr.

Prologum

Truculenti Ritschelio duce a Plauto ideo abiudicant, quia poeta ipse primo versu nominetur; sed eo modo nominatur, quo quin se ipse nominaverit nihil impedit, non ut in Asinaria, Casina, Menæchmis, Pseudolo; quare hac quidem de causa nihil affirmare ausim. Alteram causam affert Reinhardtius (Studemundi Stud. I p. 93 sqq.), quod argumentum fabulæ quamvis hoc

prologo indicatum sit, tamen iterum prima scena ab ipso Diniarcho enarretur; hunc igitur verum fabulæ prologum esse, illum alterum post Plauti ætatem additum. Contra quem Dziatzko Mus. Rhen. XXIX p. 51 sqq. disputans prologum genuinum habet, sed primam scenam varie interpolatam, et ea quidem, quæ prologum potius quam personam fabulæ dicere convenirent, manifesto spuria esse censet. Ex quibus mihi quidem Reinhardtii sententia multo probabilior videtur, sed eum quoque severius et calidius iudicasse arbitror. Nam ut de prima fabulæ scena nihil tollendum censeo, ita non dubito, quin huic sine ulla offensa brevis hic prologus præmitti potuerit; utrum ipse Plautus an alius præmiserit, pro certo diiudicare non audeo.

Prologus autem ante quam argumentum fabulæ exponit, Athenis fabulam agi indicat, facete locum petens a Romanis, quo Athenas statuat, sine fabrili opera Græcam urbem Romam se translaturum esse promittens. 1—3 ex Prisciano restituti sunt de metris Terentii 9 p. 1322: „in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo: Perparuam cett.". Cum Prisciano congruit Apuleius Florid. 18, nisi quod codd. v. 3 „quos in architectis conferam". Schoellius v. 2 ex Lipsii coniectura ed. „De moeris magnis". — 5. Prima corrupta. Camer. „Meditor equidem"; Gepp. „Minor equidem"; Schoell. „Meo ore aio equidem me adlaturum"; Baehrens Ann. phil. CXXV p. 473: „adnuont, mea ope quom uoui me oblaturum, sine mora"; Spengelius: *Credo equidem*; auferri permissum dicitur ut responsum; sed fortasse „a uobis" scribendum. — 6. *Abnuunt* Cam. Ante hoc hiatus; Buecheler „de uostro quippiam aere orem"; Sch. „exorem". — 7. *Eu hercle* Speng., cf. ad Most. 331. Nordisk Tidskr. f. Filologi V (1880) p. 64. — *in uobis* Cam. — 9. *qua huc* codd. cum hiatu; Cam „huc qua"; Bergk. „quoia huc". Cf. ad Rud. 90. — 10. Cam. ed.: „Athenae istae sunto ita ut h. e. p.", Speng. „Athenis haec sunto cet."; Muell. „Athenae haec urbs est i. u. h. e. p.". Sed quæ est ista comparatio in una eademque re? Schoell.: „Athenas traloco ita ut"; Baehrens l. l. „Athenis (indicio ita ut h. e. p.) tantisper". Quorum quum nihil satisfaceret, scripsi

translatum huc. — 12. *nomen cui est* ed. pr. — 14. „suo“ del. Weisius. — 15. *reliquum* ed. pr.; quadrisyllabum apud Plautum, v. ad Asin. 231. — 19. *auerrat* Weis., cf. Rud. 834: „Conuorret iam hic me totum cum puluisculo“. — 20 sq. in archetypo insanabilem labem contraxerunt et sequentia prorsus perierunt, quæ utrum pauca an multa fuerint ignoramus. Omnes tres amatores necesse est commemoraverit prologus; verum hoc non in exitu prologi, sed ante v. 18 factum esse ibique non pauca intercidisse Kiessling. et Schoellius putarunt. Hic Camer. ed.: „aetas huic si superet mulieri, Ad se cum anima eius habentiam euerrerit“. Speng.: „tris uicissim pereunt mulierem; His cum animo, dum habent, res exenterabitur“. Muell. „tris simul unam pereunt mulierem“; quibus Buggius Opusc. ad Madvigium a discipulis miss. p. 186 addit: „Hisce, unam dum habent minam, eam ameicae deferunt“. Schoell.: „si quid restat, super hac muliere, His ruminandumst, qui ad eam aduenient, ceterum“.

Prima scena, quæ senariis scripta est et in codd. DV, i. e. diverbium, v. Proleg. p. 171 sq., esse significatur, Diniarchus nequitiam suam spectatoribus expromit amoris sumptus ceterasque difficultates et meretricum mores copiose depingens. 22. Non totam vitam sufficere ait ut perdiscatur, quot modis spolietur et ludificetur qui meretricis amori deditus sit. Versum afferunt Varro L. L. VI, 11 et Priscianus de metris Terentii 9, p. 1322, qui duos proximos addit sic: „Amanti, dum hic perdiscat, quod pereat modis, Neque eam rationem ea ipsa umquam edocuit Uenus“, unde v. 23 emendari potuit. — 24. Ne Venerem quidem ipsam ait hanc rationem subducere posse, quamvis ad eam omnis amantium ratio referatur. *educet*, pro quo „subducet“ substituebat Mueller, cum Buggio, Luchsio, Schoellio idem significare posse credo. — 25. *Quam penes . . . redit*, cf. Ter. Phorm. 317: „ad te summa solum, Phormio, rerum redit“. *summa summarum*; Speng. confert Lucr. V, 361. Plin. H. N. VII, 99. Senec. Ep. 40 extr. — 27. *exoretur* ed. pr. — 28. *blanditiae* ed. pr. — 29. Corrupta verba alii aliter emendare conati sunt;

Cam. „pericla“, cui alii alia adiungunt, sed vox ipsa parum apta; Bugg. „quot sublectamenta“, Kiessling. „quot sunt perfidiae amanti“; ceteris melius Spengel. „quot superbe facta“, quicum convenit Luciani locus a Schoellio laudatus Toxar. 13 de artibus meritriciis: προσεκκαῦσαι ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ, καὶ μετὰ μικρὸν ὑπεροψίᾳ. Hunc secutus Sch. „Superbiae, lamentae“, ego: *quot subeunda imperia.* — 30. *perferundum* cod. Lips., i. e. patiendum. Bugg. Ann. phil. CVII p. 402 „proiectandum“ maluit; Sch.: „Quid perierant, dum eliciant pretia munera!“ — 31. *merces annua*, v. ad Bacch. 30. — *bolust* Cam., v. ad Poen. 101. infra 834. — 32. *dantur* Both., cf. 276. Trin. 251. — 33. *Auctarium orat* Schoell., cf. ad Merc. 482, ubi hanc formam cum hiatu in mutata persona relinquere debebam. — 34. *benignum* prodigum dicit, cf. 41. Horat. Sat. I, 2, 4. — 35. Speng.: „Iunge: quasi is qui rete in piscinam parat, itidem est amator“. cf. ad Pers. 491. *rete iaculum*, v. ad Asin. 99. *parat*; Baehrens Ann. phil. CXXV p. 474 cum Palmerio „datat“, vix melius; si corrigendum, „iacit“ scribatur. — 36. *lineam* Studemundus. — 37. *inierit* et ipse olim coniec̣eram et Buecheler Ann. phil. CV. p. 569. — 38. *uortit*, sic mutilam vocem integravit Sp., ad hiatum conferens Casin. 590: „Cum hac cum istac“. Buecheler maluit: „dum huc illuc rete circumuortit“. — 39. *donicum eduxit foras* Saracenum secutus Cam.; Schoell. male hunc et antecedentem versum expungit. — 40. *Itidem* ed. pr., cf. Amph. 571. — *si* id.; „sei“ fuit. — 42. *hamum uorat*, cf. Curc. 431. — 43. *meri* Both. — 44 *se penetrauit*, cf. ad Amph. 246. — 45. *periit* Cam. — 47. *ab* alterum add. Lamb. — 48 corrigere conatus sum, cf. Ter. Ad. 492: „Sin aliter animus uoster est“. Ed. pr.: „Sin alter alteri potior est“; Sch.: „Sin alter alteri odiost, idem a fide perit“. — 49. *noctes ducit*, cf. Poen. 108. — *perit* ed. pr. — 50. *Sin crebras ducit* Studem. — 51. Ed. pr. secutus Cam.: „Ita est disciplina in aedibus lenoniis“, Speng. „Ita est amica in aed. l.“, sed lenonis in hac fabula nullæ partes sunt. Sch. versum delevit, ego sensum reddere conatus sum. — 52. Sp. comparat Asin. 167: „Modo quom accepisti, haud multo post aliquid quod poscas paras“. — 53. *periit*

Cam. Hiatus in cæsura. — Cum h. l. Sch. comparat Alciphr. Ep. I, 36: *δεῖ χρυσίου ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινίδων.* Afferunt scholl. Horatii ad Epist. I, 17, 55, Porphyr: „aut perit aurum aut quod conscissa est pallula", Cruq.: „aut petit .... argenteum". — 55. *uasum*, cf. Cat. ap. Gell. XIII, 24. — *antiquom* Buecheler. — *sculptilis* Kiessling., nam „dapsilis", quod posuit ed. pr., non est pretiosus, sed largus, v. ad Aul. 160. — 56. *est* add. Cam., cf. Aul. 514: „Aut aliqua mala crux semper est quae aliquid petat". — 57. Pro corrupto „petra" ed. pr.: „pereat"; sensus aliud requirit velut *optet.* Kiessl. „quod expetat ematque"; Bugg. „quod dare debeat usque"; Sch. „quod deferat dedatque"; Baehrens. „quod debeat parare". — 58. *nostra* Sp.; *damna* ed. pr. Sch.: „clam omnis summa". — 59. *Cum* ed. pr. — 60. *Ne qui* Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 30 coll. Rud. 885. Trin. 1145. — 61. *faximus* Cam. *conscios* ed. pr. De ordine sententiarum cf. ad 148. — 62. *tempestiuo*, iusto tempore, dum tempus est; pro quo Schoellium miror ex coni. Spengelii „intempestiuae" scripsisse, nam Most. 811 longe aliter dicitur. — *temperent* Valla. — Schoellius hunc versum antecedenti anteposuit; vix opus. Recte vero in proximo *Una* scripsit, coll. Aul. 473 sq., Speng. cum Barthio, „Ut ne", quum *postpartores* scorta et lenones intelligeret, tautologia minime ferenda; immo filii et heredes sunt, ad quos iure post nos pertinent *anteparta*, ut Cam. ex Trin. 645. — 64 nihil aliud est nisi 66 male repetitus; del. Sch.; superiores cum Acidalio: „Faxim lenonum et scortorum multo minus". — 65. *damnosorum*, cf. Curc. 471. — 67. *olim*, cf. ad Mil. 2. *caletur*, ad Capt. 80. — 68. „si nusquam alibi", hoc ordine Ritsch. Opusc. II p. 386. — *circum argentarias*, ut Curc. 471 sq. „sub basilica". — 69. *Scorta et lenones* Scaliger. — *qui* Buecheler. — 70. *quippe qui*, v. ad Amph. 738. — 71. *Ibi* olim conieci.; idem Seyffert.; Cam. „Triplo"; Sp. „Foro"; Kiessl. „Fere."; Schoel. „Heri ... fuisse"; sed hiatum ante *esse* tuetur cæsura. — *iam* ed. pr. — *ponderum*, quibus trapezitæ ceterique negotiantes in foro utuntur. — 72. *quam ad* cum hiatu legendum; „equidem" Sch. cum Brixio. — Ignorare se dicit, quid referat scorta et lenones in argentariis continuo sedere (*habere* est habitare, v. infra 79, ad

Aul. 5), nisi forte pro tabulis sint, quibus perscribantur pecuniæ usuris datæ; *aera* em. Cam. Addit, quo planius intelligatur, accepti tabulas se dicere, non expensi; nam ea sola huc pertinere, quæ debeant homines et quorum usuras pendant, non quæ ipsi crediderint et quæ ab aliis reddenda sint; cf. 739. — 75. *Accepta* et *ne qui* Acidalius. — 76. Omnino ait mirandum non esse, si magnus scortorum numerus sit Romæ, nam et populum magnum esse et pacata omnia. *ut* pro „id" Baehrens. *innumeris* Bergk. — 79. „*Nam.* Utitur hac particula qui, postquam de communi aliqua re disputavit, ad se suamque causam transit. Iam Diniarchus postquam de amore et meretricibus locutus est, ad suum amorem transit et latet hic sententiarum nexus: talia de amore dixi, nam ego ipse expertus sum". Speng., cf. ad Trin. 25. infra 549. — Hiatum post *mihi* defendit Spengel. Plaut. p. 208, cf. Prolegg. p. 224. Schoell. „hercle" addit; Muell.: „Nam mi haec nunc". — 80. *omne* Cam. — 81 Schoellius Lambinum et Canterum secutus delevit, vix iure. Quo modo scire possumus, an eiusmodi interpretatio Plauti tempore Romanis spectatoribus necessaria fuerit? — 82. *summum atque intumum.* Sp. confert 164. Mil. 108. add. Ter. Eun. 271: „Parmenonem, summum suum". Ad. 352. — 84. *plus* ed. pr. — 85. *exinde me mouit* loco Abraham, Ann. phil. Suppl. XIV p. 237. Spengel. scripserat: „me exin exmouit", Kiessling.: „me exim demouit"; Bugg. Ann. phil. CVII p. 403: „illum exin summo habuit loco". — 86. *Quem antehac odiosum* Buecheler. — 88. *hunc* add. Mueller. — 89. *Peperisse* ed. pr. — 90. *Eum* ed. pr. *simulat* Acidalius, qui etiam hunc versum proximo postposuit; sed hoc facto etiam versus 92 initium mutandum est, ac Both. Speng. „Eo" scribunt. Schoell. utrumque versum (90 et 92) pro spuriis eiecit. — 91. *pergraecetur* ed. pr., cf. Most. 21. — 92. *opinor* (aut opino) *pessumae* Dombart. Philol. XXVIII p. 732. Buecheler; Speng.: „Eo isti suppositus puer nunc opus est pessumae". — 93. Post *se* hiatus; „sese" Lamb. et vulgo. — 95. *Nam.* Ex auditu et opinione hæc dicit, nam nondum Phronesium ipsam vidit, utpote qui nuper admodum advenerit. *aduenio.* Sp. „adueni", sed cf. Ter. Hec. 458: „Aduenis modo?" Ad. 289: „modo

dolores occipiunt". Heaut. 53: „Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est". Nec aliter Homerus apud πάρος. — 96. *quo* ed. pr. „hinc" del. Kiessling.; potuit etiam aut „quo" aut „cum" omitti; Both. transp. „quo hinc". — *legatus fui*, v. ad Amph. 183. Lemnum autem quasi partem quandam Attici imperii fuisse satis constat, v. Demosth. Philip. I, 27 cum comm. — 97. *haec quidem eius* Seyffert. Stud. p. 27 sq., cf ad Amph. 1093. Sch. lacunam suspicatur velut: „Sed ecquid melius est [quam ut hoc pultem ostium? Sed modo concrepuit.] Ast.". — 98. *Cum ea* ed. pr.; Seyff. Philol. XXV p. 465: „Quam erga".

99. Astaphium, Phronesii ancilla, exit ut Strabacem adolescentem rusticum arcessat. Canticum maxime anapæsticis numeris compositum, quos non agnovit Priscianus de metris Terentii 17 sq. p. 1326: „Terentius trochaico mixto vel confuso cum iambico utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior [sermo] convenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rhythmorum facit. Sunt autem et trimetri et hoc plus minusve, et habent pænultimam versus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam brevem, ut in Andria"; affert vv. 481—84, qui tetrametri bacchiaci sunt. Tum: „similiter Plautus in Trulento eodem metro usus est in sermone ancillæ Astaphii"; afferuntur 99—102. Qui hos quoque bacchiacos putarunt, eos refellit Speng. Reformvorschl. p. 268. 99 est anapæsticus trimeter catalecticus. 100 anap. trimeter. 101—2 anap. trim. catalectici. 103 anap. tetrameter. 104 iambicus dimeter catal. 105 trimeter anap. 106 iambicus octonarius. 107—112 tetrametri anapæstici. 113 et 14 dimetri anap. catal. 115 tetram. anap. catal. 116 dimeter anap. cum dimetro iambico. 117 trimet. iambicus. 118 trochaicus septenarius. 119 et 20 iambici monometri. 121 troch. septenarius (?). 122—24 dimetri anapæstici. 127 anapæsticus trimeter. 128 sqq. iambici septenarii.

99. *Ad* etiam Priscianus; Speng. „Apud"; v. ad Trin. 496. *adseruate* Prisc. — 100. *qui* Herm. *aduentor*, cf. 607. *abitat*, v. ad Curc. 141. — 102. *exportet* Prisc. — 103. *quinei aut senei* Schneider. — 104. *congerrones*, v. ad Most. 913. — 105. *Consulto consilio* Kiessling. — 106. *Oenus*, antiqua forma B; „oino" C. I. L. 32. „Oinumama" ib. 1501 p. 554. —

aliqui ioculum Schoell. ut ego olim. — *amicae usque* ed. pr. — *dum illi agant*, dum furtum perfecerint. Ad voc. *illi* in archetypo glossa adscripta fuisse videtur „sc. ceteri cleptae", quæ quum librarii iure repetere nollent, errore, quasi aliquid omissum esset, unius versus spatium reliquerunt; hoc autem codicis B rubricator personarum nominibus destinatum putavit. Editores quoque usque ad Schoellium hoc emendare potius quam delere maluerunt. — 107. *obiectant*, i. e. obiciunt, scripsi, nam obludunt nihil est. — 108. Quæ de fartoribus hic locuti sunt antiquiores, vix operæ pretium est repetere; Speng.: „de nostro sæpe rapiunt, Quod lepido ore faciunt". Schoell.: „de nostro specimen edunt, quod factores faciunt" ad pilæ lusum hæc referens ut Curc. 297. Illis melius Seyffert. Philol. XXIX p. 408: „de nostro saepe clepuntque et furtum faciunt". Mihi in mentem venit: „de nostro praesepe edunt ac furtum faciunt". — 109. *scitis* Cam.; Sch. parum feliciter: „scis tis spoliis". Sed locus non est sanus; cur enim non simpliciter scribitur: „scit haec me"? — 110. *Ibi est ibus* Cam., v. ad Curc. 506. „Putant sibi de eo esse pugnandum et ex eo virtutis famam consecuturos, si de nobis prædentur". Lamb. — 111. *referimus* proceleusmaticus pro anapæsto. — 112. *abgerimus*, quamvis novo voc. scripsi cum Seyff. Stud. p. 28. Gesner. „egerimus" voluit, Speng. „auferimus", Sch. „adgredimur". — 113. „equidem" Sch., quo facto qui duo in A discribuntur versus unus fit. — *uerberat*, cf. Amph. 329: „Hinc enim mihi dextra uox auris, ut uidetur, uerberat"; sic enim scribendum. — 114. *bona mea degessi* A, cf. ad Men. 728. — 115. *Commemini.* Heram alloquitur, quæ eam ante ædes morantem ex ostio prospexit. Spengelius eam secum fabulari et nullo monente se ipsam hortari censet. *eumpse* Both. *ad nos* et *erit* A. — 116. *Astaphium* et *abis* A. Post *quam* hiatus ut 114 post „Nam". — *Qui reuocat?* A, cf. ad Merc. 466. ad Stich. 767. De omisso obiecto autem cf. ad Asin. 330. 392. Mil. 942. — 117. *qui multa bona* etiam A, cf. Poen. 1214. Studem. et Speng. „dona", ut versus anapæsticus fiat. — 118. A: „oh" et proximo versu „Enicas me". *Odio* scripsi cum Kiesslingio ut Asin. 912. Pers. 49. Rud. 933. Sed antecedens „modo" delevi. — 119 sq.

Monometros et A discripsit et Priscianus agnoscit de metris Terentii 11 p. 1323, ubi recte scribitur *odio es*. — *Pessuma*, cf. Stich. 247. — 121. *Diniarchusne* A. Prima huius versus pars est trochaicus dimeter catalecticus; reliqua Speng. tetrametrum creticum fecit scribens: „Et tu saluos sies"; sed *Et tu* per se probum est, v. ad Aul. 169. *Adq. is est* A, cf. ad Stich. 584. Trochaicus septenarius efficitur, si scribitur: „Atque est is", quo ducit Palatinorum scriptura. — 122. *Fer* A. — 123. *Tuis* et *audiens sum imperiis* A. — 124. „tute" om A. *Ualeo* id. — 125. *cena detur* A, ut Bacch. 535. Speng. ut hunc versum antecedentibus æqualem faceret, „datur" edidit; ego malui numeros incertos relinquere et hic et in proximo versu, qui, si addetur iambus post „uocas", iambicus septenarius fiet. De cena, quæ peregre redeuntibus offerebatur, v. ad Bacch. 92. — 126. *Benigne dicis*, *bene uocas* Schoell., cf. Merc. 937 cum ann. — *Astaphium* ⌗ *Amabo* A. — 127. *ire era* A; Sp.: „era quo iussit mea".

128. *Dic* et *quis est* A. — *Archilinem* id. Nomen Archilis exstat infra 474. Ter. Andr. 228. 481. Inde hic accusativus, ut Priscian. VII p. 749: „haec Soteris, huius Soterinis. Plautus in Vidularia: illic autem Soterinis est pater"; v. Seyffert. Philol. XXIX p. 409. Iure Bergk. Beitr. p. 135 Syram illam ancillam esse suspicatur, quæ commemoratur v. 402. 762. 846. — 129. Nec „meretricem" nec „obstetricem" Plautum scripsisse veri simile est. Prior pars vocis in archetypo minus apparuisse videtur, verumque Bergkius Beitr. p. 125 invenisse censendus est, *tonstricem*. — *Mala tu femina es . oles* A. — 130. *Manifesto*, cf. Bacch. 693; in ann. Amph. 1045 utrumque locum parum considerate correxi. — 131. *Quia te adducturam* A. — *dixeras*, 115, cf. ad Pers. 273. *eumpse* Both. *non campse* Cam. — 132. *iam* add. A, cf. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 187. — *praestrigiatrix*, v. ad Amph. 775. — 133. *Astaphium nouus* A. Diniarchus non dubitat quin ad novum amatorem missa sit. Schoell. cum Buechelero: „an nouos amator?" — 134. *te* add. A. *Qui* id. — *Nimis otiosum* curiosum hominem dicit, qui alienas res curet, quamvis suum vestimentum et cibum habeat; servo domini res curare, mendico et inopi locupletioribus insidiari

convenit; te hoc non decet; cf. Mil. 989. Rud. 183. De ablativo *tuo uestimento* v. ad Amph. 32, de dativo *rebus* ad Mil. 483. — 135 affert Nonius p. 499 „tu" pro *tuo* scribens. — 136. *otium* et *Qui* A. — „*expedibo*" ait Non. p. 476 sq. „pro expediam. Plautus in Truculento: ego expedibo. Rem perdidi apud uos. Pacuvius Periboea: mane; expedibo; fac tum mihi contra, quod rogo, respondeas"; cf. ad Amph. 1097. — 137 sq. Diniarchus coactum se esse ait otium agere; nam negotia agere vel negotiari non posse nisi qui rem habeat; se autem rem familiarem profudisse. Cui ancilla: Ut negotiatores publicis vectigalibus male conductis rem amittunt, ita tu in tuo negotio, ubi Amoris publicum conducebas, necesse erat rem perderes. — *apud uos* A et Non. — 139. *Ueneris publicum* A. — 140. *posse* et *quin otiosus* A. — 141. Immo, inquit, *illa*, non ego, *publicum habuit.* Illa cum publicano comparanda est, qui pascua publica conducit, in quibus vicini boves et pecora certo pretio pro singulis capitibus soluto pascant. Hoc vectigalis genus, quia boum et pecorum numerus apud publicanum scribebatur, *scriptura* dicebatur, v. Fest. p. 333. Becker. Ant. Rom. III, 2 p. 143. Quod si quis in eiusmodi agro pecus pasceret, quod apud publicanum non scriptum esset, hoc ille suo iure sibi capere poterat, v. Varr. R. R. II, 1, 16: „ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum (i. e. non scriptum) pecus paverint, lege censoria committant". Contra legem, ait Diniarchus, Phronesium pecus meum cepit, quasi non scriptum esset aut quasi scriptura non soluta esset (*ob meam scripturam*). „Pecus", ait Charisius I p. 113 „si neutri sit generis, pecoris dicitur; pecudis si feminino. Pecudem Plautus in Truculento: ob meam scripturam pecudem cepit". Quo firmatur Schoellii coni. *meam* o. m. s. *pecudem*; Cam. „a me" scripserat. — 143. *Plerique* Cam. — *rei.* Cam. „rem", sed genetivus recurrit infra 221, cf. Asin. 848 „amantem uxoris". Cas. 156 „flagiti persequentem". Mil. 1044 „tui cupienti". ib. 992. 1159. Ter. Phorm. 623 „fugitans litium". Cic. p. Quinctio 19, 62: „sui negoti bene gerens". Sest. 45, 97. Vatin. 5, 12. — 146. *aratiunculam*; obscena subest significatio, cf. Asin. 865: „fundum alienum arat". — *pro copia*, cf. Aul. 533; em. Cam. — 147. *pascuus* ed. pr.

ager est Sch., sed male „si" retinuit, quæ verbi substantivi pars est. Eius gratia edd. „habituru's" scripserunt, quom *habituris* probum sit. — „*qui arari* cum hiatu legendum", Sp. — *qui* pertinet ad *pueros*, sententia relativa durius anteposita, cf. ad Stich. 120. — 149. *Hunc*, agrum. *illum àlii publicani* Kiessling em. — 150. *pergnoui* Sp. cf. Aul. 495. *probe* ed. pr. *Em* Gepp. — 151. *illi* Both. *es* ed. pr. — *peruorsus*, euorsus, v. ad Stich. 287. Sp. „deuorteris", quod „illuc et huc" postularet; Sch. „peruolsus es". — 152. *procaciores*, plus poscentes, v. ad Pers. 409. — „sed" temere del. Loman. et Schoell. *periuriores* Brix. — 153. Meretrices minus improbat, quia apud eas non prorsus ingrata est amatoris largitio. Eæ enim conviviis et ornamentorum vestiumque splendore quod quæstus fecerunt consumunt; apud pueros nusquam apparet; „ipsis" non intelligo; *post* scripsi. — 154. *ecbibitis* Brix. *comestis* et mox *nequam* ed. pr. — *gloriosae* Valla. — 156. *Male quae in nos dicis* Speng.; Bergk. Beitr. p. 50: „Mala quae in nos iacis". Buecheler. Sch.: „Male, quoi non uis". — 157. Quod superiore versu *nos* dixit, iam addit, se „et nos et illos", i. e. et mulieres et pueros dicere debuisse. — *Qui* Cam. — 158. *Quia qui* ed. pr. — *se* ipsum *intueri* ed. pr., *eumpse* Both. recte, cf. Pseud. 616: „Non soles respicere te, quom dicis iniuste alteri?", nam iniuria negat Spengelius „intueri" apud Plautum tam secundæ quam tertiæ coniugationis esse. Sp. coni.: „eumpse sapere". Bergk. Beitr. p. 50: „sumpse enitere", i. e. „eumpse", cf. „sapsa" Fest. p. 325, forma nimis dubia, præsertim quum illud quod edidimus sensus commendet. — — 159. *abs ted* Both. *habemus* ed. pr. Tu, inquit, qui sapiens es (vel sapientem te perhibes) nihil a nobis habes, nos, qui nequam sumus, abs te habemus. Bergk.: „quom nos nequam abs te habeamus"; Sch. simpliciter „habeamus", optative credo, quorum neutrum satis aptum est. — 160 sq. em. ed. pr. Pro *haberem* Luebbert. Gramm. Stud. II p. 99 sq. „habebam" postulat, quod recepit Sch., ego non audeo, v. ad Mil. 1280. — 162. *quiescat* Both.; Sp. ad „quiescas" audit infinitivum novisse, cf. Most. 1153, nimis obscure. Ad sententiam cf. Pseud. 249. — 163. *Noueram. DI. An* ed. pr. — 164. *potis* sine „est" Both. — *planius*, cf. ad Capt. 75. —

165. *Habitus sit*, *hunc* scripsi et *iam* addidi post „amicam“; *querimonias* enim recte Cam., nec improbassem, quod edidit „meras querimonias“, nisi corruptelam codicum ex dittographia ortam putarem. *deferre* Kiessl. — 166. *properauistis* Cam. Ad sententiam cf. Asin. 175: „Mihi quidem te parcere aequom est tandem ut tibi durem diu“. — 167. *incolumis*. Schoell.: „an colomis?“ v. ad Most. 750. — 168. *Quo argumento?* Scaliger, cf. ad Asin. 300. — 169. *potist* Cam., „potis“ Kiessl. *tam id* Sp., cf. 171, ann. ad Aul. 229. — *amicae* ed. pr. — 170. *aliter*; Acid. „alter“; sed cf. ad Amph. 571. Pseud. 802. Trin. 47. — 171. *ueterrumust* Saracenus. *tam* Sp., cui quod „homini“ adiungit, parum aptum est; corruptum „omini“ ex proximo voc. male scripto ortum videtur. — 172. *ego omnino* add. Brix. *occidi* idem. *aedes* scripsi, nam pluralis nominativus requiritur, v. 175. 184. 212. — 173. *ergo* et *ignoto* ed. pr. — 174. *I intro; haud* et *es* id.; cf. Trin. 3. — 176. *melle* A. — 177. *Facta* A. *felle* et *acerbo* id. — 178. *Eo* A. *amara* idem. *fertis* Schoellius. — 179 misere corruptus in utraque fabulæ recensione. Extrema vox ex proximo versu irrepsisse videtur. Si *non danunt* verum est, necesse est scribatur *Amantes si qui.* Extrema exempli causa consignavi, ut locus intelligeretur; Schoellius versum excidisse putat. — 180. *mea benignitas*. Sp. confert: „mea festivitas, commoditas, opportunitas, amoenitas“, Cas. 552. Men. 139. Poen. 362. 419. Etiam „mea pietas“ Bacch. 1176, sæpius „mea uoluptas“. — *decuit* A. — 181. *geniis* A, cf. Pers. 109. — *parcepromi*, qui parce et ægre promunt, cf. Pseud. 1266. — 182 recte A. *inlecebra*, cf. 749. Cist. 270. — 183. *quam* optime em. Seyffert. Philol. XXIX p. 409, cf. Amph. 295. Cas. 794. Poen. 322. — 184. *fundi et aedes* A. — 185. *per tempus*, v. ad Poen. 135. — „mihi“ recte om. A, cf. Pers. 39. supra ad 116. Fleckeisenio Ann. phil. CVII p. 504 necessarium videbatur. — „ut“ om. A. — 187. *melius*. Sp. confert Cist. 74: „erit isti morbo melius“. add. Cic. Tusc. I, 35, 86. — *fore spero te ubi* A. — 189. „uolimus“ A hic et Pseud. 234; receperunt Sp. Sch. — 190. *neque aestuamur ira* et ipse olim conieceram et Kiessling. Ann. phil. XCVII p. 627; „aestuamus“ scribat quem offendit quod hoc verbum non alibi

deponens est. Speng. ediderat: „ne eas incendamus ira". Bugg. Ann. CVII p. 404: „ne in eas utamur ira", i. e. nedum, cf. ad Aul. 426. Schoell.: „ne ut astu utamur ira". — 191. *eam me amare* A. — 192 „eam" om. A. — 193 recte A. Afferunt Priscianus VI p. 710: „Horresco miseram mentionem quotiens fit partionis", et Nonius p. 218: „Horresco misera mentio quod fit partionis", qui formam „partio" etiam ex Afranio laudat. — 194. *nulla sibi* A, quod cum Spengelio verum puto, quasi nulla sibi visa est. Sic enim dicitur *nulla sum*, ut „occidi"; Sp. affert Cas. 596. Merc. 214. 460; add. Cas. 284. Most. 380. Dativus ponitur ut 924. al. „tibi nulla fuit" pro „amisisti" non concoquo; nec Phronesium umquam Diniarchi fuit, sed potius Diniarchus Phronesii. — *I intro* A. — 195. *Atque* recte dicitur, non „atqui", ut voluit Seyff. Phil. XXIV p. 410, nam novum additur, non contrarium, cf. Trin. 910. Pseud. 1026. Cas. 343. — *opperimino* A, v. ad Epid. 692. — *exibit* et *lauabat* A. — 196. *tu* A. — 197. *illi uterum* A; „illic" hiatus causa Mueller., cf. 200. — *sciam* A. — 198. *te ne tu* A. — 199. *ut enicaret* A. — 200. *Tum*, si ita res se habet, cf. Pers. 579. ad Most. 658. *isti est pucro* A; „istic" hiatus causa Sp. Sch., cf. 197. — 201. *expetit* et *nuntiatum est* A. — 202. *miror* A. — 203. *tam audacter* A. — 204. *quidem* et *es etiamnunc* A. — 205. *te huc recipis* A. — *profecta quo sum*, ad quem (quam) missa sum, cf. Trin. 630. — 206. *Redi* et *hic* et *opperibor* A.

207. Canticum Astaphii in B littera C significatur, v. Proleg. p. 172. Signum quod nomini anteponitur, Z, quid significet ignoro; Dziatzko in Ann. phil. CXXVII p. 61 pro personæ notá habuit; cuius quum nullam rationem videam, signa quæ proximo versui in B anteponuntur, VL, eundem virum doctum rectissime interpretatum esse arbitror, ut sit quadraginta quinque, cf. Corp. Inscr. Lat. VIII, 3998, qui versuum numerus est in hac scena. — Vv. 207—8, qui in A duo sunt, in BC unus, iambici sunt, 209—10 tetrametri bacchiaci. Sequuntur iambi, 211—14 octonarii, 215—21 septenarii, 222—25 senarii. 226—234 trochaici septenarii. 235—38 iambici septenarii. 239—45 iamb. senarii. 246—47 iambicus dimeter cum septenario. 248 senarius. 249—52 iamb. septenarii.

207. „Hahahe“ Pareus al., cf. ad Pseud. 1052. *requieui* A. — 208. *abiit* A. *meum* id. — 210. *lubebit* ed. pr. — 211 ordinavit Mueller. Prosod. p. 462. Laudasse videtur Festus p. 161 lacunoso loco: „Huic hom . . . . . dixit domi“; quod Buggius Ann. phil. CVII p. 405 recipi voluit; sed *de bonis* recte dicitur, cf. ad Mil. 1403. Merc. 621. Diniarchus bonorum causa vel propter bona amissa mortuus est. — 212. *fundi et aedes* A. — „amoris“ potius quam „moris“ scribendum esse Valla vidit; sed „ob amoris prandium“ pro „propter amorem“ pæne inepte dicitur. A: *ob amoris praedium*, quod tenuerunt Sp. Sch.; sed ob prædium nihil obligatur; prædia ipsa obligantur, aut fundi et ædes pro prædiis obligantur; nam „prædia“ ut ait Varro L. L. V, 40 „pignori data publice mancupis fidem præstant“; quæ si non præstatur, prædium rei publicæ fit. Itaque aut „ob amorem“ scribendum, aut quod veri similius est „ob“ delendum ut ex antecedenti verbo repetitum. Ac ne genetivus quidem ferri potest, nam quod pro aliqua re prædium obligatur, eius rei prædium non dicitur; itaque *Amori* scripsi. — 213. *sua* A. — 214. *amicust quam* A. Ad rem cf. 385 sq. Phrasin imitatur Fronto p. 150 Naber: „Consiliario huic magis aetati opus est quam auxiliario“. — 216. „*quod nos habuimus*, h. e. nihil“. Sp. — 217. Quod ex tragoedia hunc versum sumptum esse suspicatur Spengelius, mihi nec sermo nec metrum, septenarius iambicus, tragoediæ convenire videtur. *mutari* A. — 218. *istum* et *iste* A. — 210. *memoriae; stultus sit qui id* A. *memoria* est autem quod in memoria habemus, cf. Trin. 1018. Cic. de Orat. I, 2, 4: „veteris memoriæ recordatio“. Arch. 1, 1. ad Qu. fr. II, 2, 1. de Fin. V, 2, 6. — 220. *necesse est nos pati.* Bergk. Beitr. p. 135 „necessus est pati“ voluit; sed etiam proximo versu legitur „misereri nos“. — *amauit; aequom ei* A. — 221. „rem“ ed. pr. ut 143. — *misereri.* Sp. Sch.: „miserere“; v. ad Capt. 759. — 222—25 systema iambicum quattuor senariis discriptum. Spengelius duos constituit iambicos septenarios et trochaicum, sed ut „blandeque“ omittat, quæ vox abesse non potest; veri similius Scaliger aliique *blande* scripserunt. — *bonis dentibus*, ad ridendum. — *probam* A. — *ut quisquis*, v. ad Rud. 1346. Sch. cum Buggio: „ut quisque

adueniat". — 224. *consultare* Cam. *lingua loqui* A. — 225. *sentis esse similem* Sch. „sentis similem esse addecet" Sp. Cf. Casin. 681. — 226. *ei* add. A. *dare* Goeller. Seyff. Schoell. — 227 sq. „Numquam cum amatore alio modo agere debet, quin, si nihil det, eum dimittat" Sp. Comparatio petita ab re militari, ubi eos, qui ad imperium præsto non fuerant aut pugnam detrectaverant, cum ignominia prætor abire iubebat, cf. Corp. Inscr. Lat. I, 206, v. 121: „quoi aput exercitum ingnominiae caussa ordo ademptus est erit, quemue imperator ingnominiae caussa ab exercitu decedere iusit iuserit". Cuius rei exempla sunt B. Afric. 54. Liv. III, 5, 15. Suet. Aug. 24: „Decimam legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit". al. *Infrequens* autem, ut ait Fest. Epit. p. 112: „appellatur miles, qui abest afuitve a signis", cf. Rhet. ad Heren. IV, 27, 37. *Causam noscit* sive cognoscit magistratus, v. Liv. XXX, 24, 4. XXXIV, 56, 9. — 229. *umquam* priore correpta, v. Proleg. p. 203. — 230. „Dum . . . tum" Latine non dicitur; *dum* . . . *dum* Lambinus aliique, v. Schoell., ut Catul. 62, 45: „Sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis est", ubi ut ait Quintil. IX, 3, 16 „prius dum significat quoad, sequens usque eo". Affert etiam Nonius p. 89, sed corrupte: „dum abeam quod amet ubi nihil coepiam"; affert autem propter præsentis formam *coepiat*, v. ad Men. 941. — 231. *det* A. — 232. *Nugae sunt*, nihil est, nulli usui, cf. Curc. 199. — *modo quom* Both. — 233. *hic amatur* Muell. — *oblitust* A. — 234. *relictis rebus*, v. ad Epid. 603. Hunc versum Brix. post 229 ponebat; Buggius potius spurium putabat, Schoell. vv. 232—34 seclusit. — 236. *qui sumus? quid est quod male* A. — 238. *nos* et *umquam* add. A. — 239. *ab* A. — 240. *quod det* A. — *soli credimus* id., i. e. sine testibus aut satisdatione. — 243. Difficile iudicatu est, utrum cum A „demum oggerunt" an cum ceteris „demus danunt" scribendum sit; nam *demus*, quod pro „demum" apud Livium Andronicum legi testatur Fest. Epit. p. 70, antiquitate ipsa tuetur Bergk. Beitr. p. 132. Contra Fleckeis. et Langen. Beitr. p. 305: „demunt, danunt". Equidem de ipso adverbio non dubito, quamvis accuratius diceretur: eo demum contenti sumus, qui de integro haurit. — 244. Hic quoque

Palatinorum codd. scripturam cum Studemundo Festgruss. Wuertzb. p. 46 et Schoellio secutus sum maxime propter antiquum *habet* pro habitat; Speng. cum A trochaicum septenarium scripsit: „Uelut hic est adulescens, qui habitat hic, agrestis rusticus“. — 245. *dator* ed. pr. — 246. „Sed“ del. Gepp.; ex initio v. 248 ortum credo. *patrem* A. — *etiam hac nocte*, nam sæpius id fecerat, ut maceriam horti transiliret, v. 302. Ambrosiani scripturam „transit“ et Speng. tuetur et Abraham Ann. phil. Suppl. XIV p. 239. Quæ si vera est, „transit“ necessario cum Spengelio pro perfecto habendum, v. ad Asin. 735. — 248. *unus*, cf. ad Stich. 156. — 249. *nostrarum*, i. e. nostrum, v. ad Amph. 4. — *adgrediri* A. — 250. *Item ut de* A. — *absterret abigit*, cf. ad Amph. 13. — 251. *Ita est* A. — 252. *tutelam*, cf. Trin. 870. — Quod in codd. Pall. extremo versui additur „ancilla“, ad solitam indicationem tituli proximæ scenæ pertinet; sed scribendum erat: „ancilla truculentus“; inde posterius retinuit rubricator, pro altero nomen ancillæ posuit; nos duo nomina posuimus.

253 sqq. septenarii trochaici. „in nostras aedis“ Bentleius, Goeller., Sch., cf. Attius ap. Cic. Divin. I, 22, 44: „Deinde eius germanus cornibus conitier In me arietare“. Omissæ præpositionis exemplum v. Senec. Tranq. an. 1, 11 præter id quod Speng. affert, Nazar. Paneg. Const. 23: „aciem arietaverint“. — 254. *Quid? ego?* cf. Amph. 1014: „Ego sum? M. Quid? ego sum?“ — *Nonne ego uideor tibi?* Qui „Non“ postulant, videant ann. ad Amph. 403, add. Merc. 866. Ter. Andr. 238. Vera scriptura inventa superiorum errores enumerare supersedeo. — 255. *ad hasce* A. *aedis est* Both. De structura cf. ad Amph. 515. infra 613 sqq. — 256. *tuae salutis*, i. e. salutationis, cf. Asin. 902: „Mater, salue. A. Sat salutis?“ Mire Leo Mus. Rh. XXXVIII p. 1 iungit „tuae salutis nil moror“. — *non salueo?* BC et Marius Plotius Sacerdos p. 433 K: „Sunt verba, quæ et modis et omnibus temporibus et personis deficiant et hæc tantummodo habeant: salue, saluete, saluere; quamvis Plautus in Truculento posuerit „non salueo“, sed inridenter, nam de persona rustici dicit“. Cf. id. p. 490. — 257. *Aegrotare malim quam . sse tua* A. — 258. *Sed* A. — *quid debetur*,

cf. ad Mil. 423. *in nostra domo*, cf. Cas. 595. Curc. 209. Pseud. 85, quos omnes locos Abraham Ann. phil. Suppl. XIV p. 197 emendandos censet. — 259. *Comprime sis iram* A. Quod apud Marium Sacerdotem p. 453 et 461 legitur „reprime sis iram“ aperte vitiosum est, nam, ut ait Keilius, „reprime“ turpitudinem non habet. Sed quod sequitur „eam“, pravum esse v. 261 ostendit. Nam vis loci posita est in ea duplicitate significationis, qua sæpius utitur Plautus, v. ad Amph. 343. Quæritur autem, quo modo vocis, quæ est *iram*, una dempta littera obscena comprimendi vis appareat. Geppert., quem Spengel. sequitur, „eiram“ et „eram“ scripsit, quamvis nec de hera ullus sermo esse possit nec adimatur littera sed corripiatur vocalis. Sin autem r litteram dempseris, *iam* restat. Servus „Iam“ inquit, sc. te comprimam „tu quae solita es *comprimi*“; sic enim, quamvis in A potius „comprime“ exstare dicatur, scribendum videtur; illa respondet: Non iam, sed iram dixi. — 260. *Inpudens quae* et *suades* A. Astaphium re vera nihil obsceni suasit; sed sævus ille servus eam *per ridiculum* tale quid significasse arguit. — 261. *Ut tu accepisti* Mueller. Prosod. p. 26. *dempsisti unam litteram* A. — 262. *Nimis quidem hic* A. — 263. „ego“ delevi; prob. Fleckeis. Ann. phil. C p. 783. *Quia enim*, v. ad Amph. 659. — *truncum lentum nominas* A; Stratyllax quoque pro suo ingenio facetias quærit, quod quamvis insulsum videatur Schoellio, Plautum tamen voluisse apparet. „*truncus* pro stupido homine Cicero Nat. Deor. I, 30, 84. Pison. 9, 19. al.“ Sp.; *lentus* dicitur ramus, virga, vinculum (Men. 94), omnino quidquid non facile movetur. — 264 recte A. — 265 affert Nonius p. 457 ut nos. Varro R. R. II, 4, 14: „Haram facere oportet circiter trium pedum altam. Altitudinis modus sit, ut subulcus facile circumspicere possit, ne qui porcellus a matre opprimatur et ut facile purgare possit cubile“. Proverbialiter ut h. l. in senario apud Serv. ad Æn. II, 357: „et ego te conculcabo ut sus catulos suos“. — 266. *Rus merum*, cf. Most. 15. — *et* recte BC; *uero* est uere, cf. 491. Capt. 562. al. „*clurinum pecus*“ ait Servius ad Æn. I, 435 „Plautus simiam dixit“, cf. Arnob. p. 123 Reiff., Gloss. ap. Loew. Act. soc. phil. Lips. VI

p. 359. Prodrom. p. 277: „clura, simia“. Simia autem tetra et nullius usus bestia est, v. Most. 870. Mil. 180. 287. — *te ostentatum* A, cf. „extentatum“ Most. 584. — *cum* A, cf. Curc. 231. Mil. 659. Rud. 319. — *ossa* contemptim pro corpore macro. — 268. *suaso* A et Fest. p. 302: „Suasum colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in uestimento albo. Plautus: quia tibi suaso infecisti, propudiosa, pallulam. Quidam autem legunt insuaso. Nec desunt, qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire“. Edd. præter Speng. „insuaso“, cf. Fest. Epit. 111: „Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio“. Contempto nomine servus κροκωτὸν ancillæ appellat, quo ornatam eam se ostentare dicit. Recte enim Sp. hunc versum cum antecedenti iunxit, non cum sequenti, cuius primum vocabulum *An* sententiam incipere oportet. 269 ex A edidi, ubi tamen ambigunt, utrum „qui accepisti“, ut BC, errore addito „bi“, an „quia clepis tibi“ legatur. Hoc quidem prave, nisi cum Bothio „clepsisti“ scribas; nec furti eam arguit Stratyllax, sed vanitatis, quod aereis armillis glorietur, quum aureas non habeat, cf. Theophr. Char. 21. Sed etiam *quia accepisti* ita languet, ut a Plauto profectum esse vix possit. Etiam de forma *aeneus* dubito, quum v. 271 antiquior forma „ahenus“ legatur. Omnino totus versus mihi spuria huius versus circumlocutio videtur. Varias virorum doctorum coniecturas v. ap. Schoell. — 270. *inclementer* A, cf. ad Amph. 735. — *hoc* add. A. — 271. *Mancipion* et *gestas* A. Num æreos anulos geris, ut habeas quo utaris, si quid mancipio accipiendum sit? quod per æs et libram fiebat, v. Gell. XV, 27, 3. Gai. I, 119. Sic Speng., nec melius habeo, quamquam nec Astaphium, quæ serva est, quidquam mancipio accipere potest, et æs, quo in mancipatione utebantur, nummus æreus fuisse videtur. *qui*, v. ad Amph. 257. — 272. ex A restituit Studem. *Pignus da*, v. ad Epid. 697. Contendit, Victoriolas ex auribus eius pendentes non aureas esse, sed ligneas inauratas. Tales inaures Victoriis ornatæ in sepulchris Græcis inventæ sunt, v. Stephani Compte rendu de la Commission archéol. St. Petersb. 1859 tab. III, 3. — 273.

attigas, v. ad Bacch. 442. — *Tene ego* Sch.; quid in A fuerit, non apparet; Studem.: „Egon te". — *Ita me amabit sarculum.* Rusticus per instrumenta rustica iurat ut Capt. 871 parasitus per saturitatem, Curc. 577 leno per volsellas, pectinem cett. — 274. *amplexari mauelim* A. — *patulam bouem* A. Fest. p. 229: „propatulum late patens atque apertum et patuli boves, quorum cornua in diversum super modum patent". id. Ep. p. 221: „patulum bouem Plautus appellat cuius cornua diversa ac late patent"; eademque repetit Philargyrius ad Verg. G. III, 55, quum camuros boves e contrario esse dicit, qui conversa introrsus cornua habeant. „Immo rusticus hoc vocabulum ad vulvam refert". Sp. — 275. *Cumque ea* A. — *perpetem* ed. pr., v. ad Amph. 276. Adiectivum requiritur, et in A additur glossema „totam". — 276. „*cenatus*, cum cena". Sp. — *dari* A. — 277. *Rus tu mihi opprobras* A. *es* ed. pr. Respondet hic versus ad 266 init.; unde quum longius remotus sit, Bothius eum post 266 posuit, Spengelius ante hunc versum Astaphii quædam verba excidisse putavit; Buecheler Ann. phil. CV p. 571 vv. 277—292 suppositos censet ab homine, cui superiora nimis obsoleta et sordida viderentur. — 279. *huc occursas* A, cf. Mil. 1042. — 280. *uolo conuenire* A. — 281 pugnare cum 684 animadvertit Sch. — *musca femina*, cf. Men. 824 „femina canis". — 282 ex A. — 283. *properas grandi gradu* A. — 284. *hercle ego istos* A. — *compositos*, „comptos" voluit Buecheler. Ann. CV p. 570. — 284. *unguentatos* A. *euellam* id. — 286. *ad fores* et *unguentis uncta es ausa* A. — 287. *purpurissatas habes* A, cf. Most. 255. — 289 sq. *quasi . . . mala* affert Priscian. VI p. 694 et 717 omisso „Tuo". Addit: „*ulli* pro ullius", cf. Neue Formenl. II p. 254. — 291. *rubrica creta* A. *intinxti* Scaliger. „*rubrica* producta prima syllaba. Eiusdem autem vocis esse rŭbra et rūfus monuit Studemund." Sp. — 293 ex A. — 294. *erilis* et *uos Strabax* A. — 295. *pereat* et *probrum* A. — 297 ex A. „apud nos solet perire" Sch. — 298. *res perdidere* et *saluis* A. — 299 ex A. *Ueron serio?* iungenda sunt; vulgo „Serio" Astaphio datur, sed in codd. nullum personæ spatium patet; atque hæc iungi solent, vid. ad Merc. 678. Pseud. 341: „dic mihi uerum serio". — 300. *Quid* A et Priscianus, qui

postquam V p. 673 inter nomina, quorum unus tantum casus in usu sit, „laterem“ nominavit, addit: „quamvis et ablativus eius et nominativus et accusativus plurales inveniuntur“. Tum affert vv. 300—303 ut edidimus, nisi quod in altero versu „qua is hoc ad uos“ habet, quod tenuit Schoell., et in quarto: „An tu ueteres“. — Stratyllax maceriam, quæ inter hortos vicinorum sit, contrarium testari dicit, quippe quæ singulis noctibus latere minor fiat. — 301. „damnis“ frustra defendit Sp. allato Bacch. 64. *ad* Priscian. *uiam* A. — 302. *Nihil* et *maceria* A. — 303. *Ain tu uero, ueteres lateres* A. *ruere* Prisc. — 304. „duarum rerum“ intelligi non potest; ne „suarum“ quidem, ut Cam. al. voluerunt, satisfacit. Quum vero Plautus vulgo dicat „Numquam mihi divini quidquam credas“ pro „ne per deos quidem iuranti mihi credas“, v. ad Amph. 665, Leoni Mus. Rhen. XXXVIII p. 2 credo, hic quoque *diuinarum rerum* scriptum fuisse, contractis duabus primis syllabis in unam, v. Proleg. p. 214. Leo „dinarum“ scripsit forma usus contracta, quam testatur titulus Spoletinus Mus. Rhen. XXXV p. 627; ego perspicuitatis causa, ut soleo, plenam formam retinui contrahendi operam legentibus relinquens. — 305 ex A. — 306. *item uiolentus ut tu* A. — *Non enim*, v. ad Rud. 910. Fl. „noenum“ voluit. — 307. *Munerandis rem coegit* A; „moenerandis“ Sp.; „muniendis“ post Pareum vulgo, quod eadem vi dici posse non credo. Apparet autem dativum casum esse, non ablativum, et errare A, qui „parsimonia duritiaque“ præbet. Herus dicitur rem coegisse, non quam meretricibus profunderet, sed quam parsimoniæ et duritiæ conservandam traderet. — 308. *ad uos clam* A. *pessumae* id. — 309. *eam* scribendum esse vidit Kiessling, *exestis* Kochius; *exunguimini, ebibitis* A, v. ad Rud. 569. — *haec mussitem* A, i. e. taceam, cf. Rud. 1016. — 310. *Iam quidem hercle ibo ad forum* A. — 311. *Neque istuc* et *tergo coget examen mali* A, quod dicitur ut examen apum, avium, al. Quæ intercedunt „in se gesti“ eodem modo in A et in BC corrupta mire torserunt edd., v. Schoell.; Kiessling. intellexit ad *tergo* requiri pronomen possessivum, proposuitque: „Ne iste tuo, scelesta, tergo“; sed servus suo potius tergo malum instare putat, si taceat, cf. Pseud. 500 sq. Itaque scripsi *huius*

scelesti, i. e. infelicis, v. ad Asin. 473. — 312. *sinapi* A, cf. Pseud. 821. — 313. *uisust suo* A. — 314. *spero inmutari* A. *pote* Kampmannus, v. ad Aul. 301. — 315. *oramentis* Meursius. *illecebris* Kiessling. *meretriciis* A. — 316. Iam palimpsesti ope destituimur usque ad 349. *ex indomitis domitas fieri aeque* em. Goeller. et Both.; Schoell.: „elephantum Indum domitum fieri atque". Cf. Trin. 1051: „fit perditum". — 317. *Sed eccum* Cam. — 318. *haud conuenit* Cam. et Gulielm. *hic dum* ed. pr., cf. Mil. 987: „neque esse hic etiam dum".

319 sqq. senarii; diverbium cod. B significat. Diniarchus revertitur ægre ferens quod Phronesium nondum ex balneo exierit. Duos primos versus affert Varro L. L. IX, 106 in altero versu *lauari* legens, quod ad *lauant* non convenire animadvertit, utrum Plauti an librarii mendum sit non diiudicans. De activa forma v. ad Amph. 795. — 320. Charis. I p. 80: „Leontion et Chrysion et Phanion ex neutris Græcis feminina nostri fecere, ut Plautus quod dixit *haec Phronesium*". — 321. *proinde . . . quam*, cf. Gell. IX, 3, 5. Amph. 577: „proinde ac". In ceteris Plauti locis „ut" scribitur. Si propter balnei longitudinem amarentur mulieres, amatores balneatores fieri oportere dicit, qui patienter exspectant, dum ex balneo exeant lavantes, non admodum facete; sed vix melius fit, si cum Schoellio „ametur" scribas. — 323. *parumper durare* Cam., cf. ad Amph. 875. — 325. *ut lauem* Cam., cf. 494. Ter. Phorm. 204. Cic. ad Att. XII, 27, 2. — 326. *i intro* Cam.; „tu i intro" Mueller. — 327. *ut* Kiessling. — „suaue iam" quid fuerit, non divino. Cam. „suade" coni., Schoell. „naue" coll. Fest. p. 169: „Plautus in Friuolaria: Naue agere oportet, quod agas, non ductarier". — 328. *Licet*, v. Rud. 1203. Sed ancilla quamvis se ituram dixisset, tamen moratur, quare impatiens Diniarchus *Audin etiam?* i. e. Non audis? v. ad Asin. 707. Illa vero ludibrii causa quasi „Audi etiam" vel „Audi porro" dixisset, ad eum revertitur. — 329. *Si* Both., cf. Trin. 992. Aul. 637. Mil. 832. — 330. *Quid iam reuocabas?* Nonne: „Quid tum r?" scribendum aut: „Quid? non reuocabas?" — 331. Gepp. ed.: „Quae tibi uox mille passuum peperit moram", cf. Men. 177: „Mille passum commoratus cantharum". Sch.: „Tibi mille passum peperisti more

moram". Quem secuti nos propius a codd.: *Ipse tibi mille passum peperisti morae*, cf. 835. ad Merc. 695.

332. Astaphium abiit; Diniarchus restat solus. „Sed quid hic haec" vult Mueller. Prosod. p. 392. — *Sed autem*, v. ad Rud. 461. — 333. *praestolata est* ed. pr., cf. Ter. Eun. 975: „Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium", ad quem locum Donatus miratur accusativum poni, non dativum ut Cic. Catil. I, 9, 24. Etiam Cæs. B. Civ. II, 23: „huius aduentum praestolans". — 334. *Illum student*, v. ad Mil. 1429. — *uolturii triduo* ed. pr. Plin. H. N. X, 19: „Umbricius haruspicum in nostro aevo peritissimus (vultures) tradit triduo ante advolare ubi cadavera futura sint". cf. Apul. Apol. 57: „vincit sagacitate adorandi canes et vulturios". — 335. *de quoio* em. Bergk. Beitr. p. 60, cf. Poen. 534: „de quoio ederis". *esuri* ed. pr. — 336. *Illum inhiant* ed. pr. — *illi*, i. e. illo loco, cf. Pseud. 34: „istic meus animus nunc est, non in pectore". — 337. *nihilo* Bugg. Ann. phil. CVII p. 409. *respiciet*, Phronesium; „respicient" voluit Fl. — „est" om. ed. pr.; Cam. „iste". — 338. *Quam si* pronuntiandum „quasi", v. ad Trin. 267. *abhinc* Fleckeis. Ann. CI p. 617, cf. Bacch. 385. Cas. 39. Most. 484. Stich. 140. — 339. *Ut rem seruare* Studem. *suaue est* Camer. — 340. *plector* ed. pr., cf. Gepp. Stud. I p. 108. Ter. Phorm. 220: „Ego plectar pendens". al. — *antepartum*, cf. 63. — 341. *obtigerit* ed. pr. — 345. *Ut nulla*, παρὰ προσδοκίαν, v. ad Asin. 877. Sed hic Diniarchus, quasi non hac clausula tota sententia perisset, tamen pergit ut inceperat, se eos qui nunc nequitiam suam culpent refutaturum, quod vere comicum est, nec probari potest Goelleri sententia v. 346 ante 344 ponentis. — *cis*, v. ad Most. 17. — 346. *confutauerim* Cam. — 347. *aestuosas sentio* Both., cf. Bacch. 468: „quae acerrume aestuosa obsorbet, ubi quemque attigit". — 348. *intra* ed. pr. *pessulos*, v. ad Aul. 104.

350. *uoluptas* A. — *Uer*. „Cum vere comparatur amica ut „meum verculum" in blanditiis est Cas. 779. Cum vere comparat Horat. Carm. IV, 5, 6 vultum Cæsaris". Sp. — 351. *ut olet* A. *nitide nitet*. Sp. comparat Pseud. 1300: „madide madeam". Aul. 306. — 352. *inficetus*, cf. Catul. 22, 14: „infacetior

rure infaceto". — *qui tuae* A. — 353. *amicae Diniarche sauium* A. — 354 hiatus in cæsura. — *uapulo*, plector, cf. Stich. 749: „uapulat peculium". *atque adeo*, et quidem, cf. Curc. 333. — 355. *Quor* Gepp., v. ad Amph. 892. — *Salua sis* A. — 356. *Hicine cenas hodie* A. — 357 recte A. Delicias facere incipit, sed amplius invitatus cedit. — 358. *lubente* A. — 360. *Uelim, si .. possit*, v. ad Pers. 216. — *Cedo soleas*, v. ad Most. 376. Quod in A additur „puer" repudiarunt viri docti, quia apud Plautum vocativus „puere" esse solet. Ut ut est, ceteri codd. *mihi* præbent. Loquitur autem quasi convivium iam ineundum sit, simulatque omnia eodem modo quo Charinus in Mercat. 910 sqq. Ipsius puer nullus aderat, qui soleas auferret aut daret; Phronesii ancillæ adsunt illæ quidem, v. 383, sed mensa non apposita est. — 362. *animo male est*, v. ad Amph. 1074. — 363. *fiet* A, cf. ad Merc. 485. — *Ah* Cam. — *aspersisti aquam*, cf. Bacch. 244. — 364. *bibam* A, cf. ad Most. 365. — 366. *Bencne ambulatumst?* A, cf. ad Asin. 107. — 367. *uidendi copia est* A. — 368. *Heia, hoc est melle* A. — 369. *Hoc*, quod Phronesium complectitur. — 370. *Dan* Cam. — *Em* et *es* A. „Eam ob causam pauper factus es, quod plura mihi polliceri et donare solebas quam ego poscebam". Sp. cf. Rud. 1221. — 371. *abs te posco aut* A. Quamvis „abs te posco" Plautinum non sit, quoniam *postularc ab aliquo* Plautinum est, v. Capt. 933, cf. Cæcil. 139. Ter. And. 551. 823, utroque verbo iuncto offensio tollitur, nec cum Abrahamo Ann. phil. Suppl. XIV p. 186 ceterorum „quam ego a te postulo" præfero. — 372. *parsisses* Bergk. Beitr. p. 136. — 373. *repercis sauiis* A, cf. Most. 121. — 374. *Compendi facere*, v. ad Asin. 305. — *factum* A. — 375 ex A. *mihi atque oculis meis*. Sp. confert Trin. 395: „consolatur me atque animum meum". — 377. *meministin?* Bergk. Beitr. p. 134. „dum uixi" significaret „in uita mea", ut se diceret tam diu vixisse, quamdiu Phronesium se amaret, quod parum veri simile est. — 378. *sordebamus* A. *alter de altero* item ut Epid. 442; sed utroque loco *prae* scribendum videtur, ut Hor. Ep. I, 11, 4: „Cunctane prae Campo et Tiberino flumine sordent?" Utrumque sua commoda præ alterius contempsisse dicit. — 379. *quod* A. — 380. *Quod*

... *noui negoti*, novo substantivo in sententia relativa posito, v. ad v. 9. Schoellius et „Quid" scripsit et versum ante hunc excidisse putavit. *hic me absente* Lamb. — 381 accessit ex A. „*aucta liberis*, dictio sollemnis etiam de uno filio, cf. 511". Sp. — 382. *bene prouenisti*, cf. 511. Stich. 399. — *gratulor* A, ut 512. — 383—84 servavit A. *superstes* propria vi, v. Fest. p. 305: „Superstites testes præsentes significat, cuius rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus (cf. Cic. Mur. 12, 26) ii, inter quos controversia est, vindicias sumere iubentur. Plautus in Artemone: Nunc mihi licet quiduis loqui; nemo hic adest superstes". — 385. *semper summa credidi* A. — 386. *neque* et *neque praegnas* A. — 387. *adsimulasse me esse* et *nego* A. — 388. *Quem propter* Bugg. Ann. phil. CVII p. 409. — 390. *anno* Lipsius, i. e. ante annum, v. ad Men. 203. — *senseram*, cf. 131 „dixeras". — 391. *istuc*, *quoi rei* iungenda, cf. 9. De dativo cf. Pers. 427. — 392. *laqueus* Cam. „laqueusque" Seyff. Stud. p. 28, cf. ad Amph. 5. — „*redimiculum*" ait Fest. p. 273 „vocant mulieres catellam, qua maxime utuntur ornatus causa". — 393. *Reuorsionem faceret*, cf. Bacch. 293. — 395. *penderem* ed. pr. — 396. *id non necarem* Sch., cf. 199. Camer. „id educarem" scripserat. *ac* probum est, v. ad Mil. 450, ne cum Schoellio „at" aut „ast" scribas. — 397. *Bona sua me* Cam.; „med" Buecheler, hiatus causa; ego cum Sp. *esse* transposui. — *habituram* Gepp.; neque enim Gellio I, 7 credo, quamvis credant et Buecheler Ann. CV p. 571 et Hertzius Vind. alt. Gell. p. 13. — 398. *Quid denique agitis?* cf. Bacch. 291. — *Mater*, mea, cf. 466. — 400. *Aliam aliorsum* ed. pr. — *praemandare*, ante id tempus, quo opus re est, mandare ut paretur, cf. Cic. ad Fam. V, 9, 2. Planc. 12, 31. — 401. *supponatur* Acid. — 402. *Quid* ed. pr. — *Tonstricem*, cf. 762. 846. *Syram*, antiquam formam „Suram" codd. retinuerunt etiam 525 et 536. Non personæ nomen, sed nationis est. Nomen eius Archilis fuisse videtur v. 128. — 403. *Nouistin* Sp. Reliqua viros doctos varie torserunt. Speng. antiquiores secutus: „nostras quae erga aedis habet", i. e. habitat; sed „erga" pro „e regione" poni non posse animadvertit Fleckeis. Ann. C p. 616, ipse coniciens: „quae me erga animata est bene". Sch.: „quae mergi aciem

in sese habet". Mihi sensum divinasse videtur Bugg. Ann. CVII p. 409: „*quae mercede* sese alit", cf. Sall. Cat. 37: „manuum mercede inopiam tolerare". Sed puto in eandem sententiam dici *sese habet*, quod cum „bene" coniunctum paulo aliter dicitur, v. ad Aul. 364. Significatur enim ancilla *χωρὶς οἰκοῦσα τοῦ δεσπότου*, ut ait Dem. Phil. 1, 36. Harpocr. p. 177, *ἀνδράποδον μισθοφοροῦν* (Isæ. Ciron. 35), qualia *αὑτοὺς τρέφουσι καὶ μισθὸν τελοῦσι τοῖς κυρίοις* (Tel. ap. Stob. XCV, 21), quam *ἀποφοράν* dixerunt Xenoph. Rep. Ath. 1, 11. Æschin. Tim. 97. Theophr. Char. 30. Hæc dum tondendi et comendorum capillorum operam per domus præstat, operatur; itaque v. 404 *operans* scripsi, ut iungi possint, quæ oportet, *Haec ... uestigat.* Ed. pr. „una opera"; Gepp.: „dat operam"; Koch.: „data opera"; Bugg.: „ad operam"; Sch.: „ut operast". — 406. *mercis malae*, v.ad Most. 895, nec opus est scribatur „malas" cum Seyff. Stud. p. 31. Cf. ad Men. 745. — 407. *prior* ed. pr. Cf. Cist. 137. — 409: *ut praemisit nuntium*, ut prænuntiavit. — 410. *hic* Cam. — 411. *puerpera* et *procuras* ed. pr., cf. Curc. 518. — 412. *pulcre* ed. pr. — 413 Spengelius adscriptum putavit ex Asin. 185: „Uera dico; ad suum quemque hominem quaestum esse aequomst callidum", Schoellius hic sincerum esse, illic spurium censet; equidem neutri adsentior. Verborum ordinem em. Acidal. — 415. „Immo ubi" Bugg., vix opus. — 416. *inueniam* ex C tenendum; nam ut sæpe apud Plautum præsens in protasi cum futuro in apodosi iungitur, v. ad Stich. 536, ita præsens in apodosi cum futuro in protasi non nisi apud imperativos aut in sententiis generalibus ut Pers. 557. — 418. *Postid*, v. 752. ad Aul. 742. *uoluptas* et *ero* ed. pr. „totum" del. Both. — 419. „Luditur voce *adsiduo*, quam Phronesium pro semper, Diniarchus pro adsidens accipit". Sp. Eius lusus causa Plautus novam vocem formavit *adcubuo*. — 420. *Dis* Speng. „Quin" recte vidit ex proximi versus initio irrepsisse. — 421. *Quinto* post partum die Græci infantes lustrare et *ἀμφιδρόμια* celebrare solebant, v. Plat. Theæt. p. 160 E. — *fieri oportet* ed. pr. — *Censco*, v. ad Amph. 959. — 422. *Non audes*, non vis, v. ad Asin. 473. — *hodie* addidi versus causa; Cam. ed. „dare mihi". — *munusculi* Brix. — 423. *Lucrum*, cf. Pers. 501. „Lucri"

Kiessling. Sch., cf. Pers. 665. — *facere* et *uoluptas mea* olim emendatum. — 424. *poscis* Cam. *abstuli* id. — 325. *aderit*, munusculum. — 426. *attulerit* Brix. *boni consulas* ed. pr., cf. Quintil. I, 6, 32. Cat. ap. Gell. X, 3, 17. — 428. *Ut*, quasi antecessisset „tale“. — *paeniteat*, v. ad Bacch. 1182. infra 528. — *mittas* Cam. — 429. *Num quippiam aliud me uis?* Geppert. ut Pers. 732. — 430. *et ualeas* Gepp.; „nunc ualeas“ Bugg. Opusc. ad Madv. a discipulis m. p. 187. Post hunc versum Phronesium abit.

432. *socienni* Kiessling, cf. Aul. 651. Goeller. „unanimantis sociae“ ed., Sch.: „unanimantis, solide fidentis“. De asyndeto cf. Capt. 405. — 433. „*Officium facere* iungendum, cf. Cist. 484“ Sp. — 434. *quae mihi credidit* ed. pr. — 436. *sese iam mihi* Nonius p. 139 hunc et proximum versum afferens, in quo duo prima verba omittit et *dum uiuam* scribit; ed. pr. *dum uiuat*, cf. Curc. 662. — 438. *illi ut* Cam. — 440. „ut non m. mittam“ postulat Kiessling., non necessario. — „iam modo“ Latine non dicitur; *immo* et ipse olim scripsi et Mueller. *ex hoc loco*, cf. Asin. 129. — 441. *perferri*. Studem. „deferri“ uoluit. — 442. Post *praeterea* hiatur. Bergk. Beitr. p. 77 addit *una*, cf. 556. 737, quod improbat Below. de hiatu p. 55 coll. Men. 513. — *dumtaxat*, ut sumptus minam non excedat, cf. l. Rubr. (C. I. L. I, 205) I, 27. — 443. *bene sit, quae bene* Sp. — 444 em. Mueller. Nachtr. p. 146. *facio* sæpius in „facto“ corruptum est, v. 680. 905. Merc. 94.

---

445. Phronesium exit. Canticum ab anapæstico incipit systemate, cuius primus versus dimeter est, tres proximi trimetri, 446 cum 447 coniunctus. 449—59 tetrametri bacchiaci. 460 sqq. trochaici septenarii.

446. *sunt* ed. pr. *crucianturque* Cam. — 448. *perhibemur*; nam mulieres, præsertim meretrices, malas esse omnes cantant. — 449. *id* add. Seyff. Stud. p. 29, sed in principio versus; obiectum ægre desideratur. *prime* idem, quod cum *docta* iungendum, ut „adprime“, cf. Mil. 794 „prime cata“. Charis. II p. 188: „prime Plautus [in Acontizomeno]: Acontizomenus fabula

est prime proba"; quibus verbis Plautus Nævii fabulam commemorat; verba quæ seclusi spuria sunt. — *domo docta* Goeller., v. ad Amph. 631. *dico* Sp. — 452. *studeo uitae*, sc. pueri, non ut Spengelius enarrat, „meæ vitæ". Sed desideratur necessaria personæ significatio, quæ omissio ut aliquatenus ferri possit, pro „quod" scripsi *quoi*. — 453. *hunc* olim em., cum hiatu legendum; „nunc" Sch. cum Muellero. Verborum ordinem em. Speng. *adgrediri* Cam. — 454. *auara* in cæsura ferri potest; „auare" Seyff. Sch. — *exsecuta*, cf. Trin. 284. — 456. *Nam* add. Speng. in editione, postea Schoellii coniecturam „Necullam" amplexus. — 457. *eam* add. Gepp. Schoell.: „astu docte adcurateque". Sp. confert Capt. 222. — *exsequare* ed. pr. — 458. „uidetis me" Muell. Sch. — 459. *me esse* cum hiatu legendum, nisi aut cum Bothio „med" scribas aut cum Spengelio: „aegram me esse". — 460—470 quum fere eadem dicant atque superiora, Schoellius Analect. Plaut. p. 35 pro secunda huius cantici recensione habuit. — 460. *id* add. Cam. — 461. *morbost* Sp. — *senio*, cf. Stich. 23. — *miserae* ed. pr.; Sch. cum Kochio: „misera". — 462. *eius eam nimis cito* Mueller. — 463. *Nimis quam* Cam.; *occeperunt* id.; cetera ed. pr. — *defessae quae*, cf. ad Amph. 38. — 464. *facere occeperunt bene* Both. — 465. *leuius onus* ed. pr., cf. Mil. 683. Scaliger „melius opus" voluit. — 469. *Is hic haud* Weis. — *praecaueo* Cam. — 470. *mihi prouidi* scripsi; in eandem sententiam Schoell. Anal. p. 35 „mi adcuraui", sed in ed. longe aliter: „Eoque ornatu nunc sacrufico". — *puerperio cubem* ed. pr.

471. *stactam* Cam., cf. ad Curc. 101. *ignem in aram*, cf. Mil. 413. — *uenerem*, v. ad Bacch. 171. *Lucinam* Saracenus. *meam*, quæ mihi opem tulit. — 472. *eho* Gronov. *Pithecium* Cam. — 473. *adiuta* Pareus. *em* Seyff. Stud. p. 22. — 474. *deduce* Gepp. — *iniice* scripsi, non inice, quia prima syllaba longa est. — 475. *Ubi es, Astaphium?* Par. — *uerbena* cingebantur aræ, v. Hor. Od. IV, 11, 7. Ovid. Met. VII, 242. Ter. Andr. 726: „ex ara hinc sume uerbenas tibi", et Donat. ad eum locum. — *tus*, cf. Hor. Od. I, 19, 14: „Verbenas, pueri, ponite turaque". — *bellaria*, liba, cf. Gell. XIII, 11, 6 sq.

— *et* ne quem offendat, v. infra 568. ad Asin. 564. Sch.: „fer uerbenam huc intus et b.“ — 476. *huc* Fleckeis. *ueniat* Guietus.

477. Stratophanes miles a ceteris nondum conspectus virtutem suam spectatoribus prædicat. — 478. *duella* Gronov. — „soleo ego, haud sermonibus“ Sch. — 479. *memorauisse* ed. pr. — 480 male corruptus; emendandi conatus v. ap. Sch.; Speng. „Ex Homero iam et post illum multi memorari potis“. Muell. „Et Homeri aetate et postilla mille memorari potis“. Sed recte Geppert. negavit hic Homeri ullum locum esse, quippe apud quem nihil tale usquam legatur, quare Schoellius: „Et Thrasonidam et postilla cett.“. Ut sensus veri similis reddatur, exempli causa scripserim: „Et Græcorum et barbarorum turba memorari potest“. — 481. *pugnis* Cam. *Falsas pugnas* deferre, ut ait Fronto p. 84 Nieb., militare flagitium est. De falsis pugnis autem M. Cato orationem habuit contra Q. Minucium Thermum, v. Gell. X, 3, 17, ut videtur anno a. Chr. n. 190, quo Q. Minucio ex Liguribus redeunti triumphus a senatu negatus est, v. Liv. XXXVII, 46, 2. — 482, versum proximi sententiam inepte repetentem, iure proscripsit Brix. Corruptam scripturam sic em. Sch.: „Non laudandust, quoi plus credit qui audit homo quam qui uidet“, qui quod etiam duos proximos dàmnat, minime probandum est. — 483. *quem* Acid. *quam qui* ed. pr. — 484. *unus* accessit ex Apulei. Florid. 2 et Fest. Epit. p. 179, qui versum integrum laudant. *oculatum* Festus explicat: „qui se vidisse dicat“. Sententia apud antiquos vulgata, cf. Horat. A. P. 180 sq. Senec. Qu. nat. IV, 3, 1: „ex his me testibus numero secundæ notæ, qui audisse quidem se, vidisse negant“. Ep. 6, 5: „homines amplius oculis quam auribus credunt“. al. — 485. *audita* ed. pr. — 486. *scurrae*, v. ad Curc. 296. *mussitant*, cf. 309. — 487. Neque ii, qui quum domi maneant, lingua gloriantes hostilium gladiorum aciem hebetant, cf. Mil. 4. — 488. *arguti et* ed. pr., cf. ad Pseud. 750. Sch. cum Seyffertio: „argute cati“. — 489. *argutam* Turneb. — 490 ex Varrone restitutus, qui L. L. VII, 70 versum laudat addens: „*Praefica* dicta, ut Aurelius scribit, mulier, ad luctum quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes eius caneret.

Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur νομικὰ βαρβαρικά". Tum affertur Nævii versus: „Haec quidem hercle, opinor, praeficast; quasi mortuum conlaudat", quem eundem laudat Fest. Epit. p. 223: „Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi quasi in hoc ipsum præfectæ". Nonius autem p. 66 sq.: „Praeficae dicebautur apud veteres, quæ adhiberi solent funeri mercede conductæ, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria: Superaboque omnes argutando praeficas. Idem Truculento: Praeficas, quae alios collaudare, a se uero non potest". Unde *conlaudare* hic restituit Kiessling., *eapse se* Scioppius. — *uero* est adverbium, non coniunctio. — Quod in priore membro „potest" auditur ex altero negativo, cf. Cic. Acad. II, 41, 126: „An Stoicis ipsis inter se disceptare, cum iis non licebit?" Senec. Qu. nat. IV, 3, 1. Tacit. Ann. XII, 64: „filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat". XIII, 56: „deesse nobis terra in vitam, in qua moriamur, non potest". — 492. *ad amicam* Nonius, qui p. 457 locum sic affert: „Nunc ad amicam decimo mense Athenas Attiseas viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu, quod ea agat". *Atticas*, v. ad Epid. 501.

494. *tam propinque* Acid. em., cf. 569. — 495. *adest* ed. pr. *opust* Cam. — 496 pessime corruptus est. Cam. ed.: „Quid adhuc egeo tui, malum, admonitricis? an me maleficio uincere est?" Alios conatus v. ap. Schoell. Mihi posteriora emendari posse videntur, priora unde venerint, non video, sed versum iustam mensuram egredi apparet. Deletis igitur tribus primis vocabulis scripsi: *Simulo; ne me mone; te rerin me maleficio uincere?* — 497. *Peperit* Cam. *Uin adeam ad hominem? PH. Uolo* Pius. — 498 em. ed. pr. — 499. *Uenire saluom*, sc. te gaudeo, ut Trin. 1073: „Saluom te —", quæ hic quoque libenter posuerim, ne iambicus versus trochæos interrumpat. Alia alii conati sunt. — 500. *Ecquid* ed. pr. *mihi*, cf. ad Amph. 595. „mei" Ritsch. Opusc. II p. 572. — 501. „Quine" Acidal.; sed præterea deest aliquid. Cam.: „iam machaeram"; Speng.: „et machaeram"; Sch.: „ma — ma — machaeram", cf. Most. 317 et 323, quorum locorum longe alia ratio est; ego: *Qui extemplo*, cf. ad Curc. 80. Capt. 554. —

502 sq., quæ in codd. omnia militi continuantur, recentiores sic fere edunt: „AST. Nimis quam tui similist. STR. Papae. Iam magnust?“ Sed nec cur ista repeteret ancilla, ulla causa erat, nec militi conveniret, præsertim nullo miraculo narrato, exclamatio „papae“. Immo Astaphii est; militemque credo, quum iam ingenium pueri agnoverit, etiam de adspectu et visu eius rogare. Itaque scripsi: *Quid? uisu similist? AST. Papae! Iam magnust.* Miles interrogare pergit; sed nec „electat“ ut Cam., nec „leto dat“ ut Gepp. aut „letat“ ut Sch., nec „it ad“ ut Sp., aptum est; requiritur *ductat.* — *ecquae* Kiessl. — 504. *Loquere* Seyff. Stud. p. 15. De positu vocis v. Becker in Studem. Stud. I p. 133 sq. — *illic* Sp. — 505. *Inter*, cf. ad Stich. 218. Buecheler „Intra“ voluit. — *aliquid actum* Both. — 506. *exitio*, cf. Capt. 514. ad Most. 369. — 507. *gratulare* ed. pr. — 508. *Ubi illa* cum hiatu legendum, nisi cum Bothio *transponas*: „est obsecro“. Extrema corrupta sunt; Acidal.: „atque a me abstitit“, nimis languide, nec Plautino verbo; ego: *ubi ea se abstulit?* cf. Rud. 1019. — 509. *adduco* et *ubi is est* ed. pr. — 510 affert Gellius XIII, 23 una cum Licinii Imbricis vv.: „Nolo ego Neaeram te uocent, sed Nerienem, Quom quidem Mauorti es in conubium data“ et Ennii ex primo annali: „Nerienem Mauortis“. Etiam „in libris sacerdotum populi Romani et in plerisque antiquis orationibus“ legerat „Nerienem Martis“. Docet autem tertiam nominis syllabam longam esse debere, nam „Nerio a veteribus sic declinabatur quasi Anio“. Addit: „Sabinum verbum est, eoque significatur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, si quis erat egregia atque præstanti fortitudine, Nero appellatus est“. Neria dicta erat a Cn. Gellio in annali tertio „in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse: Neria Martis, te obsecro, pacem da, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis, posteros patriæ pararent“. — 511. *quomque* ed. pr. Cf. 381 sq. — 512. *peperisti* ed. pr. De *quom* post „gratulor“ repetito v. ad Amph. 900. — 513. *uita* Cam., cf. Gell. XII, 7, 2: „mulier,

virum et filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat". — 514. *Uimque mihi* Buecheler. Sch.: „Quique mihi magni doloris onus cett.". Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 30: „Quique mihi magni doloris p. u. t. Compleuisti corpus", cf. Amph. 1009. — 516. *Eia, haud ab re* Cam. *istic obuenit labos* Goell. — 517. *opplebit* ed. pr. — 518. *tritici opust* Both. — 519. *hinc*, cf. ad Capt. 532: „periisti e patria tua". Vulgo post Angelium „hic". — *exstinxit* coniunctivus est, v. Neue Formenl. II p. 546. — 520. *Habe bonum animum* ed. pr. — *hinc pete* Kampm. *Ah* Both. — 521. *dolet* Sp. *aegre moueo* Seyff. *etiam* Cam. — 522. *Si hercle me* Luchs. em. — 525. *mel meum* Cam. „me" del. Both. — 525. *ex Syria* ed. pr.; „ex Suria" fuit. — 526 sq. *Is te dono* et hoc versu et 528 Plautus non scripsit; nec dubitari potest quin 526—27 spurii sint, præsertim quum inepte ponatur in priore *sed*, *uerum* in altero (quem si genuinum putarem, emendarem: „earum patriam ego excidi manu mea"). Schoellius quum in editione hos versus notasset, in præf. p. XLV tali explicatione servare conatur: „Miles: „Is te dono". Sed illa tacet quasi nihili faciens, itaque miles adduci iubet, collaudat donum suum et prædicat; cum illa pergit tacere, iterum ingerit „His te dono". Iam illa etiam irascitur". Sed Plautus non is est, qui tales animorum motus tacere quam explicare malit, neque unquam eiusmodi repetitiones apud eum invenias, nisi causa indicata. — 528. *quot ancillas alam* em. Gulielmus, cf. 428. Locum affert Donatus ad Ter. Eun. V, 6, 12 = 1013 corrupte: „Paenitetne te quod ancillae sunt iam?" Ex Terentii loco: „An paenitebat flagiti, te auctore quod fecisset Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?" Camer. em. „insuper". Veri similius Hauptius: „*examen superadducas*". Ex eodem Ter. et Rud. 568 Kiessling. etiam „Ni" commendat. „*Quin*" tuetur Dombart. Philol. XXVIII p. 736, coll. 228. Amph. 235. Asin. 419. Curc. 209, quia insit in v. „paenitet" negandi vis: Nonne satis multas ancillas alo, quin plures me alere cogas? Haupt. „Quine" voluit. Si quid mutandum, „Qui mihi" scripserim. — *comedint* Cam. — 530. *hercle ingratumst* Gepp. „tu" et „istam" delevi cum Schoellio. *perulam* Grut. — 531.

Mea . . *attuli* . . *pallulam* ed. pr. *ex Phrygia*, Gronov., cf. Aristoph. Av. 493: *χλαῖνα Φρυγίων ἐρίων*. — 532. *tantillum* ed. pr. — 533. *misero mihi* scripsi versus supplendi causa; Both.: „ego miser; iam mihi". Speng. „aurichalco", prob. Below de hiatu p. 18. — *auro contra*, cf. ad Curc. 201. — 534. *mea* addidi. *nihili* Valla. *ex Sarra* Scaliger. Sarrana purpura vulgo nobilis, v. Verg. Georg. II, 506, ad quem locum Probus: „Tyron Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit Poenos Sarra oriundos". cf. Gell. XIV, 6, 4. Buecheler „purpuram" ad antecedentia trahens, voluit: „eccum ex Arabia tibi Adtuli tus, Ponto amomum"; quod qui defendunt allata sycophanti Trin. 933 sq. Arabiæ et Ponti confusione, nihil agunt; nec magis huc pertinet quod Plinius XII, 49 amomum nasci ait „et in Armeniæ parte, quæ vocatur Otene, et in Media et in Ponto", quæ etiam si vera sint nec ad aliud eiusdem arboris genus referantur, illud tamen constat, tus et amomum, quo ad sacrificia et ad vitæ luxum utebantur præparato, non ex Ponto Romam venisse, sed ex Arabia per Ægyptum aut Phoeniciam. Verius vidit Bothius „duas Ponto amictus" scribens, nos propius a codd.: *duas Ponto chlaenas*, cf. ad 531. — 536. *Astaphium* add. Sch. *hinc e* Grut. — 537. *Ecquid amas me* Cam. — 538 em. Cam. et Buecheler. Sp.: „Ne oenum verbum quidem benignūm". — 541. *num tu me neuis* scripsi. „nunc tu num uis me" Sp.; „num tu non neuis" Sch., apud quem v. al. — 542. *uenero* Bugg.; Cam. „ad te huc cubitum iuero". — 543. *noui* Sp. — 544. *is* add. Both. *ducit* id. — *pompam*, v. ad Bacch. 112. Servum Diniarchi videt cum opsonio aliisque donis, quæ ab aliis non paucis servis portarentur necesse erat, v. 546.

546. Titulus huic scenæ suprascriptus in codd. varie corruptus est. Primum Diniarchi servum rubricator *Getam* appellavit, quod nomen v. 571 sibi legere videbatur. Hoc falsum esse monstravit Spengel. præf. p. IV sq.; verum nomen fuit *Cyamus*, v. 692. 577. 580, frustraque illi patrocinatur Gepp. Stud. I p. 105 sqq. Tum ex depravatione archetypi, quæ in B apparet, male C „Astaphium" effecit. Ea abiit v. 536; hic militis nomen ponendum fuit. — Canticum incipit a duobus

tetrametris bacchiacis. 548 anapæsticus tetrameter est. 549—52 tetrametri bacchiaci. 553—55 trochaici octonarii, 556—60 septenarii. 561—63 anapæstici, trimeter, dimeter catalecticus, dimeter. 564 tetram. bacchiacus. 566 troch. octonarius. 567 anapæsticus. 568 tetram. bacchiacus. 569—74 troch. septenarii. 575 quinque iambi. 576 tetrameter creticus. 577 troch. octonarius. 578—79 cretici trimeter et tetrameter. 580—81 troch. septenarii. 582—86 tetrametri cretici. 587 constat ex duobus trochaicis tripodiis catal., 588 ex dimetro cretico et dimetro iambico. 589—92 troch. septenarii. 593—95 tetrametri cretici. 596—602 anapæstici tetrametri (598—99 catalectici). 603 sq. trochaicus octonarius cum septenario. 605—9 troch. octonarii cum septenario. 610 iambicus septenarius. 611 troch. septenarius. 612 troch. octonarius. 613—16 tetrametri cretici. 617 sq. troch. septenarii. 619 troch. octonarius. 620—21 troch. septenarii.

546. „muliere" corruptum esse omnes viderunt. Acidalius „muneridamnigeruli" scripsit, Speng. „muniferi damn." cf. Pseud. 180: „munerigeruli". Cautius Palmerius, Bugg. Ann. phil. CVII p. 411 al. codicum scripturam sequuntur. *Mulos* enim non miror si servos appellavit magna onera gestantes, ut muli Mariani dicebantur furcæ, quibus C. Marius milites onera portare iussit, Fest. Epit. p. 24 et 148. *eri damni geruli* autem recte dicuntur qui heri damnum gerunt, ut proximo versu *Foras euerrones*, ut scripsi, qui foras everrunt; Sp. „foras gestatores"; Bugg. Opusc. ad Madv. p. 189 „foras egerones". *exagogae* ed. pr., cf. 706. — 548. *si quis* Both., reliqua Cam. em.; Sarac. „exspoliet" proposuit, Schoell.: „quin nihili sit, quin probe parta ipse exspoliet". — 549. *Nam hoc* cum hiatu legendum; „ego" add. Muell., Seyff. Stud. p. 20. De coniunctione cf. 79. — *qui sciam* Cam. — 550. *Domist qui facit* cum Camerario Speng. Reformv. p. 423, ut „facit" posteriorem producat, quod quum vix fieri posse videatur, Sch. *tam* addidit; Seyff. Philol. XXVII p. 462: „factat". *inprobe* Sp. — 551. Numerorum causa „habet" sustuli et *ecferri* scripsi; alii aliter. — 552. *publicos*, i. e. ministros vel servos ædilium, quorum etiam Stich. 716 mentionem fieri suspicatus sum. Quorum ius utrum re

vera tam late patuerit, ut non solum a publicis viis sed etiam a privatis ædibus immunditiam prohiberent, an hæc potius servi exaggeratio sit, non diiudico. Quæ alii substituerunt (Seyff. „pulices"; Sch. „puluisculos") nullam probabilitatem habent. *ni intus mundissumum sit* Seyff. Philol. XXIX p. 413. — 553. *domi* ultima longa; Sch.: „suas aedis". — *uehitur* Schoell.; Cam. „uerritur" scripserat. ἔξω Cam. — 554. *Quando equidem* Sch., v. ad Trin. 352. *se it* Cam. *ego* Sch. Spengelium secutus. — 555. *hilo minus* Lamb. *potest* ultima correpta; Sch. „pote". — „Nam" sustuli, Gepp. „iam". Metri causa utrumque servari potuit, si liceret mina Græce μνᾶ pronuntiare. Quod quum nusquam inveniatur, malui cum Gepp. *opsonatu* scribere. — 557 affert [Aurel. Vict.] Orig. gentis R. 7: „inde tractum ut Herculi decimam profanari mos esset, secundum quod Plautus *partem* inquit *Herculaneam*, i. e. decimam", v. ad Bacch. 661. *Quinque nummi* enim sunt decem drachmæ, v. ad Aul. 440. Epid. 55. Post *partem* hiatur. Gepp. „inde" addebat, Sch.: „pax partem". — 558. *adsimile est quasi*, cf. Cic. ad Att. I, 16, 10: „simile est quasi". *qui*, v. ad Aul. 481. — 559. *aeque aqua* et *in mare* Sp. — 560. *omni*, cf. Trin. 339. — 561 sq. prorsus recte affert Nonius p. 12: „Suppilare est involare vel rapere, a pilorum raptu; unde et furtum passi compilari dicuntur; Plautus Truc. cett." — 564. *nec datis unquam* Buecheler non metro magis quam sensu postulante. — 565 miserrime corruptus nec ab ullo dum sanatus. Seclusi, quia sententia cum proximo pugnare videtur. — 566 anapæsticum ut faciat Speng. Reformv. „donanti" scripsit. — 567. Numeri anapæstici sunt, sed syllaba longior tetrameter est. Gepp. „sua" delebat; ego cum Buggio malo „in" ante „pauperiem" delere, v. ad Pers. 71. — 568. *Priuauit bonis* ed. pr.

570. *ut*, cf. ad Amph. 325. Most. 262. — 571. *Noster esto* Speng., v. 943. ad Bacch. 440. „Geta" corruptum est, v. ad principium scenæ; audacius autem foret cum Schoellio „Cyame" substituere. *noster esto* autem est „noster eris", ut Verg. Æn. II, 149; cf. Verg. Buc. 7, 36: „aureus esto". Hor. Od. III, 22, 5: „imminens villae tua pinus esto". III, 8, 15. al. — 573. Versum corruptum alii aliter emendare conati sunt; mihi certum videbatur Plautum *adferre* scripsisse; itaque *et*

addidi (&), quod numeri desiderabant. — 574. *ferre* ed. pr. — 576. *Iussit* ed. pr. *orare* Cam. — 577. *acceptaque* Cam., cf. 608. — *ecastor* ultima longa, v. Prol. p. 196; Bugg. aliique: „habeo ecastor". — „mi Cyame" Sp. — 578. *haec quae inperat* Cam. — 579. *Uasa* Grut. Vini amphoras aliaque vasa liquores continentia Phronesii familiæ relinquere Cyamus non vult. *Desiccari* iubet, i. e. ut liquidum inde effundatur. *iube* em. Buecheler. — 580—81. *Inpudens* ed. pr. *Cyanie es* Seyff. et Kiessl. *Egone* Both. *Bona fide?* v. ad Aul. 765. Pseud. 1095. Quum avara meretrix diligentiam Cyami impudentiam dicat, ille admiratus „Num re vera" inquit „tu, qua nemo impudentior est, meam impudentiam accusas?" — *Iun me ais* Sp. *eapse* Sch. — *stabulum*, cf. Pers. 417. — 583. *dono* add. Sp.; Abraham. Ann. phil. Suppl. XIV p. 240 voluit: „quae ad me modo miserit". — 584. *omnium plurumum* Sp. transposuit. — „ergo" corruptum est; „erum tuum" Sch., ego *merito* scripsi, cf. ad Capt. 917. — 585. *Meque honorem illi* Both. — 586. *ad me* add. Sch. — *obsecrato. Licet* Sp., cf. 328. — 587. Both. „sese", ut tetrametrum creticum efficiat. Si „ille" scribetur, versus ex duabus tripodiis catal. constabit. — *comest*, cf. Hor. Ep. I, 2, 39: „si quid est animum". Verg. Æn. XII, 801; „Nec te tantus edat dolor". — 588. *homost* ed. pr. — 589. *Dignus*, qui miser sit. — *Quid? eum non nosti* scripsi; quæ alii tentarunt, v. ap. Sch. — 590. *Qui hic* Sp.; Sch.: „Militem hic apud me qui erat". — *isque adeo eum* scripsi; superiorum conamina v. ap. Sch. — 591. *ali* ed. pr. — *auscultauit*, *obseruauit* Sp. *quam rem agam* Koch. — 592. *nihili* olim em.; *illicine* Muell. — „Med" Sch., ne „illic" ultimam longam habeat. *intuitur* Guiet. — 593. *suspiritum* Speng., cf. Cist. 57. Merc. 113. — 594. *Hoc uide*, v. ad Aul. 46. — Non. p. 123 sq.: „*Icit* significat percutit ab ictu. Plautus Truculento: *frendit, icit femur*". Cf. Mil. 206 sq. — 595. *ariolust* Cam. Tangi videntur fanatici Bellonæ et Magnæ Matris, Iuven. 4, 123 et 2, 112, de quibus Tibullus I, 6, 43 sqq.

Sic fieri iubet ipse deus, sic magna sacerdos
Est mihi divino vaticinata sono.

Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem
Flammam, non amens verbera tortà timet.
Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos
Sanguine et effuso spargit inulta deam,
Statque latus præfixa veru, stat saucia pectus
Et canit eventus, quos dea magna monet.

596 sqq. anapæsticos discripsit Speng. Reformv. p. 180, quos alii trochaicos habent. — 597. *cur ausu's*, cf. ad Aul. 733. — *Lubitum est* Both. ut 599. — 598. *Istucine* Sp. Camerarium secutus. *responsas* ed. pr. Schoell.: „Istuc ne mihi responsis“ nimis patienter. *Hoc*, sc. tibi respondeo. — 600. „*Istuc primum experiar*; hæc miles secum dicit“ Sp. — *tantilli* olim emendatum. Gepp. „petili“ scripsit ex Non. p. 149: „petilum, tenue et exile cett.“ cf. Luc. Mueller ad Lucil. p. 244. — 601. Opsonatum cum contemptu commemorat. *posca* contemptim pro vino, cf. Mil. 835. — *moechum* ed. pr. *malacum*, v. ad Amph. 311. — 602. *Umbraticolum*, quum superiores „umbraticolam“ male scripsissent, recte tuebatur Both.; est enim deminutivum vocis umbraticus, de quo ne quis dubitet, *umbraticulum* scripsi; v. ad Curc. 556. Reliqua propter voc. *nauci*, de quo v. ad Bacch. 1099, affert Priscian. VI p. 682. Item Festus p. 166: „amas hominem non nauci“, et Osbernus ap. Mai. Auct. class. VIII p. 578 sq.: „Plautus tympanotriam inquit amas“. *tympanotribae* autem sive tympanum terentes erant Galli Magnæ Matris, v. Catul. 63. al. Post hoc voc. hiatus in cæsura versus. — *Quae haec res?* Saracenus, cf. Ritsch. Opusc. III p. 129, quamquam is postulat ut scribatur: „Quae res?“; v. ad Asin. 474. — 603 sqq. nisi pluribus mutatis anapæstici fieri non possunt, v. Speng. Ref. p. 181; itaque trochæos reliqui. *peiiuri*, hanc formam tuetur Studem. Mus. Rhen. XXI p. 588. — 604. *istoc*, v. ad Bacch. 379. *hac*, sc. machæra. *conficiam* Lipsius, cf. 617. *offatim*, ut in offas, i. e. frustula (cf. Mil. 49) concidatur, cf. 612. 617. — 605. *te* add. ed. pr. — 606 em. Cam. *ad* est apud, cf. 99. — 607. *haud tu mihi* add. Sch. — 608. „mihi“ om. Sch. „tuaque“ ferri non potest; *aeque ut* scripsi. — 610. „odio es“ Cam. fortasse recte. Proxima pessime corrupta. Speng. omisso „hic“ ed.: „confectis omnibus rebus tuis“. Sch.: „odio senio's?

res confessast omnibus". — 611. *hunc* correptum; Sch. cum Bothio „ni" scripsit. — *huc* ed. pr. — 612. *scelus uiri*, v. ad Asin. 470. — *concipilabo.* Fest. p. 62: „Concipilauisti dictum a Nævio pro corripuisti et involasti". Glossar. (v. Loew. Prodrom. p. 278): „concipulabo, concidam minutatim". — 613—14. De structura v. ad Amph. 515. — 615. *uicerim.* Repetitur eadem forma, qua interrogatum est. — 617. *te* add. Buecheler „namque occidi te" scribens; sed coniunctione non opus; hiatus in cæsura legitimus est. — 618. *Captio*, v. ad Asin. 783. — „istanc" Both. — „haec meast" Schoell. Cyamus cultrum culinarium habebat, cf. 606. — 619. *ueru me* Goell.; „uerum" retinuit Sch. ut Rud. 1291, ubi vid.; hic quidem „me" abesse non potest. Versus octonarius est; Buecheler coni.: „si belligerandumst tamen", ego olim: „si quidem belligerandum hic est". — 620. *Abi domum* Sp., cf. Amph. 1142, sed locum non recte intellexit. Militis hæc verba sunt, servum abire iubentis ut veru illud petat. — *Arbitrum* non proprie intelligit, neque enim ulla lis erat, sed *aequum* arbitrum dicit telum aequum, eiusdem longitudinis, ut Casin. 887: „Nunc ego tecum aequom arbitrum . . . captauero", quibus addit senex: „Perii, fusti defloccabit iam illic homo lumbos meos". Sed lingua ferocem esse Cyamum, non corde, proximus versus ostendit, quem em. Cam.

622 sqq. senarii. *ducite.*; Sch. cum Seyffertio „ducitis"; non opus, v. ad Asin. 697. Curc. 716. Rud. 356. — 623. *miserae* Cam. — 624. Sibi dicit non caput dolere, sed duas ancillas, i. e. quod duas ancillas ei dederit. Sed Phronesium hæc non audit; iam abiit. — 625. *sic datur* ed. pr., v. ad Men. 591. — 626. *quaeso* Acid. *excludi* et *potis est* Sp. — 627. *Sine*, cf. ad Asin. 893. — 628. „*Quantillo opere*, quam facile" Sp. — 629. *his* Cam. *suffringam talos*, cf. ad Mil. 156. — 630. *mutat* Cam. *aura* ego, nam nec „aliarum", ut Acid., nec „aurum", ut Sp. cum Lambino, ferri potest. Miratur levitatem mulierum, quorum animos quævis aura mutare videatur. — 631. *filiolum* Cam. — 632. *Nunc quasi.* „nunc ita mecum agit quasi mihi dicat" Sp., cf. ad Merc. 945. — *uoto* Pareus, cf. ad Bacch. 1040. — 634. *in diebus*, v. ad Capt. 168. — 635. *uerbum*, v. ad Rud. 855.

636. Strabax rure advenit lætus quod patrem magna pecunia fraudaverit, et mox meretricis domum intrat. Codd. omnia usque ad 658 una scena comprehendunt, ad eamque rationem recte rubricator codicis B: „Rusticus. Ancilla"; sed qui solitum tituli indicium antecedenti versu addiderat, pro Strabace „Stratilix" scripserat, quod retinuit C. Senáriis scena scripta est.

636. *mane dudum*, hoc mane; *dudum* enim est nuper, v. ad Amph. 654. — 637. „*bubus glandem*, cf. Cat. R. R. 54 et 60. Colum. VI, 3. XI, 2" Sp. — 638. *Postquam* necessario scribendum, non ut Muell. Prosod. p. 511 ann. voluit „Post illoc quam", nam hiatus in cæsura legitimus est, ille verborum ordo plus quam dubius. — *aduenit* ed. pr. — 639. *uillam* id. — 640. *Tarentinas erat* ed. pr., cf. Hor. Od. II, 6, 10. Colum. VII, 2. Plin. VIII, 190. Quod autem in codd. „Taretinas" scribitur, sic sane pronuntiandum neglecta positione, v. Proleg. p. 203. — 642, versus imperfectus, ut aliquid deesse videatur, velut: „me filium esse; mihi dicat". — 643. *cruminam* ... *detrahit* Cam., cf. ad Asin. 650. — 644. *mihi dat* Cam. — 645. Extrema pars versus corrupta est. Vehementer errant qui „minas oves" ex Varr. R. R. II, 2, 6 huc referunt. Ad sensum scribi potuit „opera mea" aut „patri suas". Propius a cod. foret „per carmina", quasi per artes magicas, quod non abhorret ab eo, qui 638 „si dis placet" dixit. — 646, cf. 946. Post *crumina* hiatur in cæsura; Gepp.: „hac huc". — 647. *periratus* Cam. Marti lupus sacer; Martem adorant pastores ut lupos a pecore arceat. — 649. *pol* add. Iordan. Sch. Locum affert Diomedes I, 1, 334: „*amasios* amatores dicebant ut Plautus Truculento: istos mundulos amasios". cf. Cas. 566. „urbanos" pro interpretamento del. Both. — 650. *Hoc ictu* ed. pr. „uiginti minis, quas donabit meretrici" Sp. *exponam*, cf. Cas. 795: „paene exposiuit cubito". — 651. *Eradicare est* ed. pr., cf. Aul. 292. — „*cum primis*, inprimis" Placidus p. 27, quem attulit Sch. — 652. *Post id locorum*, v. ad Aul. 742. — *deferam* Sp. — 653. *Argentum ad hanc* transp. Both. — 654. *Tat*, interiectio rustica ostium pulsantis. Sch. „Tatae" ut Stich.

769, quod longe aliud est. In ceteris Spengelium et Bothium secutus sum, cf. Bacch. 579 sq.

655. *es* Lamb. — 656. *intro ieris* Sp., cf. 174. — *Anne*, cf. ad Rud. 1127. — 657. *Ibitur*, cf. Merc. 765. — 658. *morari* Langen. Beitr. p. 178 negat apud Plautum nisi transitive poni; quare Sch. hæc Astaphio dat audito „te", quod fieri vix potest; *ne censeas*, ut solet, cum antecedentibus iungenda.

659. Postquam intro iit Strabax, Stratyllax, servus ille truculentus, advenit herum quærens, sed iam de statu deiectus, ut ait Cic. loco supra p. 609 laudato vel „perpetuo commutatus", ut ait Donatus ad Ter. Ad. 5, 9, 29, ut ipse non minus quam herus amoris cupidus sit. Talem animi mutationem incredibilem esse nemo dicet, sed miram et ridiculam, nec iniuria quæritur, quibus rebus effecta sit. Quod quum in hac fabula nusquam fiat, multi viri docti partem eius excidisse putarunt, velut Spengelius præf. p. V tertium actum fere totum, quartum ex parte periisse censet, alia Reinhardtius in Studem. Stud. I, p. 101 sq., alii aliter; sed confitendum est hiatum apertum lacunæ indicem nusquam apparere. Goetzius autem Act. soc. Lips. VI p. 288 sqq. totum hunc locum retractatione in brevius contractum putat. Sed nescio an ipsius Plauti hoc vitium sit, quod in nostræ ætatis poeta ferri non potuit. Antiquus autem poeta non tam id sibi proponit, ut explicet quibus rationibus vel innata naturæ vitia per tempus cohibita aliquando crescant vel ingenium parum firmum aliorum contagione corruptum in aliud genus delabatur, quam ut ipsas res et mores hominum pravos depingat et spectatorum risui exponat. Quare interdum in iis, quæ argumenti causa necessaria sunt, brevior est, in iis, quæ ridicule explicare sibi posse videtur, prolixior.

659. *rure erilem* ed. pr., cf. ad Most. 1058. — 662. *inclamabit me, si* Both. Fleckeis. Ann. C p. 618; cf. Asin. 575. — 663. *minus saeuos* ed. pr. — 664. *truncus lentus* scripsi ex 263; idem Mueller. Nachtr. p. 147. Ceteri „truculentus" retinent principium versus corrigentes, Sp.: „Nam iam non", Sch. cum Bothio: „Iam noenu". — 665 miserrime corruptus, nec in barbarismo rustici servi hariolari libet. Speng. ed.: „Quin tu ad me accedis? exspecto osculum tuom". Kiessl.:

„AST. Qui dum? STR. Quia amoui ex pectore truculentiam". Muell. Nachtr. l. l.: „AST. Quid tibi uis? quin tuam expromis truculentiam?" Sch.: „Quid ais? AST. Quid uis? STR. Quin tuam exspecto obsequentiam". Ribbeck. Mus. Rhen. XXXVII p. 423: „tuam exspecto, rus, truculentiam". Quæ quum omnia partim nimis incerta, partim vitiosa sint, in proximo versu non dubito quin Plautus *Dicin* scripserit; nam „Dic inpera" ferri non potest. Hoc autem quid aliud quam *clare* excipere possit, non video. — 667. *omnes*, v. ad Rud. 515. — 668. *uel iam* Cam. — 670. *Haben tu* — *Pretium* Seyffert. Philol. XXVII p. 465. — *fortasse*, v. ad Amph. 615. — 672. *commeo* Cam. Non mirum est, inquit, me hoc intellexisse, nam postquam crebro urbem inviso, urbanorum hominum modo dicax et cavillator factus sum. — 673. *Dicax sum factus* Cam. *caulator* Kampmannus, sic enim rustice vocem pronuntiat, quod Astaphio ridiculum videtur nec nisi ex opinione intelligendum. — 674 Sp.: „mitte (Sch.: siste) ridicularia". — 675 Sch. cum Seyffertio: „Cauillatorem". — 676. *illud* scripsi, i. e. mea vocis pronuntiatio. Speng.: „ut . . . differat". *caulibus* Both. — 677. „me" et „hoc" om. Both. — 678. *hanc noctem* Cam. — 679. *Perii* et *beluam* ed. pr. — 680. *A facio* Sp. *lucri*, v. ad Pers. 665. — 681 affert Probus de ultim. syllab. p. 263 K.: „Plautus dixit a Prænistinis coneas pro ciconeis appellari". Prænestinorum dialectus tangitur etiam Trin. 611. — 683. *Si rure* ed. pr. — *hic apud nos est* Sch.; Guiet. „hic" del.; Speng.: „Hic quidem apud nos est Strabax"; ego nomen cum proximo versu iunxi. — 685. *Eu edepol*, v. ad Most. 331. *nihili* ed. pr. — *Iamne* Acid., cf. ad Bacch. 200. — 686. *Quian nihili* Sp. — *I intro* ed. pr. — 687. *ducor* ed. pr. — 688. *mea mihi*, cf. ad Amph. 265.

---

689. Septenariis trochaicis scena scripta est, quâ Diniarchus gaudet quod dona sua Phronesio accepta fuerint. — 690. *Quoi* cum proximo coalescit, nisi omittatur „ego". *Ueneri meae* Seyff. Philol. XXVII p. 465, cf. ad Curc. 192. — 691. *laete* add. Sp. — *differor*, v. ad Mil. 1157. — 694. *est* versus

causa addidi; Sp.: „tum istuc n. m. m. mihist"; sed *hoc* teneri potest, quamvis „illud" potius exspectes, v. ad Mil. 331. — *nimium* non „nimio" positivum requirit, v. Langen. Beitr. p. 333; cf. tamen Ter. Heaut. 205: „paulo tolerabilis". — *melliniae* hoc uno loco exstat, sed Cas. 135 coniectura restituendum videtur. Buecheler: „mellinaest". — 695. *totus gaudeo* ed. pr. — 696. „*Mea pila est*, ego pilam habeo, ego vici; proverbium a pilæ lusu ductum Romanis usitatissimo" Sp., cf. ad Curc. 297. — *miles* et *erit* ed. pr. — 697. *plane* ed. pr. *interierim* Sp. cum Weisio, cf. Capt. 684. Sch. cum Goellero: „perierim". Similes argutiæ Asin. 242 et 630. — 699. *procul hinc* ed. pr. *meis* Acidal. *fuat*, v. ad Bacch. 154. — 700 varie tentarunt editores: Sp.: „Quia nihil habeo, ut animos tollam, cum illa agam precario". Bugg.: „Q. n. h. unde animum moueam illi, omnia a. p.". Sch.: „Q. n. h., bono animo sine ui omni a. p."

701. Astaphium exit. Canticum modis variatur. Primus versus tetrameter anapæsticus est, 702—3 tetrametri bacchiaci. 704 constat ex choriambo et quattuor creticis. 705—8 tetrametri bacchiaci. 709 septenarius trochaicus. 710—11 tetrametri bacchiaci. 712 iamb. senarius. 713—15 tetrametri cretici. 716 troch. octonarius. 717 troch. septenarius. 718 iamb. senarius. 719 iamb. octonarius. 720 sqq. trochaici septenarii.

701. *meum* Gulielmus em., *ego* Leo, *tuum* ed. pr. — 702. *istum* Cam. — 703. *dum instat* Schoell. Speng.: „dum isti lubet", omissis „dum habet". *secundumst* Gepp. — 704. *gaudeat quom perit* Mueller. — 705. *interibi* Sch.; Speng. cum Bothio: „hic interim". Tum post Turnebum edebatur „restitrix"; Sch. „praestrigiis"; ego *tricis tuis*, quibus eum intricare et irretire studes, cf. ad Pers. 529. — *praesidebo*, v. ad Most. 1077. — 706. *Istic* Both. — *suam* scripsi pro „sic", quod verum esse non potest; desideratur autem „suorum" aut simile quid; Bugg. „bonum", i. e. bonorum, pro „domum" ponebat. — *exagogam*, cf. ad Rud. 620. — 707. *Nec* Cam. — 708. *Mittam intro* Sp. — *ludere* Dousa. *istos*, Strabacem et Stratyllacem. Bugg. „istum" voluit, Sch. „intus". — 709. „ea"

om. ed. pr. — *hicin tu eras* id. — 711. Schoellium secutus sum. *usu* dativus est, v. Neue, Formenl. I, 356 sq. — 712. *uolo* ed. pr. — 713. *Nam*, v. ad Amph. 548. — *num* Gulielm. *mea* ed. pr. — *non mussito* Sp., i. e. non taceo, cf. 309. — 714. *bolos*, cf. 31. — „quos" omisit Sp. Numeri parum certi. — 715. *adortast.* Speng.: „adortust", cf. 243. — 716. *Eloquar* ed. pr. *tu taceto* Cam. *nostin tu* Gepp. — 717. *nouos* Sch.; Speng. cum Both.: „nobis fundus est". — 718. *rem gerit* Cam. — Quid in „idem" lateat, ignoro; veri simile est versum non senarium fuisse, sed septenarium. Lacuna vero etiam proximum versum hausisse videtur, quem huc recte Schoellium cum Langenio intulisse credo ex Priscian. III p. 609, ubi iidem recte: *uobis extumus.* „a" significat voc. uobis alteri anteponendum esse. — 720. *es* ed. pr. — 721. *pausam* Valla. Ne Thetis quidem, inquit, perpetuo filium luxit; eius exemplo tu quoque a lamentando desiste, nam lacrimæ nihil proficiunt. — 722. *Qui tu quam* Kiessl. De ordine verborum cf. ad Aul. 475. — 723. *enim*, cf. ad Amph. 651. Rud. 910. — *tum* add. Muell.; Sch. alteram eiusdem v. d. coniecturam „plus olim es" prætulit. — *es* Saracenus. — 724. „operam" del. Lamb. — *ob illud* Lom. Specim. p. 76. *operis*, v. ad Asin. 714. — 725. *discere* ed. pr. — 726. *commentari liceat* ed. pr., ut proxima postulant, cf. ad Poen. 1. — *ne.* De scriptura „ni" v. ad Most. 406. *oblitus sim*, i. e. obliviscar. — 727. *Quod didici* Acid. Ex Buecheleri coni. Sch.: „AST. Quid erit interea magistrae?" Sed in B personæ nota Є, in C spatium ante *Interea* exstat. *magistra* scripsi. — 728. „interim" del. Both. — *accipere*, artem accipendi, pendet a „commentari". — *identidem* olim em. — 729. *iussi* add. Brix. — 730. *unam* ed. pr. Mox „Idem ego istoc" Sch. cum Muellero. — 731. *bene sunt* Brix., cf. ad Capt. 844. — *tua uirtute*, v. ad Aul. 159. — *Meane* Sp. *inimici mei* ed. pr. — 732. *comedint* Studem. Sp.; „caedant" Goetz. Schoell. Leo Herm. XVIII p. 567. — „ut" om. Both., cf. Asin. 804. 121. Aul. 654. Pers. 359. — 733 a librario propter similem antecedentis versus exitum omissus, errore animadverso post 736 scriptus est. Primus intellexit Weisius. *Stultumst inuidia perire* scripsi, quod requirit sequentia. —

734. *inimicos inuidere* ed. pr. *med* Seyff. — 735. *esse, miseria est* Cam. — 736. *Qui* olim em. — *illis quibus*, v. ad Amph. 1002. *i* Proleg. p. 212. — 737. *quod opsonaui* Bugg. Opusc. ad Madv. p. 190. De omisso „eius" v. ad Amph. 38. — 738, cf. ad Pseud. 287 et ad Men. 598. — 739. *item* Ritterh. — *Acherunti*, v. Proleg. p. 208. — *apud nos* add. Sch. — *accepti* ed. pr. — 740. *accipitur* Sp. — *ferri* ed. pr. — 741. *Sine me ire intro* scripsi; idem Boeckel. — 742. *uolo ire* Buecheler. — *nimium petis* Bugg. — 743. *Sine experiri* Both. *opperire* ed. pr. *experirier* Cam. — 744. *Dic me* Sp. *abi* Grut. — *Res ita es, ne frustra sis* Speng., cf. ad Curc. 592 et Amph. 967. — 745. *redis* Cam. — *potest*, pote pronuntiandum. — *potes* Lamb. De omisso „tu" v. ad Epid. 351. add. Merc. 448. Poen. 1183. — 746. *Uno uerbo*, sc. te volo, v. ad Mil. 1015. — *mittin* Angelius. — 747. *Unum aibas*, sc. te dicturum verbum; *tria dixti uerba*; em. Seyffert. Philol. XXVII p. 470. — *odi male* supplevit Sch. cf. Most. 176. Seyff.: „ferre haud queo mendacia".

748. *me lusit* olim scripseram. Seyff.: „inlusit . egone ut". Sch : „Abiit intro hinc: lusit . egone ut." — 749. *ludos faciam*, illudam, *clamore*, v. ad Curc. 678. — 750 *accepisti a* ed. pr. „pluribus" Both., recte opinor. — 751. *hos* Spengelius, „ut Diniarchus magistratus in primis subselliis sedentes digito indicet". Sed „omnis" offendit. Bergk. Beitr. p. 140: „apud nouos magistratus", novos ædiles intelligens ut Trin. 990, v. p. 563; recepit Sch. — 752. *manum iniciam* cum hiatu legendum, nisi cum Bothio transponas: „manum te". De structura v. ad Pers. 71. Manus iniectionem minatur, v. Gai. IV, 21—25. *quadrupli* Cam., quæ furti manifesti poena erat, Gai. III, 189. *uenefica* ed. pr. — 753. *iam tua* Cam. *probra* ed. pr. — 754. *Nihil pudet me* scripsi; nam longius abest: „Nam pudoris perdidi omne q. f.". Sch.: „Nilne me pudet?" sed interrogatio non est apta. — 755. *adeost* Acidal. *tantillum* Casaub. — *quos capiam calceos*, qua ratione incedam vel rem agam; aliis calceis utuntur rustici, aliis urbani; Palmerii coniectura „quo" non est opus. — 756. *mittier* ed. pr. — 757. *uerbis iurem* ed. pr. *si uelit* Angelius, i. e. etiam si u.,

v. ad Asin. 163. — 758, cf. ad Poen. 683. De indicativo *cædis* v. ad Merc. 544, cf. ad Most. 870. Mil. 606 sq. — 759. *De nihilo*, nulla de causa, v. ad Curc. 477; sed Plautum hoc scripsisse non credo. — *nihil est*, nullam rationem habet, v. infra 841. ad Asin. 424. — 760 em. ed. pr. — 761—62 versuum ordinem restituit Gruter. *adfinis*, nam eius filia ei desponsa fuerat, v. 815; cf. Aul. 465. — 762. Post *tonstricem* hiatus, cuius vitandi causa Sp. „illam tonstricem", Sch. „eccam t." scripserunt, neutrum apte. De tonstrice v. ad 402. — 763. *Pertimui*, cf. Rud. 229. Postquam unum ei male evenit, i. e. postquam Phronesium eum exclusit, timet ne reliqua etiam male procedant.

765. Callicles senex exit cum duabus ancillis et lorariis, qui eas nuper torserunt et etiam nunc vinctas habent (v. 827). Duas fuisse apparet ex v. 762; earum Schoellii exemplo alteram *Archilinem* appellabo, alteram Calliclis simpliciter *ancillam*. Cod. B in hac scena aliquoties Græcas personarum notas servavit, quum C vacua spatia reliquerit. B Calliclis nota est, nisi quod 781 et 806 errore A scriptum est; A Diniarchi 775, 784, 813, 16, 24, 30. Ancillarum notæ sunt Ɛ et Θ, sed hæ parum constanter ponuntur. Ɛ ancilla est Phronesii 781, 89, 94, sed 779 Calliclis; Θ Calliclis 780, 786, 791, 800, 5, 12, 26, Phronesii 787, 94. Semel, v. 790, Phronesii ancilla alia nota Γ significatur, quod cui errori debeatur non dixerim, sed errat si quis cum Loewio Anal. Plaut. p. 186 tres, non duas ancillas hic discerni putat.

Callicles ancillas ea, quæ tormentis coactæ fassæ sint, iterum sine tormentis repetere vult. In medium sermonem rapiuntur spectatores ut Merc. 945. Ancillæ convicia et duritiam eius se timere dixerunt; ille ironice negat se iis aut male dicere aut male velle; utramque alloquitur, sed singillatim, *tibi aut tibi* cf. 828. ad Capt. 446. — Pro corrupto „ad te" *atque* scripsi. *ut animus meust* cum antecedentibus iunxi, non, ut vulgo faciunt, cum sequentibus. Quærit, num aliter agere possit, qui tantum dolorem perceperit. — 766. *expertae estis* ed. pr. *sim mitis tranquillusque* Cam. — 767. *ambas* Grut. *uerberatas* Sp., Guiet. „uapulantis". Verberabantur autem

pendentes, v. ad Asin. 297. — 768. *quicque* Cam. — 769. *pacton* Sp. — 770. *colubrino* ed. pr., cf. „excetra“ Cas. 616, „proserpens bestia“ Pers. 298. ad Asin. 688. — 771 em. ed. pr. — 772. *tintinnaculi uiri* hoc uno loco nominantur. Carnifices intelligendi sunt, qui tintinnabula portabant et extra portam habitabant, unde *educi*, v. ad Pseud. 333. — 773. *subigit* Both. — 774. *uinclis exsoluemini* Cam. — 775. *nunc quid* Cam. — *falsus incertusque* Angelius, cf. ad Aul. 123. — 776. *Nisi quia*, v. ad Aul. 357. — *ego mihi et* scripsi; aliorum conatus v. ap. Sch. — 777. *Diuorsae state; em* Cam. — 778. *quid* addidi; Cam. „Neue“, Gepp. „Ne qui“, Sch. „Nil“. — *loquere tu* ed. pr. — 779. *factum est* Cam. — 780. *nepote* ed. pr. Post *rerum* hiatus in diæresi; „mihi“ add. Cam. Sch. ut Amph. 905. — *expedito* Both., cf. ad Curc. 235. — *istae*, v. Neue, Formenl. II p. 210. *dedi* ed. pr. — 781 sq. em. ed. pr. — 783. *tute scapulis* Cam. Senex confitentem laudat. Hac ratione ait vibices flagellis inflictas colorem a rubro in nigrum vertere, quod sanationis principium est. Locum nec Sp. intellexit *concinnas* „componis, sanas“ interpretans, quæ huius verbi vis non est, v. ad Amph. 525, nec Sch.: „Enim . . . concinnes“, sc. si neges, scribens. — 784 em. ed. pr. — 786 item. — 787. *Quid tu?* hæc alteri, i. e. Phronesii ancillæ dicuntur. Itaque recte Both. cum ed. pr. *rogitauit*. Male Sch. cum Fl. colloquium cum Calliclis ancilla continuant: „Quid nunc? quor eum accepisti? ANC. Era mea me exorauit minor, Puer ut auferretur cett.“. Matris non erat hoc rogare, ne alia sermonis vitia commemorem. — 788. *sibi ferretur* scripsi: Cam. „afferretur“. — 789 sq. em. ed. pr. et Cam. — 791. *erae* ed. pr. — *Caue tu* Cam., sc. dicas. — 792. *Atque* scripsi; Both.: „Ex te“. *inquam* traiecit Both. — 794. *fecit* add. Sch. — *Supposiuit* Cam. — *Sibi* ed. pr. — 795. *filiolon* Seyff. *Dei* Angelius præeunte ed. pr. — 796 em. Cam. — 798. *beatus*. Sp. et Sch. „beatust“, non opus, v. ad Amph. 590. — *matres duas* Pylades. „et“ om. Gepp. — 799. *quot* ed. pr. *muliebre* id. — 800. *pertinet*; Sch. „adtingit“ ut Merc. 32. — 801 em. Cam. — 803 item. — 804. *uir* add. Guiet. — 805. *Idem istuc* Kiessl. *reapse* Cam. — 806. *quiui ut is* Cam., cf. ad Aul. 662.

diceres Saracen. — 807. *adhuc* Seyff. *non* add. ed. pr. — *nec se indicat* Seyff. — 809. *meo* ed. pr. *comitia* Cam., cf. ad Aul. 692. — 810 em. ed. pr. et Sarac. — 812. *eccum* Sch., recte, modo ne „reum" addidisset. — *malefacta* Both. — *patronus parieti.* Qui timoris causa quam longissime recessit, quasi parietem corpore suo tegere videtur. — 813 B quum errore omisisset, proximo postposuit, sed notis additis, quibus error corrigeretur. *neque quid* ed. pr. — 814. *neque ut* id. — 815. *desponderas* Both. Camerarium secutus. Postea mutavit Callicles, v. 838.

816. *per te* Sp.; „per tua te" scriberem, si „Callicles" pro dactylo ferrem. Sch. cum Langenio: „per tua obsecro Te genua". Cf. ad Bacch. 900. — 818. *uini uitio*, cf. Aul. 738. — 819. *Non placet ... qui c. confert* scripsi ut Trin. 909. Vulgo cum Cam. „confers". *qui non quit* Luchs.; Cam. „qui nequit". — 820 em. Cam. et ed. pr. — 821. *uino* Cam. *uiris* et *uiri* Sch.; Cam. „hominibus" et „homines". — 822. *probi* ed. pr. — *quid* scripsi dubitanter, nam quæ alii in eandem sententiam coniecerunt, parum satisfaciunt („urnas" Sp., „cupam" Kiessl., „situlam" Sch., „si combibit" Koch). Proxime ad codd. Cam.: „si aquam bibit", quod si verum est, in proximo v. cum Buggio Opusc. ad Madv. p. 191 scribendum: „Siue adeo haud caret temeto"; sed hunc versum Nonius p. 5 cum codd. Plauti consentienter laudat. — 824. *ob noxiam* Palmerius. — 825. *culpae compotem* Saracenus, cf. Quint. XII, 1, 7: „sceleris compos". — 826. *nobis* Usener. em.; Geppert. „insignem" scripserat, Schoell. „magnam". Qui quod hunc versum aptius tonstrici quam Calliclis ancillæ tribui censet, oblitus est illam „testem" facinoris non esse. — 827. *uinctos attines* Lips. — 828. *et ... autem*, v. ad Mil. 1143. — 829. „ut puerum r." ed. pr. — 830. *in ius* Saracenus. — *tu es* ed. pr. — 832. *Eumpse ultro* Seyffert. Stud. p. 23. *pridem* Sp. — 833. *dum* Cam. — 834. *bolo*, cf. 31. — 835. *magna* Sarac., v. ad Aul. 301. — *dotis*, v. ad Merc. 695. — *inscitia*, v. ad Bacch. 1074. — 836. *tuum* Cam. — 837. *abduce* ed. pr. — 838. *abeo* Fleckeis. — *aequali meo* scripsi, cf. Ter. Andr. 453. Cam. „affini meo"; sed iam non est affinis. — 840. *ab hac.*

Abraham. Ann. phil. Supl. XIV p. 194 „istanc" postulat. temere, nec enim verum est Diniarchum non prope ædes Phronesii stare, quæ iam ex his ipsis ædibus egredietur. — *eat* ed. pr. — 841. *Nihil est*, non est quod hoc timeam, cf. 759. — *eapse* Seyff. *factumst* ed. pr. — 842. *eapse eccam* Both.; sed retineri debet librorum ordo *eccam eapse* cum hiatu in diæresi. — *opportuna* Sp. tuetur coll. Most. 563: „Numquam potuisti mihi magis opportunus aduenire". Vulgo: „opportune". — 843. *longum* Cam. *pungit* ed. pr.; Sp. confert Trin. 1000: „meum ille pectus pungit aculeus".

844. Phronesium quamvis, ut Strabacem spoliaret, amore et vino operam dederit, tamen postquam ab tonstrice sua accepit, eam tormentis coactum facinus suum confessam esse et Diniarchum ut puerum reddat postulaturum, conscientia et timore ducta exit, ut Diniarchum exoret, ne puerum ante reddat quam miles eius causa multo plura profuderit. Primum versum laudat Nonius p. 80: „*Blitea*, inutilis, a blito herba nullius usus. Plautus Truculento: blittea eclautea est meretrix"; addit ex Laberio „bipedem, bliteam beluam". Cf. ad Pseud. 819. — *lutea*, quasi ex luto facta, cf. Cic. Verr. IV, 14, 32: „luteum negotium". — *nisi quae* ed. pr., nec ulla mutandi causa est. — 845. *cor*, cf. ad Mil. 786. — 846. *diuidiae*, v. ad Bacch. 766. — *tonstricem* Cam. Idem mox: „sic mulcatam male". Loci sententiam primus intellexit Bugg. Ann. phil. CVII p. 416, Phronesium non dolere, quod ancilla verberata sit, sed quod suppositionem pueri aperuerit, unde sequi ut pro „dixit" scribendum sit *dixe et.* Quod autem „ea" antecedit, putat versum excidisse, ut hæc fere loci forma esset: „tonstricem meam sic mulcatam male [Callicli quae scire uellet de nepotulo omnia] Ea dixe, et cett.". Sine dubio *Edixe* fuit, i. e. elocutam esse, v. Ter. Eun. 962. Sall. Cat. 48, 4. Obiectum in superiore versu fuit, ubi *quae simulabam* scripsi. — 847. *meum* Both.; de ordine verborum v. ad Amph. 290. — 848. *Lubet adire quam penes* Pistoris em., cf. Trin. 1041. — 849. *amans* Both. *med optauit* Fl. Ann. phil. CI p. 544, recte; tutor enim optatur, non adoptatur, v. Gai. I, 150 sq. *suis* Sp. Leo, Herm. XVIII p. 571: „qui suis tutorem med optauit liberis"; sed hoc mi-

nime fecit. — 850. *ad te* Acid., cf. Trin. 630. — 851. *nunc* ed. pr. — 852. *uis*, „uelis“ Camer., sed v. ad Pers. 513. — 853. *Nec me uis nec* restituit Muell. Pros. p. 217. — 856. *Calliclai filiam* scribendum esse vidit Kiessling. Ann. phil. XCVII p. 640. Qui quod priorem partem excidisse proximi versus, cuius exitus sit: „noui animum tuum“, censet, mihi nihil desiderari videtur, modo v. 857 *ut* pro „Et“ scribatur, et *relicta*, quod codd. commendant; nam *Animum tuum* puto Schoellium recte de Phronesio ipsa intellexisse, quam ita appellare Diniarchus solitus sit, ut 871 „oculum suum“. cf. „mi anime“ Asin. 657. Curc. 165. Rud. 1252. Ter. Eun. 95, „mi animule“ Cas. 134. Men. 355. — *tamen* ed. pr. — 858 sqq. Phronesium Diniarcho suadet, ut muris exemplum imitetur, qui uno latibulo sive cubili non contentus plura sibi paret, ne, si unius ostium obstructum sit, perfugio careat; sic amatorem non sola uxore contentum esse debere. 859 post ed. pr. em. Buecheler. 860. *Quin* invenit Bothius, cf. 140, *ostium* Camerarius, *obsideatur* ed. pr. *paret* Mueller. — 861. *Otium* ed. pr. — 862. *hos dies aliquos*, v. ad Men. 931. — 863. *Amabo* Both. *eo* add. Sp. *opust* Cam. *In rem meamst* Both. — 864. *aliquo circumducitur*, v. ad Asin. 96. — 865. *Meam rem si quid hac re augebo* emendavi. — 866. *aufers* Both. „tum“ delevi cum Muellero. *animam* ed. pr. — 887. *Factum cupio*, cf. ad Pers. 310. — *aliter facere* Gepp.; Sch. cum Kiesslingio „nefacere“, qui quod Pseud. 437 allegant, nihil agunt, nam ibi „ne faceres“ separatim scribendum. -- 868. *quo cures* scripsi; in eandem sententiam Herm. „unde ei cures“, Sch. „pro cura aes“. — 869. *amo* Both., v. ad Poen. 250, Ter. Eun. 186. — *ecastor* Both. — 870. *manubinarius* quid fuerit, ignoro. Sensus requirit: „ad tempus“. Cam. „manubiarius“ scripsit, Gepp. „manipularius“, Sch. „consiliarius“. — 871 em. Cam. — 872. *interim*, dum uxorem habeo. *commemorabitur* Cam. — *futatim* hoc uno loco exstat. Festi Epit. p. 89: „futare arguere est, unde et confutare“. Addere poterat „et refutare“; sed quæ addit Catonem hoc pro „sæpius fuisse“ posuisse, et Placidus p. 45: „futauere, fuere“ prorsus incredibile est. Verum invenisse videtur Lipsius: „furatim“, quamvis hæc forma non

inveniatur alibi. Sp.: „etiam interdum furtim". — 873. *Num quid uis?* abeuntis est, cf. ad Trin. 193, quare Sch. recte hæc Diniarcho dedit. — *Fac ualeas* Acidal.; Sch. „Fac uisas me". — *Operae*, v. ad Mil. 254.

874. *quiduis licet* Cam. — 875. *sunt* add. Cam.; Sch.: „ibi demum esse"; hiatus tuetur Below de hiatu I p. 51. *opes* Quintil. V, 11, 41: „Ea quoque, quæ vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt, quale est: ubi amici, ibi opes". — 876. *probe* Sch. *tactum iri militem* Petitus, cf. Pers. 631. Pseud. 121. 1239. 1311, ad Epid. 703. — 877 em. Cam. — 878 em. ed. pr., nisi quod *id* add. Seyff., *Quippe* ego, cf. Capt. 880. Epid. 334. Merc. 376. Poen. 552. Rud. 966. Trin. 1049. — 879. *Aha*, cf. Pers. 315. — 880. *Pater* add. Guiet. *Sino* scripsi, cf. ad Amph. 387. Madv. Opusc. II p. 40; vulgo „sine", ut hæc Phronesio darentur. *eumpse* Both. *huc* ed. pr. — 881. *Ipsus est* addit Leo Herm. XVIII p. 570. — Extrema corrupta. — 882. *astutis* Cam. *conficiam* et ego et Geppert.; Acid. „confexim". Leo Herm. XVIII p. 569: „hastis configam falaricis".

883. *Animo amaro* scripsi; nam perinvitus hæc dona dat. Superiores longe aliter, Gepp.: „Hocine amarest?" Sch. cum Seyffertio ex v. 891: „Ego minam auri". — *supplicium*, supplicationem, v. ad Rud. 25. *damnis*, rei familiaris, cf. 940. Bacch. 64; sed nescio an „damnas" scribendum sit. — 885. *uideo* ed. pr. — *haec mihi est* Both.; Guiet. „haec" delebat. — 886. Exitum versus nemo veri similiter supplevit. Cam. „Sic sine", Gepp. „Sic ago", Sp. „Sic datur, Sch. „Ilicet". — 887. „es" om. Both. Idem: „sis. ST. Quid id". — *Astaphium, litium* Speng. Studem., cf. Stich. 82: „scio litis fore". — 888. *Egone atque* Cam.; Acid.: „Egone isti atque". — 889. Ante *Ego* hiatus in persona mutata. Both. „ergo" voluit; Sch. „Em" addit. — 890. *hanc* scribendum, non „ad te hanc", deleta dittographia, quæ in B apparet, in C obscurata est, cf. 899. *si minus credis* em. Bugg. *respice* Muretus. — 892. *cibo* Sp., ut 893 certissimi ablativi sunt. — Post *matri* hiatus in cæsura, nisi cum Bothio „autem matri" scribas. Mater, si scriptura vera, h. l. appellatur obstetrix sive quæ alia officio pueri

lavandi functa est, ut nutricem ita appellatam esse testatur Nonius p. 343, v. ad Men. 19; sed nescio an recte Kiessling. Ann. phil. XCVII p. 641 pro „autem" „anui" scribat; maxime velim: „opus est matri, opust anui quae cet.". — 893. *lacte ut* Seyff. *largiter* ed. pr., cf. ad Rud. 1175. — 894. *potest* cod. D. — *opus ligno* Guietus. „est" delevi. — 895. *Fasciis* ed. pr. — *incunabulis*, cf. Amph. 1120. — 896. *Oleo* Sp. *farina opus est* Sarac. *pulmento opust* supplevit Sp. — 897. *hoc*, exspectabatur „tantum". — 898. *possunt* ed. pr. *ut catuli* Speng. — 899. Post „ergo" hiatus; Both. „atque" addebat. *efficias* Gruterus. — 900. *addam minam* Cam. *alteram istoc* ego. *post* Sp. — 901. *dabitur* Goeller. — 902. „*Nihil fit*, nihil proficio" Sp., cf. Curc. 679. Cic. ad Fam. VII, 18, 2. — 903. Non. p. 155 sq.: „*Pauxillisper* a pauxillo. Plautus Truculento: plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit; id est per particulas". Unde „amoris" post ed. pr. Schoellius recepit, inepte. Bothius „auri morus" scripsit, Geppert. „auri amore hoc", ego: *nunc auri*. — 904. *Accipe*, Astaphium alloquitur.

904. Strabax, quem Phronesium intus reliquerat, moræ impatiens exit. *mea* ed. pr. — 905. Homo rusticus, quasi non tam amoris quam operis faciendi cupidus esset, ruri se laborare malle dicit quam hic exspectare. *facio* ed. pr. — 906. *obdurui*, ut solum situ neglectum et incultum. — 907. *amica* ed. pr. — „mille" omisit ed. pr.; Brix. „mulier" coni. — *est* add. Weis. — 908. *mage* ed. pr. *multo* add. Guiet. — 909. *Iamne* Guiet. *habes* ed. pr. — 910. „Adesto" Buecheler.; *Ades tu* ego; sed nescio an melius cum Angelio „ades" scribatur, v. Below. de hiatu p. 45. De vi vocis cf. ad Men. 630. — 911. *ibam* Angelius. *delicia*, v. ad Rud. 423. — *uero serio*, cf. 299. — 913. *es* Saracenus. Alterum *es* add. Both. *nunc* Sch. — 914. *Uin te* ed. pr. — „et" om. Goeller., Both.: „amplectam et". — *qui* addidi, Gepp. „quod", Sch. „ut". — 915. *Meosne* ed. pr. — 916. *Mortuum me satius*, v. ad Amph. 1011. Aul. 653. Verbum „est" addi vix est necesse, v. ad Amph. 590. *hodie* Brix.; „odio" Both., „adeo" Buecheler. — *manum* Valla. — 917 em. Seyffert. Philol. XXVII p. 434; sed fortasse scribendum: „Nisi et te" cum hiatu. Buecheler: „Nisi si te mea

machaera uis et hunc una mori". *emori* Acid. — 918. *Philippiari* Spengelius nove ille quidem, sed non infeliciter finxit. „Non machaera, inquit, tibi opus est, sed Philippis". Camer. φλυαρεῖν coniecit, Mueller: „Nihil minari", Buecheler.: „Nil alapari". — 919. *haud ferro* ed. pr. *potes* id. *me* add. Cam. *ne amem* Acid. *hunc* add. Bugg. — 920. *faceta es quae* Pius em. *hominem* ed. pr. — *isti modi*; alibi semper „istius modi" scribitur, v. Luchs. Genetivbildung in Studem. Stud. II p. 55. — 921. *in cauea*, in theatro, cf. Cic. Leg. II, 15, 38: „ludi publici sunt cavea circoque divisi"; quamquam accurate exigenti histrio hæc non in cavea dixit, sed in proscenio, v. 10. — *dixit* ed. pr. — 922. Ex qua fabula hæc petita sint, ignoramus· Similis sententia supra 413: „Ad suum quemque aequom est esse quaestum callidum", unde Valla intellexit hic *callent* scribendum esse; tum Both. „nec fastidiunt". Sed ne sic quidem restituitur sententia, nam omnes homines ad quæstum callidos esse Plautus non dixit, sed eos, qui quæstui recte studeant, omne fastidium abiicere debere, quo modo locum correxi. Sch. ex Prop. IV(V), 3, 62 „calent" defendi posse censens „calefiunt, fastidiunt" scripsit, quod non intelligo. — 923. *amplexari* Saracen. — *ac tam sq.* Sp. — 924 em. Speng. Seyff. Philol. XXVII p. 473 maluit: „Quamquam hic squalust, quamquam hic horridiusculust, bellust mihi" coll. Enn. ap. Non. p. 172. De anaphoræ figura v. ad Stich. 739. *scitus*, cf. Merc. 744. 746. — 925. *Dedin* Cam. *Mihin* Muell. *Dedisti f. cibaria* ed. pr. — 926 Astaphii esse vidit Sch. — 927 Strabax mihi militi dicere videtur. *In* add. Acid. „magna" dittographiæ debetur, quare non scribendum „In m. rem is magnam", sed *In m. rem i, sed.* — *magno opera serua*, cf. Att. v. 508: „Uos ite actutum atque opero magno edicite cet." *uiaticum* ed. pr. — 928. *debes* Goeller. *noctem* Cam. — 929. Priorem versus partem Phronesio dedi; vulgo totus militi datur. Aliquid deesse apparet. *etiam me* addidi; Sch.: „uerum nunc saltem, hunc saltum si amas". — 930. „Da" ed. pr. *deliciis* id. *erit* addidi; Gepp. „est". — 931. *Quid id amabo est quod dem* Palmerius em. Reliqua desperata ut etiam proximus versus; *dic*, quod vulgo cum Phronesii verbis iungunt, potius ad sequentia pertinet, quibus

Strabax sermonem interrumpens militi minatur, si ad Phronesium propius accedat; eum non maius quam alios ius in eam habere, quæ vulgo omnes ad se intromittat. V. 931 Sch. coni. „Tu, si superfit — os feri". 932 extr. Both. „nihili homo", quod verum videtur. Sp.: „consulta animo istuc mi homo". Sed non ut consulat suadet; simpliciter vetat: *Caue faxis*. Mox edd. ex C „uulnus" receperunt, quæ manifesta correctio est. *uomus* B, quæ antiqua forma fuisse videtur vocis q. e. vomer aut vomis, v. Neue, Formenl. I p. 176 sq. *iniciam* scripsi. Rusticus minatur se vomerem militi iniecturum. Vomer ipse apud Colum. II, 4 „dens aratri" dicitur, apud Verg. G. I, 172 „dentalia". Huic igitur veri similius est Plautum *dentes ferreos* attribuisse quam militi, qui quod Pseud. 1041 „uir dentatus" dicitur, nihil probat. — 935 em. Both. *uir strenuus*, nominativus pro vocat., cf. Pers. 764. — 936. *aurum* ed. pr. *At ego pallam et purpuram* Cam., cf. 531. 534. Hiatur bis in mutata persona. — 937. *et lanam* Cam. *quae poscet* ed. pr. — 938. „Meliust" Ritsch, v. 916. *minis* Cam. — 939. *mortali's, mi Strabax* Guietus. Speng.: „mortalis est Strabax" omisso „mi"; sed Phronesium eum alloquitur, ut proxima ostendunt. — 940 em. ed. pr.; Astaphii esse ex voc. *nos* perspexit Sch. — 941. *prompta* Sch.; „tu da" Sp. — 942. *talentum* ed. pr. *Philippeum ecce* scripsi, v. ad Asin. 152. Hunc versum vulgo totum militi tribuunt, sed necesse est inter utrumque rivalem dividatur, nam argentei Philippi nulli sunt; etiam v. 936 vidimus Strabacem argentum, Stratophanem aurum dare. Sic quoque prior pars v. 941 Strabacis erit, a quo initium huius certaminis sive licitationis fieri debet, quoniam eum Phronesium hortata est v. 939, et eum provocatorem miles vocat 944. — 943. *Tanto melior*, v. ad Bacch. 208. *noster esto*, cf. 571. *de uostro* Cam. — 944. *zonas* ed. pr. „zonam" Both., ac sane singulæ zonæ viris sufficere potuisse videntur; cf. tamen Gracchus ap. Gell. XV, 12, 4: „zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli". Ceterum Plautus „sonas" scripsit, v. ad Merc. 913. — *prouocator* Acid. — 945. *ego* add. Angelius. — *non cum zona ego ambulo* scripsi sensu iubente; superiores in alia omnia abierunt. — 946 sic Priscianus VI

p. 719. Collo, inquit, crumenam porto, qua inclusi et vinculo obligati sunt nummi ex pecoribus venditis redacti; cf. 646. — 947. *Quid? uidesne ut restinxi h.* scripsi, i. e. ut cum repressi, compescui, ut dicunt studium, ardorem animi, rumores restinguere, cf. Ter. Eun. 69. Phorm. 975. Superiores alia tentarunt. — *Immo ego uero*, sc. te restinxi. — 948. *I intro* ed. pr. *tu ergo mecum* omisso „et", quod ferri non potest, Studem. Stud. I p. 39. Idem in proximis *cras* addidit, Sch. „post" maluit. — 949. *cum hocine eris* et *ero qui* supplevi; Sch.: „quid ais? cum hocine? egone post ero tecum, qui dedi". — 950. *hic* Buecheler. addidit præeunte Lambino. — 951. „*geratur*, exspectes geretur". Sp. — 952. *rem gnatam*, v. ad Bacch. 215. — *quod* ed. pr. — 953. Post *certe* hiatus in cæsura; Gepp. „ego" addebat. — „sinem ex dubio Quintiliani de Catone testimonio (I, 7, 23) defendit Bergk. Beitr. p. 97". Sch. — 954. Non. p. 467: „*Aucupaui*, activum positum pro passivo. Plautus Truculento: „Lepide ecastor aucupaui atque e mea sententia"; cf. ad Rud. 1082. De re Asin. 214. — 955. *uideo* Both., sed post „gestam", Sch. ante „rem". — *bene geram* ironice dici apparet. Inde proximi versus sententiam restituere conatus sum, quum quæ alii tentaverant, nimis displicerent. — 957. *adplaudite.* „plaudite" postulat Sp., v. ad Bacch. extr. — 958 spurium esse Geppert. Sp. Sch. iudicarunt.

Emendanda et addenda.

Pag.	15	v. 141	scribendum:	edes
—	28	- 257	—	caelo
—	40	- 400	—	iuratus est se
—	—	var. script.	—	400 sese *BC*
—	44	v. 469	—	obiciunt
—	90	- 107	—	ullum
—	101	- 262	deleatur comma.	
—	102	- 291	scribendum:	est domi.
—	103	- 301	—	dormimus
—	121	- 570	—	quicquam credam
—	135	- 784	—	lenoni sat est.
—	143	- 881	—	me hodie , et deleatur var. scr.
—	146	- 930	—	adulescens, piscium
—	175	- 1288	—	tenuius
—	201	- 130	—	est, quod ad
—	203	- 163	—	decem,
—	207	- 253	—	exta
—	213	- 331	—	Pinacium (non Gelasimus)
—	221	- 408	—	faciam aduentu , et deleatur var. scr.
—	222	- 429	—	censeo.
—	223	ante 446	—	*Gelasimus*
—	229	v. 539	—	istoc
—	—	var. scr. deleatur:		istoc
—	238	v. 645	scribendum:	hac
—	239	v. 666	—	attinet?
—	240	v. 680	scribendum:	adligaui.
—	255	var. script.	—	38 (non 37)
—	256	v. 50	deleatur comma.	
—	262	- 152	—	quodam — Sed
—	269	- 277	—	Quam
—	272	var. script.	—	336 praedicatum ferme familiariter *BC*
—	273	vv. 348 et 349 commata ponantur pro semicolis.		
—	274	v. 362	scribendum:	exprobra
—	280	var. scr. post 441 addatur:		Nec quam *A*
—	292	var. script. scribendum:		619 charmide

Pag. 296 v. 695 scribendum: conlutulentet; si sine dote duxeris,
— — - 696 — honoris, mihi
— 297 - 706 — commissurum
— 298 var. scr. addatur: 721 clipeum
— — v. 732 scribendum: prorsus , et in var. scr.: prosus *B*
— 301 var. scr. — *Ante* 771 (non 770)
— 319 v. 1014 — thermopotasti
— 322 var. scr. 1060 scribendum: Aha *A*, ha *BC*
— 328 v. 1127 scribendum: his*ce* , et in var. scr.: his
— — - 1133 — Callicles
— 330 - 1156 — neuis
— 347 - 141 — habuit
— 353 - 212 — aedes
— 356 - 262 — loqui, mulier, mihi?
— 358 - 292 — malefecerint?
— 360 - 317 — *Sed*
— 364 var. scr. — 371 quam ego a te postulo *BC*
— 369 — — 444 — facto (non „facio")
— 376 v. 546 — Ite, ite hac
— 378 - 580 — Bona fide?
— 382 - 619 — belligerandum
— 386 - 684 — Priusne
— 392 - 752 — uenefica,
— 399 - 842 — eccam eapse
— 401 - 869 — Multum
— 456 ad v. 839 addatur: *graphice* cum hiatu retinet Below de hiatu apud Plautum p. 59.
— 499 v. 4 scribendum: rectius Fl. „repperi quo pacto", si mutatione opus.
— 536 ad v. 349 addantur Nonii verba: „Plautus in Sticho: ut operas araneorum tergam et texturam improbem, Deiciamque eorum omnis telas".
— 537 ad v. 367 post „Nonius p. 533" addatur: *Cum* scribens, quod parum recte tuetur Reblin. de Nonii locis Plautinis p. 31 sq.
— 582 ante v. 549 addatur: 548 patientiam R.